


Google



1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

Schelhorn, Johann Georg, ed.

AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES,

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

TOMVS QVINTVS.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI,
MDCCXXVI.



*MAGNIFICO, GENERO-
SISSIMO AC CONSVL-
TISSIMO DOMINO,*

DOMINO
IOANNI GEORGIO
DE LVPIN,

INCLVTAE REIP. MEM-
MIMGENSIS
CONSVLI H. T. REGENTI
DE PATRIA PLVRIMIS NO-
MINIBVS IMMORTALITER
MERITO

MAECENATI AC STVDIO-RVM SVORVM PATRONO DE-MISSE VENERANDO

Publicum hoc devotiſſimi cultus monumentum ea, qua decet, animi reverentia ſtatuit

J. G. SCHELHORNIUS,

Scholæ patriæ Conrector, & Reip. Bibliothecarius.

Pa-



PAtieris haud dubie, VIR MAGNIFICE, quæ TVA eſt inſignis ac laudatiſſima indulgentia, ut TVIS ſub auſpiciis hoc, quicquid eſt, opellæ in lucem producam, ſimulque devotiſſimum, quo TE jure venerabundus ſuſpicio, animi cultum teſtatum fa-

ciam omnibus. Cujus mei consilii caussas habeo satis graves & singulares, non procul arcessendas, aut conquirendas anxie. Efflagitant id immortalia in patriam communem merita; jubent inclutæ, quibus eximie ornatus es, virtutes: imperat exoptatissima, qua mea studia promovere non dedignaris, benevolentia.

TV, VIR GENEROSISSIME, gloriam Illustris

LV-

LVPINIANAE GENTIS, quæ non heri demum aut nudius tertius de Memminga noſtra optime mereri cœpit, verum ab aliquot retro ſeculis publicæ ſalutis cuſtodiam curamque geſſit haud infeliciter, non ſuſtentas ſolum egregie, ſed & ad ſummum auſpicato provehis apicem. TIBI eum honorem, quem Roma, Orbis domina, maximum olim eſſe duxit, ac

illum nonnisi paucis, iisque rerum præclare gestarum laude florentissimis, tribuit, jam dudum communis omnium bonorum civium vox decrevit, ut PATRIAE BONOQVE PVBLICO NATVS haud injuria dicaris. TE curia ornamentum, patria præsidium & dulce decus suum, religio defensorem, afflicti portum ac perfugium, consilii indigi oraculum, Musæ

Patronum lubentes meritoque ſalutant. In TE venerantur omnes perſpicacem in providendo prudentiam, felicem in expediendo ſolertiam: in TE mirantur, quod Plinius non minus difficile quam magnum eſſe cenſuit, plurimum comitatis ſummæ gravitati adjunctum, & ceteras virtutes, quibus TE pridem cunctis reddidiſti venerabilem.

TVVM favorem & mea qualiacunque hactenus plus ſimplici vice experta ſunt ſtudia : ipſæ quoque hæ Amoenitates litterariæ TE Promotore, TE Patrono gaudent. Quod enim tenelli mei conatus TIBI haud diſpliceant, cum aliis tum hoc luculenter demonſtratum dediſti, quod in eorum incrementum gratioſe mihi ſuppeditare placuit anecdota quædam, eaque in

in autographo, in diſſertatione, quam concinno, de hiſtoria Confeſſionis Tetrapolitanæ, uſui mihi futura, aliorumque ſpem excitare jucundiſſimam: quare hæc opella in venerabundi & grati animi mei pignus ſacra TIBI devotaque eſſe cupit quam maxime. Accipe illam, MAECENAS, benevola & placida mente, mihique propenſam TVAM voluntatem

tem

tem perpetuo conserva. Ea enim ambitione me teneri fateor, ut constantem aliquem inter obsequentissimos TVOS clientes locum cupidissime affectem.

DEus TE, VIR GENEROSISSIME, omnium bonorum affluentia prosperet, ac patriæ in seros usque annos præstet incolumem. Dabam Memmingæ. A. R. S. cIↄ Iↄccxxvi. d. 6. April.

JO.

Jo. Lockius in Epiſtola ad Lectorem,

aureo de Intellectu humano operi præmiſſa:

Homines ſententiis & guſtu tantum a ſe invicem diſcrepant, ut difficile ſit librum invenire, qui placiturus & diſpliciturus ſit omnibus.

Contenta hujus Tomi.



I.

DISSERTATIO
DE
SOLOECISMIS LITERARIIS.

§. I.

De Soloecismis literariis sive crassis erroribus a nonnullis in re literaria commissis jam acturo haud anxie exquirendæ sunt rationes, quibus hujusce instituti veniam a te exorem. Præeuntem enim hac in re præter alios habeo Virum Celeb. Mich. Lilienthalium, qui eodem de argumento commentationem Selectis historicis & literariis (*a*) inseruit, lectu jucundissimam eru-

(*a*) Tom. I. p. 315. sqq.

ditorumque plausu exceptam. Nec vero abs re ejusmodi sphalmata colliguntur ac virgula notantur censoria. Nam licet, meæ quoque imbecillitatis memor, in vastissimo historiæ literariæ studio facillimum esse lapsum, atque adeo impunitatem levioribus erratis haud difficulter concedendam probe norim: quis enim tam Lynceus sit, qui in salebroso hoc atque amplissimo campo nihil offendat, nusquam incurrat? Attamen non iniquum esse arbitror, crassiores soloecismos colligere, ut aliorum hallucinationibus moniti cautiores nos evadamus.

§. 2.

Eum igitur in finem primum notabo illos, qui ex libris eorumque titulis oscitantia non facile excusanda fecerunt homines. Agmen hic ducat Albertus de Eyb, Pio II. Pontifici Maximo olim a cubiculis. (*b*) Licet enim ejus ævi, quo rei literariæ studium neglectum fere jacebat, hominibus non adeo exprobrandos esse hujus farinæ saloecismos lubens largiar: is tamen error, cujus

(*b*) Teste Jo. Trithemio de Scriptor. Ecclesiast. f. 198. edit. Hamburg. 1718.

cujus heic meminisse juvabit, veniam haud mereri videtur, quod Albertus illius συγχρονος fuerit, quam ridenda hallucinatione, titulo libri deceptus, ex viro in hermaphroditum transformavit. Scilicet Antonius Beccatellus, origine Panormitanus, celebratissimi suo tempore vir nominis, præter alia fescenninos scripsit versus, quos in unam congeriem collectos *Hermaphroditi* titulo insignivit, Cosmoque Medici dicavit. De iis ita Anonymus (*c*) Auctor notarum ad poëmata Sannazarii p. 202. sq. edit. Amstelod. 1689. (*d*): *De Hermaphrodito quod dicit* (Gyraldus) *non est de nihilo: ego enim legi manu descriptum (neque enim unquam est typis excusus) adeo spurcum, adeo abominabilem, ut nihil supra. Versus deinde ipsi vix sunt tolerabiles, tantum abest, ut laudem aliquam mereantur. Inscribitur autem Hermaphroditus, eo quod utriusque sexus membra genitalia utriusque libelli omnem materiam faciant. Hæc qui patienter legit, ne illum oportet esse hominem frugi.* Ex hoc

(*c*) quem Bernardus Moneta Janum Brokusium esse ait in Menagian. Tom. IV. p. 441. edit. Amstelod. 1716.

(*d*) Verba hæc allegavit Celeb. P. Bælius in Diction. Tom. III. f. 2162. art. PANORMITA not. (*l*).

igitur libro aliquot versus producit Albertus de Eyb in Margarita sua Poëtica, eosque ex *Joanne Antonio Hermaphrodita* haustos esse ridicule asserit, notante elegantissimi ingenii viro Bernardo Moneta (*e*) (de la Monnoye).

§. 3.

Succedat huic suo quodam jure Præsul ille, qui pari imo longe majori inscitia *ex Clementinis & Novellis meretrices* effecit. Audiamus ea de re Henricum Stephanum (*f*): *C'est assez parlé des simples prestres ou moines: parlons des prelats. Il est certain qu'ils ont bien secondé en cest endroit les simples prestres: tesmoin celuy qui ayant alleguer les loix qu'on nommoit, Clementina & Novella, se mit en tres grande cholere de ce qu'on luy amenoit le tesmoignage de paillardes.* Cui jungendus est sacrificulus ille, qui de *Decalogo* quæsitus, eum hominem frugi, pietatis & æqui studio clarum, spectatumque virum fuisse respon-

(*e*) Menag. Tom. IV. p. 442.

(*f*) In libro, hodie rarius obvio, quem inscripsit: *L'Introduction au Traite de la Conformité des Merveilles Anciennes avec les modernes: ou Traite preparatif a l'Apologie pour Herodote.* p. 358.

spondit (*g*). Nec reticendus hic est Morerius, celebris Dictionarii historici scriptor, qui ex Δωρῳ Βασιλικῳ, titulo libri, a Jacobo Britanniæ Rege ad filium scripti, autorem *Dori Basilici* nomine usum, fabricavit, atque ita Pseudonymorum numerum inepte auxit, notatus propterea haud immerito a clarissimi nominis Viro, Jo. Gottlieb Krausio (*h*). Pari hallucinatione Jo. Caspar Eberti (*) ex *Antoniana Margarita*, titulo operis a Gomezio Pereira compositi, in quo novam veteremque medicinam experimentis & evidentibus rationibus comprobatam dare annisus est (†) *fœminam eruditam* fecit, eamque librum de animæ immortalitate scripsisse statuit.

(*g*) vid. J. W. Zinkgräfii Apophthegmata. Part. III. p. 280.

(*h*) in der Umständlichen Bücher-Historie. Part I. p. 144.

(*) in dem Cabinet des Gelehrten Frauenzimmers. p. 23.

(†) Pauca de hoc opere dixi Tom. II. p. 383. Sic vero nuncupavit id auctor a Patre Antonii, & matre Margaretæ nomen gerentibus.

§. 4.

In hanc classem referendus etiam est Brianus Waltonus, qui *Camum*, appellativum Lexici Arabici haud vulgaris nomen, quod *Oceanum* significat, pro nomine auctoris habuit (*i*), quam vero Ibn Jacob Alfirau Zabadium esse observat Celeb. Jo. Christoph. Wolfius (*k*), ea occasione simul eundem errorem circa librum *Juchasin* alios errasse memorans. Hujuscemodi oscitantiæ Philippum quoque Mornæum, Virum arte & Marte illustrem insimulat Mart. Jac. Owmannus (*l*), hæc de eo narrans: *Philippus Mornæus scribit R. Bereschit Ketanna, q. d. R. Commentarius parvus in Genesin; R. Tanchuma, q. d. R. Consolatio, dicendum siquidem erat Sepher Tanchuma* i. e. *Liber Consolationis, non autem R. Consolationis; similiter R. Midrasch Tebillim, q. d. R. Comment. allegoricus in Psalmos; auctor libri vocatur Isaac filius Simson. Itemque R. Midrasch Sirhasirim, q. d. R. Commentarius allegoricus*

(*i*) in Apparatu S. f. 227.

(*k*) in Historia Lexicorum Hebraicorum. p. 35. sq.

(*l*) in Disput. de diris sanguinum in lapidatum derivatis, Kilonii A. 1705. habita.

cus in Cant. Canticorum, subnexus est libro Rabboth. Denique quod omnium absurdissimum, ex Chronico Mundi Mornæus hominem fecit Judæum, quem R. Seder Olam, q. d. R. Chronicon mundi, appellat: quum tamen illum minime latere debuisset, hunc librum olim jam translatum a Genebrardo Theologo Parisino prodiisse Parisiis A. 1600. *in folio.* Verum hanc crassæ ignorantiæ maculam feliciter a Mornæo absterſit Clar. Magnus Cruſius in ſingularibus Pleſſiacis (*m*), nusquam illum in *opere de veritate Religionis Christianæ*, quod in hujus rei fidem allegavit Owmannus, illos libros & commentarios Chroniconque mundi, addito R. tanquam Rabbinici Doctoris ſigno, citaviſſe oſtendens, ſi exceperis *R. Tanchuma*, hoc autem nomine Judæum quendam, qui ejusdem nominis librum conſcripſerit, reapſe gaviſum fuiſſe idem aſſerit.

§. 5.

Huc etiam pertinent ii, qui Probæ Falconiæ, fœminæ laudatiſſimæ, cujus indu-

(*m*) Sive Memorabilibus de vita & meritis Philippi Mornæi de Pleſſis. p. 250. ſqq.

striæ Centones Virgilianos in quædam historiæ sacræ capita debemus, *Centonæ* cognomen tribuerunt, errore ex voce *Centones* male intellecta nato, qui diu apud typographos mansit, cum in editione Parisiensi Joan. Petit. A. 1509. adhuc legatur: *Probæ Falconiæ Centone clarissime fæmine excerptum e Maronis carminibus ad testimonium veteris noviquè testamenti opusculum Centones (n)* Eodem fato ex *Sympofio*, titulo centum epigrammatum tristichorum ænigmaticorum, effictus est scriptor *Symposius* quod erudite demonstravit, istudque opusculum post longissimi temporis decursum vero suo auctori, L. Cæcilio Firmiano Lactantio, feliciter restituit Vir acutissimus Christ. Aug. Heumannus in præfatione, illis ænigmatibus Hannoveræ A. 1722. in 8: editis præmissa, qui ibidem aliud hujus furfuris exemplum affert, existimans, nomen *Picatrix*, quo philosophum quendam vel potius magum, artes necromanticas professum, vocatum fuisse hactenus creditum est, effictum esse ex titulo libri, *Piatrix*, qua voce *saga* indigitatur. Idem Vir præstantissimus alibi (*o*) Jo. Henricum Seyfridum

(*n*) vid. Maittaire Annal. Typogr. T. I. p. 99.
(*o*) Act. Philos. Vol. I. p. 6.

dum notat, a quo in medulla memorabilium naturæ (*p*) duplici vice *Musæus Wormianus* allegatur. En ipsa Heumanni verba: *Welcher Cato könte Meister über sein ernsthafftes Gesicht bleiben, wenn er in J. H. Seyfrids Medulla mirab. naturæ findet, dass der Musæus Wormianus 2. mal citirt wird? Und ist ohnschwer zu glauben, es habe dieser Auctor, als er das Museum Wormianum allegirt gefunden, sich beredet, es sey dieses der Nahme dess Autoris, welcher, damit er nicht mit dem Jenischen Jo. Musæo, und dessen Bruder zu Kiel, dem Petro Musæo vermenget würde, sich etwann von seinem Vaterlande Worms Wormianum beygenahmet habe.*

§. 6.

Quin imo fuit Anglus quidam, qui μεταμορφωσει plusquam Circæa *Caroli IV. Auream Bullam in aureum bovem* transmutavit, ejusque conspiciendi gratia Francofurtum profectus est (*q*). Cujus inscitiam

(*p*) Act. Philos. Vol. I. p. 542. sq.

(*q*) Vid. Tenzelii Dialog. Menstr. A. 1690. p. 765. & J. H. von Seelen Orat. de Luthero de Scholis optime merito. p. 19.

tiam æquavit, si non superavit, ille veteris prosapiæ & multarum imaginum homo, in aula olim Francisci Galliarum Regis versatus, de quo lepidam hanc circumferunt historiolam. Regi nimirum isti, literatorum amantissimo, ex ædibus sacris ad prandium properanti ab eximio quodam poëta aliquando non inelegans offerebatur epigramma, quod is gratiosa benevolentia acceptum inter prandendum legebat, blandamque ejus suavitatem ita prædicabat, ut præsentibus, nunquam tam jucunde ac laute se pastum fuisse quam hoc epigrammate, asseveraret. Hoc ex ore Regis percepto aulicorum unus clanculum in culinam citato gradu se contulit, a coquo aliquid de *Epigrammate*, quod Regi præparasset, (novum enim *edulii genus* sibique adhuc incognitum hac vocula designari inepte putabat) adeo enixe flagitans, ut tandem, cum cocus, novum ac inusitatum antea cibum appositum, constanter inficiaretur, a verbis inter ipsos ventum sit ad verbera, atque lis ista a Rege haud sine effuso risu componenda fuerit. Lubet heic adjicere epigramma, quo nonnemo

mo (*r*) facetam hanc historiolam expressit:

Dum, Francisce, petis sacri penetralia templi,
Huc ubi consensu congrege turba litat:
Ecce Poëta Tibi Musaeum Epigramma legendum
Offert mirandis suave Epigramma modis.
Tuque legis lectumque probas, nec suavius unquam
Pransum, quam gustato hoc Epigrammate, ais.
Caecus Musaearum audit haec aulicus artium
Jucundum ratus hoc esse Epigramma cibum.
Hocque, inopinatu pergens, sibi gratificari
Vult, ante ut ponat tale Epigramma cocus:
Qui genus hocce cibi quod sit, nescire fatetur,
Unum se, nullum, scire, Epigramma cibum.
Alter verbereis, habitus quod ludibrio esset,
Regalem multat ictibus usque cocum.

Tuque

(*r*) Vid. Mich. Piccarti Observat. Historico-Polit. Part. III. p. 325. sq.

Tuque secuturas, Rex regalissime, lites
Non sinis hos inter pacem Epigramma facit.
Perverse acceptum. Te, Francisce, antea lectum,
Non intellectum bis jam Epigramma beat.

Habes hic recentioris ævi exempla, quæ documento esse possunt, haud prorsus improbabile esse, quod de sui seculi eruditis refert Ammianus Marcellinus, eorum nonnullos tam fuisse ignaros, *ut nunquam se Codices habuisse meminerint, & si in circulo doctorum auctoris veteris inciderit nomen, piscis aut edulii peregrinum vocabulum esse arbitrati sint.* His superpondii loco Gallum istum addo, qui de *libris* loquens, eosque *Domini* titulo (*Messieurs Livres*) afficiens, testatum fecit, quam probe sibi cogniti sint codices, quibus eam exhibebat reverentiam. En verba Jo. Ludov. Balzaci: *Il vient ici des importuns en personne, quelquefois de plus de cent lieues, & tout exprés, si on le veut croire, qui lui donnent le dernier coup de la mort, lui* (de se ipso loquitur Balzacus) *disant pour leur prémier compliment, que sa haute reputation, & la celebrité qu'il*

qu'il a donnée au lieu où il est, les ont obligés de venir voir cette personne si connue, & ce village si renommée, qu'il ne doit point trouver mauvaise une si juste & si honnête curiosité que la leur. Un de ces Curieux lui commença il y a quelques jours sa Harangue par le respect & la veneration qu'il avoit toujours eue pour lui, & pour Messieurs ses Livres. Il n'est rien de plus historique que ceci, & vous pouvez voir par là jusqu' où peut aller le stile des complimens (*s*).

§. 7.

Vocemus jam ad partes eos, qui ex appellativis fecerunt nomina propria, prioribus affines. Primi autem hic se nobis sistant illi, qui sibi aliisque inepte persuaserunt, Theophrastum Lesbium, hominem Græcum, magni nominis philosophum, in Aristotelis sinu educatum, prænomine Latino *Aureoli* usum fuisse, errore ex Hieronymi verbis (*t*) perperam intellectis orto: *Fertur aureolus Theophrasti liber de*

(*s*) Vid. Bælii Dictionar. T. I. f. 433. Art. BALZAC. not. (*k*)

(*t*) Lib. I. adversus Jovinianum Cap. 28.

de nuptiis, &c. Qua persuasione abreptus alter Theophrastus (*u*), Paracelsus scilicet, priori eruditione longe inferior, *Aureoli prænomen* itidem assumsit, homo arrogantiæ plenus, qui fastu turgidus de se aliquando insulse gloriari haud erubuit, *stultissimum pilum occipitii sui plus scire, quam omnes Galeni sectatores, & calceorum suorum annulos doctiores esse, quam Galenum & Avicennam, barbamque suam plus expertam esse, quam omnes Academias* (*x*). Dignissimus certe vir, qui inter eruditos Charlatanos, si eruditos vocare fas est insipida hujusmodi capita, principem obtineat locum, stolidæ gregis primipilus! Ex prisco autem illo Aureolo commentitio, sicuti error plerumque errorem gignit, novum quendam, si Diis placet, *Aurelionem Theophrastum* fabricavit Gualterus Burleus, inficetus ille Historiæ Philosoph. scriptor (*y*), *scripsit etiam*,

(*u*) Vid. Heumanni Acta Phil. Vol. I. p. 7. sq.

(*x*) Vid. Melch. Adami Vitas Germanorum Medicorum p. 35. edit. Heidelberg. 1620. in 8.

(*y*) Cap. LXVIII. Libri de vitis Philosophorum & Poëtarum, quem Celeb. Heumannus in Actis Philos. Vol. III. p. 282. sqq. recensuit. Libelli hujus, hodie rarioris, sed nullius pretii, editionem possideo Argen-

etiam, inquiens, *Aurelio Theophrastus librum de divitiis.*

§. 8.

Hujus farinæ soloecistis annumerandus quoque est ineptulus ille, quem Ulricus Huttenus, strenuus ignorantiæ oppugnator, in suo *Nemine* sic exagitat: *Novi insignem asinum, quod mihi videtur, qui aliquando simul audientibus nobis Papiæ illud juris columen Jasonem, cum is præelegeret, & multis cita-*

---

gentorati per Joan. Knoblauch A. 1516. in 4. typis exscriptam, h. t. *Vita Philosophorum & Poëtarum cum auctoritatibus & sententiis aureis eorundem annexis.* Titulo hoc subjectum est carmen, quod ipse poëta haud abs re vocat tumultuarium:

Lector amande super cunctos vis magnus haberi,
Hunc precor ediscas nocte die (l. dieque) *librum.*
Tantus ibi fructus, tanta est facundia, tantis,
Est rutilans dictus (l. dictis) *quod nihil est melius.*
Maximus exiguo thesaurus venditur ære,
Quo nullum toto majus in orbe sophos.

Quod si vero ipsum opus introspexeris, pro thesauro invenies carbones: nisi forte hoc duntaxat illius ævi hominibus dictum sit, quo glandibus vesci volupe fuit.

citatis autoribus subjiceret: Alexander de Imola & sequaces; conversus ad proximum quæsivit, quis ille esset sequaces? Opinabatur ille uni ex glossatoribus nomen esse sequaces. Ex *Calendis, Nonis & Idibus* viros sculpsit celebres, deque Romano populo optime meritos Theodorus Balsamo, qui (z) Romanis decem mensis cujusque priores dies Calendas, proximos decem Nonas, postremos Idus dici, sicque vocatos tradit a tribus prudentissimis Romanis, qui eos fame liberaverint. Meminisse etiam heic decet illius, qui formulam *Fare wel*, i. e. *Vale* libri cujusdam dedicationi subscriptam, auctorem, *Farewellium* esse arbitratus est (a). Eadem ratione quoque peccavit Vir cætera doctissimus, qui Catalogum Bibliothecæ Francisci Barberini Cardinalis concinnavit, cum in litera W. T. II. p. 572. ex linguæ Germanicæ ignorantia Jo. Arnd *Weiland* libros de vero Christianismo adscripsit (*), adver-

(z) Ad Canonem Trullanum 62. notante Viro Summo J. A. Fabricio in Menologio p. 92.

(a) Vid. J. H. von Seelen Orat. de Luthero de Scholis optime merito. p. 19.

(*) Vid. Ejusdem Orat. de Eruditis præcocibus. p. 16.

verbio *Weiland* pro auctoris nomine usus. Qua occasione silentio involvere nequeo hujusce fere generis soloecismum, a me ipso observatum. Nempe aliquando mihi asseruit nonnemo, qui Bibliothecam non contemnendam hæreditatis jure possidebat, *Tomum* haud dubie fuisse magnæ celebritatis ac exquisitæ eruditionis virum, dignissimumque, qui inter polygraphos non ultimum obtineat locum, cum tantus ejus scriptorum sit numerus: magnopere simul miratus, unum hominem tot tantæque molis operibus elaborandis sufficere potuisse. Scilicet multorum voluminum tergo inscriptam conspiciebat notam: hujus vel illius *operis Tomus I. Tomus II.* &c. Cui alium soloecismum addere lubet, circa eandem vocem *Tomus* commissum, sed grammaticum, quem his verbis, lectu, scio, non injucundis notatum deprehendimus in Menagian. Tom. II. p. 374. sq. *Lors que M. l'Abbé de ..... qui fut depuis Cardinal, soûtint sa Majeure, un Bachelier, qui disputoit contre lui, cita le passage d'un Concile, qu'il nia formellement s'y trouver. La Bachelier fut chercher le Livre à la Bibliotheque de Sorbonne, & le lui montra tel qu'il l'avoit cité. L'Abbé de..... voulut*

s'excuser, & pour exprimer qu'il avoit vû d'autres exemplaires où la citation n'etoit pas, il dit: Vidi alia toma, ubi locus iste non erat, au lieu de dire alios tomos M. Hennequin, qui étoit aux écoutes, cria tout haut: Quia vidisti Toma credidisti. Quis hic sibi a risu temperet, licet ipsum Catonem ac Heraclitum austera vultus gravitate multum superans?

§. 9.

Nec omittendus est hic lepidissimus error, *quo se deridendum* (verbis utor (b) Celeb. Jo. Henr. von Seelen) *intelligentioribus propinavit Bibliothecæ cujusdam præfectus, qui cum ostenderet peregrinis nonnullis codicem, cujus primæ paginæ inscripta legebat hæc verba: ἐκ τῶν Lindenbrogii, nescio quem Ectonem Lindenbrogium transformatione, quæ ipsa Ovidiana major, ex iis effinxit. Græcæ linguæ ignorantia mater est, quæ isthæc & longe plura errorum fœdissima monstra infelici & immaturo partu est enixa.* Ἐν παρόδῳ adjicere hic lubet verba, lectu, si quid judico, non injucunda, etsi prolixiora,

(b) l. c.

lixiora, quibus Henricus Stephanus (*c*) superioris ævi in Græcis ignorantiam depingit: *Quant au Grec, il leur est à pardonner, s'ils n'y ont entendu rien du tout, veu que de plus habiles gens qu'eux, n'ont eu honte de dire ce que nous avons raconté ci devant, à sçavoir,* Græcum est, non legitur: *&* Transeat, Græcum est. *Et si on tient ceste ignorance pour mal, pour le moins on peut dire que ce mal a apporté quelque bien. Car par icelle a esté augmenté le nombre des saincts & des sainctes, tesmoin S. Lonchi ou Longi, quant aux saincts, S. Tiphaine quant aux sainctes. Car du mot Grec* λογχη, *Lokchi* (*d*) *signifie Lance, est sorti ce sainct*

B 2 (*com-*

(*c*) In Apologia pro Herodoto, superius jam citata, p. 359.

(*d*) Mirandum est oppido in hujus lanceæ honorem a Pontificiis solenne festum nonnullis in locis celebrari: de quo videsis Jo. Henr. von Seelen Comment. de festo lanceæ & clavorum, quibus Christi corpus fuit perfossum in Ducatu Bremensi olim celebrato jussu Innocentii VI. Pontificis, cujus Bulla ex MSC. inserta. Hanc Bullam jam ante publicaverat Jac. Gretserus in Syntagmate de S. R. Imperii sacrosanctis reliquiis & regalibus monumentis, præsertim de quadruplici Lancea, Dominica, Mauritiana, Constantiniana & Carolina, Ingolstadii 1618. in 4. edito p. 18. sqq. ubi & p. 26. sqq. exhibetur alia Bulla Martini V. Pont. in qua præter alia festum lanceæ confirmatur.

(*combien que desia ce mesme non eust esté baillé a celui qui de ceste lance perça le costé de nostre Seigneur*) *& d'un autre mot Grec* θεοφανια theophania (*comme si on disoit Apparition de Dieu*) *est sorti Saincte Tiphaine. Il est vray que d'autre part ceste mesme ignorance a esté cause d'augmenter le nombre des diables: car de Macrobius & quelques autres tels mots on a faict des noms de diables. Quant au pauvre Malchus, qui eut l'oreille coupée, & auquel depuis on a osté son nom pour le donner a une sorte de glaive, je lui laisseray plaider sa cause: afin qu'on ne die que je suis l'avocat des Juifs*, &c. Alium errorem circa Macrobium à non infimi ordinis Viro commissum memorabimus ex Theodoro Beza (*e*): *L'Assesseur de Poitiers s'opposa de toute sa force a l'introduction de la Reformation dans cette Ville-la. Etant un jour entré dans l'Etude d'un Ecolier suspect, où il trouva un ancien Auteur Latin, nommé Macrobius, se saisit de ce Livre, & envoya l'Ecolier en Prison, disant que ce gros nom de Macrobius ne pouvoit être que le nom de quelque gros alemand Héretique.*

§. 10.

(*e*) Locum hunc allegavit Mich. de la Roche in Memoires Literaires de la Grande Bretagne. Tom. XIII. p. 153.

§. 10.

In Græcis Autoribus exponendis hac ratione interdum lapsi sunt Viri alias Græce doctissimi, siquidem etiam aliquando bonus dormitat Homerus, ut appellativa nomina in propria transformarent. Sic ex Athenæi (*f*) verbis: Των κυνικων τις έσπεριος ἐλθων ἐφη, eorumque versione Latina, *Accedens Hesperius, unus e Cynicis, inquit*, occasionem reperunt viri quidam eruditissimi, Cynicum quendam, nomine *Hesperium*, effingendi, cum verba illa Athenæi potius sic transferenda sint: *Cynicorum quidam vesperi & serius accedens dixit*, observante id sæpius laudato nec unquam satis laudando Heumanno (*g*). Quam Poëtriis Græcis annumerat Gyraldus (*h*), *Agaclen* ejusdem esse originis & commatis suspicor. Cum enim ejus a nullo veterum, quod ego quidem sciam, habeatur mentio, ex epitheto ἀγακλης, quod *præclarum* ac *percelebrem* significat, ea mihi orta esse videtur. Usus est hac voce Antipater in Epi-

(*f*) Lib. VII. Deipnosophist.
(*g*) In Act. Philos. Vol. II. p. 915.
(*h*) Dial. III. de Poëtis. p. 170.

grammate Græco (*i*) de Telesilla, cujus ut & aliarum poëtriarum nomina inde Gyraldum loc. cit. hausisse animadverto.

Τας δε θεογλωσσους Ἑλικων εθρεψε γυναικας
Ὑμνοις, και Μακεδων Πιεριας σκοπελος,
Πρηξιλλαν, Μυρω, Ανυτης ςομα, θηλυν Ὁμηρον,
Λεσβιαδων Σαπφω κοσμον εϋπλοκαμων,
Ἠρινναν, Τελεσιλλαν ἀγακλεα, και σε Κορινναν,
Θουριν Ἀθαναιης ἀσπιδα μελψαμεναν,
Νοσσιδα θυλιγλωσσον, ιδε γλυκυαχεα Μυρτιν,
Πασας αενναων εργατιδας σελιδων.
Ἐννεα μεν μουσας μεγας Οὐρανος, εννεα δ' αυτας
Γαια τεκε θναλοις ἀφθιτον Εὐφροσυναν.

interprete Hieron. Megisero:

Has Helicon sacras divino carmine vates
Nutriit, & Macedo Pieriæ scopulus,
Praxillam, Myro ac Anyten, quæ haud cessit Homero,
Sappho, splendorem Lesbos amoena tuum.

Queis

(*i*) In Anthologia veterum Græcorum Epigrammatum. Lib. I. Cap. LXVI. p. 443. edit. Francof. 1602. in 8.

Queis fidæ sociæ Telesilla, Erinna, Corinna,
Palladiam quarum hæc ægida voce canit.
Nossida quin etiam, mellito & gutture Myrtin
Omnes perpetuis carminibus celebres.
Tu Musas quidem, Olympe, novem, sed terra novem istas,
Insignes hominum delitias, peperit.

Politianus, aliique viri docti eum secuti *Auctorem magni Etymologici Nicam* appellant: at Isaacus Vossius, qui hoc etiam ipse a Politiano passus fuerat sibi persuaderi, postea incidens in Codicem, qui Politiano imposuit istud ut crederet, non potuit sibi a risu temperare, cum observavit volumini illi MSto Etymologici præfixum labarum cruciforme cum verbis decantatissimis ἐν τούτῳ νίκα, de quibus priora duo, ἐν τούτῳ, deleta, tertium solum, velut scriptoris nomen visum Politiano, νίκα, relictum fuit: quam observationem debeo Celeb. J. A. Fabricio (*). Quid? quod, ut hæc obiter adjiciam, Conradus Heresbachius hoc modo in interpretatione Herodoti novos nobis obtrudit montes, novos populos, in Utopiæ

(*) Biblioth. Græc. Volum. X. p. 19.

piæ fortassis mappa Geographica quærendos, quem propterea salse his verbis perstrinxit Henr. Stephanus: *Quis adeo sit Heraclitus, ut risum vel cachinnum potius ad illos Herodoteæ interpretationis locos compescat, in quibus novos montes, novos populos, novas gentes ex uno calami ductu ortas intuetur? Vetus fuit verbum, Semper Lybia novi aliquid affert: at hæc interpretatio Lybiæ vice fuerit viris doctis, quibus eam cum textu Græco conferre minime grave videbitur.* Illic *enim* ἱρὸν (*Jonico more positum pro* ἱερὸν) *id est sacrum in montem nomine Hirum nova quadam metamorphosi mutatum conspiciet: illic ex* μυχȣ (*id est recessu vel sinu*) *Inachum sive Machum urbem: ex* οἵτινες (*id est Qui*) *populum nomine Hoetines: illic ex* ἥσσονας (*id est inferiores*) *populum Hessones: illic denique ex* ἁλέες (*quod declarat Universi vel simul omnes*) *populosissimam gentem Halees repente emergere videbit. Eant nunc, qui magicarum vocum potentiæ vel circa levissima opera fidem derogant, quum tanta a tantillis istis quinque vocibus miracula, & quidem nullius Circes ope adjutis, edita cernantur. O quam*

oppor-

opportune in Deucalionea tempora incidisset hujusmodi interpres: quam strenuus humani generis reparator, sine lapidum jactatione, fuisset (*k*).

§. II.

Nunc ad aliam σολοικιζόντων classem transgredior, nempe ad eos, qui vice versa ex nominibus propriis fecerunt appellativa, eque illis vel librorum titulos vel aliud quid fabricaverunt. Primus hic in scenam prodeat is, qui Hermannum Contractum, notissimum scriptorem, a misero corporis habitu ita cognominatum, cui Chronicon de sex ætatibus mundi ad annum usque 1050. ab Urstisio inter Scriptores Rerum Germanicarum aliisque publicatum debemus, pro titulo ejus operis, contracti & in epitomen redacti, inepte habuit (*l*). Huic, si Reinesii judicio standum est, jungendi sunt, qui carminis, quod inscribitur *Ovidius de vetula*, auctorem Nasonem, argumentum vero de vetula esse sibi persuaserunt.

(*k*) Verba hæc leguntur in H. Stephani epistola ad Joach. Camerarium, Herodoti editioni præmissa.

(*l*) Vid. Hamburg. Biblioth. Histor. Centur. III. p. 77. & Gundlingian. Part. I. p. 51.

ferunt. Ita autem ille (*m*): *Argumentum poëmatis de Vetula esse putant plerique omnes, etiam Vossius; sed velim ex ipso doceant rationem hujus inscriptionis: librorum enim titulos πραγμάτεια & libri ipsi subindicare solent debentque. Mihi nec fictum nomen Ovidii, nec libri titulus esse de Vetula videtur: sed veram propriamque versificis istius docti satis, sed astrologicis vanitatibus nimis quam addicti, adpellationem; cum & Ovidii vocabulum seculo decimo undecimoque Gallis Anglisque familiare fuisse, & familiam de Vetulis inter Normannicas illustrem quandam seculo decimo sciam. Unde vero ei appellatio, & an a loco Vetulæ, Betulæ dicto, dictu difficile est; probabile tamen ideo, quod denominatio a locis natalibus & a tenementis usitatissima. Et fuerit Ovidius de Vetula sic ut M. Thaddæus a Roma — — Joan. de Judagine, Conr. a Marpurgo, Henr. de Urimaria* &c. *nominati.* Sed deinde sententia hac abjecta Reinesius, impostorem quendam Vatis Sulmonensis locum nomenque affectasse, &, cuculus cum esset, ova sua aquilæ supponere præsumsisse existimavit (*n*).

Po-

(*m*) In Epist. ad Chr. Daumium p. 204.

(*n*) l. c. p. 207.

Potiore igitur jure in hunc censum referendus est error, diu propagatus, quo Arnobii libris sub titulo libri octavi adjectus fuit Minutii Felicis dialogus, Octavii titulo a nomine Octavii Januarii, collocutoris Christianæ religionis partes tuentis, insignitus, quem vero suo autori primus vindicavit Franciscus Balduinus.

§. 12.

Nec impune hinc abibit imperitus ille inter Pontificios librorum Censor, quod genus hominum non raro sibi solum sapere videtur, gravitate plusquam dictatoria omnia ea, quæ minus capit, despicatui habens, & censorii styli mucrone crudeliter configens. Lepidam de ineptulo quodam hujus furfuris Aristarcho historiolam narrat Janus Nicius Erythræus (*o*), ipse Pontificius, quam ipsis ejus verbis hic repetere placet, ne venustas & nativus illi decopereat. *Illud, oppido ridiculum, non est ratio prætermittere. Nam cum rhythmos quosdam typis mandare constituisset* (Romulus Paradisus), *illi, quem penes est facere librorum, non præcipuorum tamen, imprimendorum*

(*o*) In Pinacotheca II. p. m. 168.

rum potestatem, ut moris est; tradidit, ut eos legeret, ac typographo excudendos dari curaret. Qui, ut primum in Paradisi nomen incurrit, illico, non secus ac si anguem pede pressisset, exhorruit, atque, Tibi removendum est, inquit, ab hoc libro nomen istud, quod non secus ab Etruscis carminibus, tanquam prohibitum alienumque, repellitur, ut cœlum, sors, fatum, aliaque ejusmodi minime usurpanda vocabula: sumtoque calamo Paradisi cognomen delevit, ejusque loco tria puncta, hoc videlicet modo ... substituit; eademque opera interminatus eidem est, ne auderet Paradisi nomen in eum, unde depulsum fuerat, locum restituere: nam illico curaturum se, ut opus illud inter prohibitos atque invendibiles libros rejiceretur. Romulus, admirans hominis simplicitatem, vix se continuit, quin in risum effunderetur, sed, sibi vim adhibens, tacitus abiit. Nec mora; librum typographo cum illis tribus punctis loco cognominis imprimendum tradidit. Cujus postea exempla cum inter amicos plura divisisset, ut quisque illi obviam venerat, Mi Paradise, ajebat, jure partam ex tuis carminibus laudem tibi vehementer gratulor. Cui Romulus, admoto ad os digito, Cave dicebat, obsecro, ne hoc me cognomento appelles,

nisi

nisi postulas, librum, ex hominum manibus ereptum, impiorum sceleratorumque librorum numero haberi. At, quodnam tibi nomen dicam esse? replicabat ille. Respondebat, Romulum trium punctorum; nam id mihi cognomen, vetere inducto, indidit ille, qui libros imprimendi copiam facit. Quæ res, non potest satis narrari, quos ludos aulæ præbuerit. Romæ cumprimis hujusmodi in censendis libris rigorem observari, asserit Ægid. Menagius (*p*), hincque nonneminem, qui in opere quodam voce *fata* uti voluit, ita circumvenisse censorem refert, ut in vicem ejus substituerit *facta*, in indice erratorum hac notula adjecta, *Facta lege Fata.* Quin imo Inquisitor quidam ita suam prodidit inscitiam, ut in libro quodam Naudæi hæc verba, *Virgo fata est*, censoria virgula affecerit, his in marginem adscriptis: *Propositio hæretica, nam non datur Fatum* (*q*).

§. 13.

Catholicon, Lexicon Latinæ linguæ rarissimum, sed ineptiis scatens, & seculi, quo

(*p*) In Menagian. Tom. I. p. 38.
(*q*) Menagian. Tom. IV. p. 36.

quo scriptum est, ruditatem spirans ubique, quod nuper heic loci tractare mihi in Bibliotheca Monasterii Ordinis S. Spiritus licuit, auctorem agnoscit Joannem de Balbis, alias etiam a patria Genua *Joannem de Janua* dici solitum. Hinc eum aliquoties Caseneuvius (*r*) joculari errore *Jean de la Porte* vocat (*s*). Ipse etiam Æg. Menagius, at quantus vir! ab istiusmodi hallucinatione sibi minus cavit, *Simum, alicujus instrumenti Musici inventorem, pro simio*, turpissima bestia, humani oris simulatrice, habens. De eo Simo ita Jul. Cæsar Scaliger Lib. I. Poëtic. *Fuit & Simi commentum illud, quod ab eo Simicum appellatum quinque & triginta constabat chordis, a quibus eorum origo, quos nunc monochordos vulgus vocat, in quibus ordine digesta plectra subsilientia reddunt sonos.* Haud abs re erit, quot errores circa hunc locum commiserit Menagius, Bernhardi Monetæ (*t*) verbis heic edisserere: *Rien n'est si plaisant, que la manière dont M. Ménage*

(*r*) Origin. Ling. Gall. p. 88. 97.

(*s*) Menagian. T. III. p. 62. conf. J. A. Fabricii Biblioth. Lat. Volum. III. p. 671.

(*t*) Menagian. Tom. III. p. 111.

nage dans ses Origines Françoises a entendu ces paroles. Il prend Simus *pour* Simius, *& croit là-dessus que Scaliger attribuë l'invention de cet instrument à un singe, ajoûtant par un surcroît d'erreur que le même Scaliger dérive le mot Italien* monocordo *de* mono, *qui en Italien signifioit un singe. On auroit peine à compter ici les bévuës de M. Ménage. La premiére est d'avoir ignoré que ce qui est dit ici touchant l'instrument* Simicum *est originairement de Pollux. La seconde d'avoir cru qu'un singe étoit capable d'avoir inventé cet instrument. La troisiéme de n'avoir pas sû qu'on ne disoit pas en Latin* Simus *pour* Simius. *Le quatrieme de s'être imaginé que ces mots,* a quibus eorum origo quos nunc monochordos vulgus vocat, *regardoient l'etymologie de* monocordo, *au lieu qu'ils regardent purement la façon de l'instrument. La cinquiéme d'avoir pris* mono *pour un mot Italien qui signifioit un singe. Et la sixiéme d'avoir attribué toutes ces absurditez a Scaliger qui en est fort innocent. La seule faute dont il auroit pû reprendre celui-ci, est d'avoir dit* quos monochordos, *au lieu de* quæ monochorda, *ce dernier mot ne pouvant se rapporter qu'à* instrumentum, *employé un peu plus haut.*

Alius

Alius, ut hoc in transcursu attingam, ex *Salem*, proprio loci nomine, insulse *salem*, utilissimum illud condimenti genus, effecit, cujus his meminit Philippus Melanchthon (*u*): *Nuper quidam ex Magistris nostris, cum enarraret ea, quæ de Melchisedec in Genesi prodita sunt: Rex Salem panem ac vinum obtulit: non animadvertens, Salem loci nomen esse, nulla de condimenti vi ac natura disseruit: imposuit enim bono viro vocum affinitas.*

§. 14.

Nescio, an huc quoque referenda sit ineptula & intempestiva quorundam diligentia, qui in versionibus Auctorum nomina propria etiam aliis pro lubitu suo effictis vocibus exprimere conentur, atque ita sibi aliisque abs re crucem figunt. Exemplo sit Gallus ille, qui in translatione Epistolarum Ciceronis ad Atticum verba hæc? *Pridie autem apud me Crassipes fuerat,* ita interpretatus est: *Le jour précédent Gros-*

(*u*) In Encomio Eloquentiæ, quod ejus selectarum Declamationum, Argentorati A. 1564. in 8. editarum, Tomo I. insertum est, p. 414.

Gros-Pied fût chez moi (*x*). Sic in sequenti disticho *S. Wolfgangi*, Episcopi Ratisbonensis, nomen *Lupambulus* redditur, invitis certe Musis:

Consecrat ædiculam mandrita Lupambulus istam,
Abbas Ramvoldus quam tibi, Christe, struit. (*y*)

§. 15.

Nunc eorum paucis meminisse fas est, qui ex urbibus viros, & vice versa e viris urbes effinxerunt. Ita lapsus est Antonius Possevinus, acerrimus & sæpe iniquus aliorum censor, qui *ex Georgio, Nicomediæ Archiepiscopo*, *Georgium* quendam *Nicodium* exsculpsit, eique librum de Cruce tribuit (*z*). Sic Biblia Hebraica, *Wilmersdorfii* typis aliquot abhinc annis exscripta, *a Wilmersdorfio* quodam curata esse sibi persuasit Vir haud incelebris in bonæ frugis libro, non ita dudum edito. Contra Fri-

(*x*) Vid. Carpentariana p. 259. sq. edit. Paris. 1724.
(*y*) Exhibet hoc distichon Jo. Mabillonius in Itinere Germanico. p. 61. edit. Hamburg. 1717. in 8.
(*z*) Vid. J. Fr. Reimmanni Bibliothecam Acroamaticam. p. 59.

dericum *Sylburgium*, Virum Græce doctissimum, nonnemo *in ejus nominis urbem* transmutavit. Toppium vero in Bibliotheca Neapolitana Jo. Antonium van der Linden, qui de scriptis medicis commentatus est, semper *Jo. Anton. Vander* appellare memorat Clar. Christ. Gotl. Jœcherus (*a*), ut adeo *Linden* pro patriæ ejus urbis nomine habuisse videatur. Pariter Lud. Elias du Pin in Bibliotheca auctorum Protestantium verba Melchioris Adami: *Gratissimus Hyperii adventus Noviomago accidit*, ita intellexit; quasi narraretur, Hyperium in urbem Noviomagum venisse; cum tamen de Gerhardo Geldenhaurio Noviomago sermo sit, observante Celeb. Theodoro Hasæo (*b*).

§. 16.

Quandoque & librorum tituli minus recte intellecti occasionem varia ratione labendi dederunt. Constantinus Rheginus, a patria Africanus, ab officio Ἀσηκρήτης vel Ασηκρητις i. e. a Secretis, seu ut vulgo vocant,

(*a*) In Præfat. novissimæ editionis Lexici Eruditorum Germanici.

(*b*) In Bibliotheca Bremensi. Class. V. p. 318.

cant, Secretarius appellatus, opus medicum de omnium fere morborum, qui homini accidere possunt, cognitione & curatione inscriptum: *Viatica peregrinantis*, e Syriaco in Græcum sermonem convertit, cujus translationis Codex MStus in Augustissima Bibliotheca Vindobonensi adservatur. In hoc dupliciter peccavit Jo. Meursius in Glossario Græco-barbaro, ubi in Indice Græcorum Auctorum hactenus nondum editorum indicat, in ipso Glossario octies a se citatum esse *Constantini Asynkiti Itinerarium*, primo officii, quo interpres functus est, nomen corrumpens, deinde opus medicum transformans in Itinerarium (*c*). Petrus Hœdus Sacerdos Portusnaënsis scripsit opus *de amoris generibus*, uti titulus fert, Tarvisii A. 1498. in 4. typis Gerardi de Flandria excusum, in quo contra lascivum amorem pugnat, Deique ac proximi dilectionem lectoribus instillare cupit: hinc ipse etiam auctor in aversa tituli parte ac deinceps opus hoc *Anteroticorum* epigraphe insignivit. Eapropter vero

(*c*) Reprehensus propterea a Petro Lambecio in Commentar. de Bibliothecâ Cæsar. Vindob. Lib. VI. vid. Reimmanni Biblioth. Acroamat. p. 483.

Henricus Cornelius Agrippa (*d*), priori titulo deceptus, Hœdum inter scriptores de arte amandi inepte refert, eumque cum Ænea Sylvio, Dante, Petrarcha, Bocatio, Petro Bembo & aliis lenonibus accenset, notatus ob id a Celeb. Bernhardo Moneta (*e*). Nec dubito, pari ratione erratum esse in Indice librorum prohibitorum, An. 1711. & 1716. in 8. jussu Clementis XI. Pont. Max. Romæ ex typographia Cameræ Apostolicæ edito. Ibi enim p. 278. (edit. 1711.) & p. 275. (edit. 1716.) libris prohibitis annumeratur *Isaaci Casauboni Corona Regia ab Euphormione in lucem edita.* Cognitum vero est, hoc titulo prostare satyram mordacissimam, auctorem, uti creditur, Casp. Scioppium, hominem maledicentissimum, agnoscentem, qua cum Jacobus, Angliæ Rex, tum Casaubonus indigne laceratur (*f*). Mihi igitur iste titulus sacræ, quam vocant, S. officii Congregationi imposuisse videtur. Minus enim veri-

(*d*) De Vanit. Scient. Cap. LXIV. p. 125. Opp. Tom. II. edit. Lugdun. 1600.

(*e*) Menagian. Tom. III. p. 300. sq.

(*f*) Eam recudi curavit in Tomo I. Historiæ Sapientiæ & Stultitiæ, Halæ Magdeb. A. 1693. Illustr. Christ. Thomasius.

verisimile est, eum libellum in gratiam Jacobi & Casauboni, quorum uterque sedem Romanam libris strenue oppugnavit, nigro theta signatum esse. Antonius Verderius in Bibliotheca Constantinopolitana *Lexicon Justiniani M.* memorat, ut adeo Justinianus Lexicographis accensendus foret, sed ex Codice Cæsareo ἑξηκονταβίβλος legendum esse monet P. Lambecius (*g*). Antonius Possevinus in Catalogo Bibliothecæ Cæsareæ ex Georgii Gemisti Plethonis Epitome historiarum Diodori Siculi absurde effinxit *Gemisti Platonis Epitomen Historiarum Sicularum* (*h*). Jo. Gotfr. Olearius (*i*) Petrum de Natalibus circa annum 1470. quasdam Scrip. S. historias edidisse, atque *Catalogum Venetorum Senatorum & gestorum eorum*, qui Vincentiæ A. 1493. prodierit, composuisse asserit. Sed Ant. Verlam Petri de Natalibus historias Sanctorum publicasse A. 1493. neque aliud esse scriptum, Catalogum Sanctorum (non Venetorum Senatorum) & gestorum eorum ex Ephemeridibus literariis Italicis observavit

(*g*) Lib. I. de Biblioth. Vindobon. vid. Reimmanni Biblioth. Acroam. p. 70.
(*h*) Vid. Reimanni l. c. p. 58.
(*i*) In Biblioth. Ecclesiast. Tom. II. p. 83.

vavit Venerab. Abbas Jo. Fabricius (*k*). In ejus Bibliotheca Ecclesiastica (*l*) aliud quoque lepidum occurrit sphalma, typothetæ forsitan oscitantiæ tribuendum, quanquam inter errata typographica hoc notatum haud sit. Ibi enim Nicephorus Callistus inter alia scripsisse dicitur *Catalogum Meretricum* (pro *metricum*) *Imperatorum Constantinopolitanorum.*

§. 17.

Jam ordo ejus generis soloecismos tangit, quos compendia scripturæ pepererunt. Sic v. g. Gallus quidam voces *Jul. Cæsar* in Carpentarianis (*m*) legisse alta voce & seria mente *Jean Cæsar* narratur. Pariter *P.* (*i. e Publius*) *Victor* perperam vocatur *Petrus Victor* in opere topographico urbis Romæ, quod Francofurti A. 1627. fol. prodiit hoc titulo: *Onuphrii Panvinii, Bartholomæi Marliani, Petri Victoris, Jani Jac. Boissardi topographia Romæ cum tabulis Geographicis, imaginibus antiquæ & novæ urbis, Inscriptionibus, marmoribus, ædificiis,* se-

(*k*) In Historia Bibliothecæ suæ Tom. V. p. 465.
(*l*) Tom. II. p. 8.
(*m*) p. 238.

sepulchris, & quicquid est a veneranda antiquitate, magna diligentia æri incisis (*n*). Ita in Bartholomæi Cassanæi Catalogo Gloriæ mundi, Venetiis A. 1571. per Vincent. Valgrisium in fol. excuso, p. 201. allegatur Philosophus Bergomas in Supplemento Chronic. quod opus Jacobo Philippo Foresto Bergomati debetur, errore haud dubie ex compendio scripturæ (Phil. Bergom.) nato quanquam ibidem p. 290. recte Philippus Bergom. nuncupetur.

§. 18.

Succedant nunc ii, qui in ætate, auctoribus assignanda, turpiter lapsi sunt. Nequaquam vero huc referre animus est illos, qui hac in re aliquot duntaxat annis, vel decenniis, vel integro etiam seculo aberrarunt: sed istos tantum, qui ita peccaverunt enormiter, ut trivialium puerorum risu excipi digni sint. Talis est *Nòbilis* ille, qui Senecam tempore Henrici IV. Galliarum Regis floruisse ex eo sibi aliisque persuadere voluit, quod Gallica ejus operum translatio laudato Regi ab interprete inscri-

(*n*) Vid. J. A. Fabricii Biblioth. Lat. Volum. I. p. 744.

pta sit. Haud piget, eam rem verbis doctissimæ cujusdam fœminæ (*o*) Gallicè plenius enarrare: *Un fort joli Cavalier me voulut prouver un jour, que Seneque etoit contemporain de Henri IV. & pour me convaincre de cette verité, il alla chercher les oeuvres de Seneque dediées à ce Prince, & me montrant l'Eliquette, lisez, dit-il, n'est ce pas là Seneque? lisez en suite, au* Roy Henri IV. *Que repliquez vous à cela? j'eus beau lui dire, que c'etoit une traduction de cet Auteur, que l'on avoit faite plusieurs Siécles apres sa mort, il n'en voulut rien entendre, & croiant son argument sans replique, il me rit au nez: tout ce que vous dites là sont paroles, ajouta-t-il, je vous ai fait voir la preuve par ecrit, & vous devez en etre convaincüe.* Mirus certe parachronismus, nec dissimilis illi, quem Turcis Ricotus (*p*) his verbis exprobrat: *Ils confondent tellement l'Histoire & Chronologie, qu'ils disent que Job estoit Juge de la cour de Salomon, & qu'Alexandre le Grand estoit General de ses armées.* Quo pertinet etiam error, a

(*o*) Lettres historiques & galantes par Mad. de C*** Tom. III. p. 328.

(*p*) Hist. de l'Empire Ottoman. L. I. C. 3.

a Wilh. Schikardo (*q*) notatus, quo juxta Christum per synchronismum egregium velut coætanei Georgius, Jonas & Samson (cur non & Adam ac Mathusalem?) a quodam positi sunt. Sed e diverticulo in viam redeundum. Ab hujusmodi soloecismo immunis non est Georg. Wicelius, Vir alias haud indoctus, qui Plutarchum Caroli M. Imperatoris vitam & res gestas descripsisse absone existimavit, quia scilicet ejus Monarchæ vita, per Acciajolum enarrata, Plutarchi vitis parallelis in nonnullis editionibus (*r*) Latinis appendicis loco annexa est (*s*). Sebastianus vero Franckius in

C 5 Chro-

(*q*) In Tarich sive Serie Regum Persiæ p. 20.

(*r*) Primæ ejusque rarissimæ editionis Latinæ Vitarum Plutarchi in fol. duplex exemplum in Bibliotheca nostra publica adservatur. Prodiisse eam A. jam 1470. Romæ ex officina Udalrici Galli arbitratur Mich. Maittaire in Annal. Typogr. Tom. I. p. 72. licet annus, locus & typographus nominatus haud sit. Typi certe huic conjecturæ patrocinantur, & Jo. Antonii Campani ad Piccolomineum Cardinalem præmissa epistola. Huic quoque editioni Vita Caroli M. accessit, cum hac epigraphe: *Incipit Vita Caroli Magni Clarissimi Viri e Græco sermone in Latinum per Donatum Acciajolum translata.* Ipse igitur Campanus, Acciajolo coævus, in pari jam cum Wicelio hæresi fuisse videtur.

(*s*) Vid. Abbatis Langlet du Fresnoy Anweisung zur Erlernung der Historie. p. 377.

Chronico suo Plotinum Platonis, Pythagoramque Plotini discipulum fuisse inscite scribit, animadvertente Celeb. Heumanno (*t*). Alius in Postill. German. Valerium Maximum cum Valeriano Magno Mediolanensi, superioris seculi Monacho Capucino haud ignoto perridicule confudit, acri elencho notans *Valerium Maximum de Acatholicorum & Catholicorum regula credendi* (*u*) Risum teneatis amici.

§. 19.

Tandem promiscue varia crassiora ἁμαρτήματα literaria recensebimus, quæ in superiores classes commode redigi nequierunt. Primo hic compareat causidicus ille, quem per *Orationem Divi Marci in Pandectis preces ad Sanctum Marcum* intellexisse nos edocet testis auritus Æg. Menagius (*x*). Hunc excipiat Joannes Bonardus, qui Lycurgum pro legislatore Doctorem (Juris videlicet) Lycurgum appellavit, phrasinque de Scipione & Lælio in Cicerone,

(*t*) Act. Philos. Vol. I. p. 6.

(*u*) Vid. D. Jo. Frid. Majeri Disp. de Religione suggesti, quæ est septima inter Dissertationes selectas Kilonienses & Hamburgenses, p. 232.

(*x*) In Dedicat. Amoenitatum Juris.

cerone, in fallor, obviam, *calculos & conchulas in litoribus maris lectitare*, ita exposuit, ut *calculi* sint *libri*, *qui tractant de Scacis*, *conchulæ* vero itidem *libri tractantes de tabulis ad ludendum* (*y*). Sequatur monachus ille Franciscanus, in urbe Portus belli, inter Indos versans, qui Ovidii Metamorphoseων libros pro Bibliis Anglorum venditavit, cumque auditoribus suis picturas, quibus liber ornabatur, monstrasset, identidem exclamavit: *Ecce, quam turpiter pessimi isti canes diabolum adorent, qui eosdem in bestias mutat*, librum tandem in ignem conjecit (*z*). Succedat Varillasius, qui Saxoniæ quinque Academias, Wittebergam nempe, Lipsiam, Misniam, Jenam, & Thuringiam tribuit (*a*). Huc etiam quodammodo pertinet error ille, quem Ulricus Reichentalius, Canonicus Constantiensis, in Historia Germanica Concilii

(*y*) Menagian. T. IV. p. 23.

(*z*) Testis est Franciscus Corealis in descriptione itineris sui in Indiam occidentalem, e qua hæc referuntur in Actor. Erudit. Supplem. Tom. VIII. p. 267.

(*a*) Vid. Fr. Gu. Bierlingii Commentat. de Pyrrhonismo historico p. 106. De exterorum, præcipue Gallorum, erroribus Geographicis Dissertatio Christiani Gryphii, lectu jucunda, extat in Miscellan. Lipsiens. Tom. X. p. 1. sqq.

cilii Constantiensis (*b*) erravit, vocem *Hæresiarcha*, chartaceæ infulæ, capiti Jo. Hussi comburendi impositæ inscriptam, ex Græcæ linguæ ignorantia ita explicando, ut ea arcam vel vas, cui omnes hæreses inclusæ sint, indigitari opinetur: *Hæresiarcha*,

(*b*) Fol. 32. rarissimæ editionis Augustanæ A. 1483. Hac occasione ex eo opere speciminis gratia adscripsisse juvabit bina loca, haud illepida. fol. 19. *Darnach kam alle Tag Botschaft, wie unser heyliger Vater der Bapste Johannes der drei und zweinczigeste auff dem Weg wär unnd her gen Constencz czuge, als auch war was. Und do er herausß auff den Arlenberg kam bei dem mittel nach bey dem Klösterlin do viel der wagen darinne er für umb. und lag in dem schnee er under dem wagen wann der schnee dozemal gevallen was. und als er also in dem schnee unnder dem wagen lag do kamen zü ym seine diener und churtisanen dye dem hoffe dann nachlieffent. Unnd sprachent zü ym heyleger Vatter gebricht ewer heyligkeyt ichts. do antwurt er inen in Latin.* Jaceo hic in nomine dyaboli *das ist zü Teutsch gesprochen.* ych lig hye in dem namen des teüfels. *Nun stat hernach gemalet wie er in dem schnee lag.* A. fol. 91. usque ad fol. 242. numerum censet auctor eorum, qui isti Concilio interfuerunt: ubi mirandum oppido est, Constantiam tot hominum myriadibus hospitia præbere potuisse. Hic ejus industria eo usque se extendit, ut & prostibulorum, ibi tum degentium, numerum definiat, fol. 241. scribens: *Offen Frawen in den Frawen heüssern und sunst frawen, die heüsser gemiet hetend und in den stellen lagent und wa sy mochtent der warent ob sybenhundert. on dye heimlichen die lasß ich beleiben.*

cha, das ist im Teutsch, ein Vass, do alle Ketzerey in beschlossen ist (*c*). Sphalma vero literarium, in verbis sequentibus latens, eruditis Ephemeridum Gallicarum (*d*) auctoribus, morum in Academiis nostratibus receptorum haud adeo gnaris, condonandum est: *On a inseré ici* (sermo de D. Jo. Mich. Langii Introductione ad Poësin Barbaro-Græcam est, quæ Altorfii 1706. in 4°. prodiit) *la seconde Edition de deux Theses Publiques, dont la premiere fut soutenuë le* 21. *Octobre* 1707. *par Joachim Michel Doederlin, M. Langius y étant Président: la seconde, le* 29. *Decembre* 1688. *par M. Langius lui-même, & Joseph Heissius, Jean Guillaume Duc de Saxe y présidoit.* Disputatio autem illa, cujus præses heic dicitur Dux Serenissimus, agit de discrimine Linguæ Græcæ veteris & recentioris: atque adeo Princeps hic Celsissimus eo nomine inter illustres Grammaticos referendus foret. Sed norunt apud nos omnes, in titulis exercitationum Academicarum honoris gratia Rectorum Magnificentissimorum, si qui

(*c*) Plura ineptiarum hujusmodi etymologicarum exempla alio tempore dabo.

(*d*) Journal des Sçavans. Tom. XXXIX. A. 1708. p. 81. edit. Amstelod.

qui eo tempore ex Principum ordine Academiis præsunt, illustrissima nomina adscribi solere, licet ne unica quidem syllaba dissertationum eorum labori debeatur. Præses vero memoratæ disputationis fuit Jo. Mich. Langius. Forte quis soloecismis etiam annumeraverit errores in præstantissimo Bibliothecæ Cardin. Imperialis Catalogo, qui Romæ A. 1711. in fol. auctore Celeb. Justo Fontanino typis exscriptus est, occurrentes, quando v. g. Caspar Brochmannus inter Dogmatistas Romano-Catholicos f. 598. Abrahamus Heidanus inter Socinianos f. 612. Petrus Saulnier auctor libri de capite sacri Ordinis S. Spiritus (*e*) fol. 619. inter scriptores Ordinum equestrium, & Annales Wengartenses inter scripta de Westphalia f. 685. referuntur. Agmen soloecistarum jam claudat, cujus ferme oblitus essem, Monacensis Ignatianæ societatis sodalis, cujus crassam in re literaria inscitiam Maximilianus Misson (*f*) ita

(*e*) Liber hic mihi ad manus est: non vero agit de ordine equestri & seculari, sed sacro S. Spiritus, cujus Monasterium in patria quoque mea est. Alios de eo Scriptores enarravi Part. II. p. 423. sq.

(*f*) In seiner Reise nach Italien. Part. I. p. 134. sq. edit. Lips. 1713.

ita depingit: *Wir wurden von einem Frater hinein* (in Bibliothecam scilicet Collegii Jesuitarum) *geführt, der sich allem Ansehen mehr auf die Küche und ein gut Stück Essen, als auf die Bücher verstunde. Und bekenne ich gar gerne, dass mich nicht bereden können, dass eine so unerhörte Unwissenheit unter dem Habit eines, der sich einen Jesuiten nennte, sollte verborgen seyn. Allermassen wir dem Frater mit aller Bemühung nicht bedeuten können, was die Patres, das ist die alten Kirchen-Lehrer, vor Dinger wären, und wolte er uns alle Patres seines Collegii bey ihren Nahmen nennen, ob wir etwa darunter die jenigen, die wir suchten, finden möchten: endlich aber hat er uns mit einer verdriesslichen Mine, von Büchern stille zu schweigen, und von etwas anders zu reden.* Cui summo jure socius adhuc dandus est ille Bibliothecæ præfectus, de quo in Menagian. Tom. II. p. 235. hæc narrantur: *Un Bibliothécaire Moine trouvant un* Livre Hebreu, *& ne sachant sous quel titre le mettre dans son Catalogue, mit: Plus un Livre, dont le commencement est à la fin.*

§. 20.

§. 20.

Corollarii loco heic adjicio arguta epigrammata in soloecismum, non quidem literarium, sed a literatissimo homine commissum, quæ legisse pœnitebit neminem.

De Legato vestis pellicea, quod Justus Lipsius

Jam jam moriturus Divæ suæ Virgini reliquit provide (g)
Adeste Orbilii, quot estis, omnes,
Vos paucis volo, Virgini virilem,
Vestem linquere congruum videtur.

* * * * * *
* * *

Politiorum amator ille verborum
In brevia maluisset incidere & Syrtes,
Quam dictionem protulisse non rectam:
Peccans in actu Mimus ecce ut extremo
Ridetur, & proscenio exulat toto:
Nempe is virilem virgini dedit vestem.
Tabulis supremis, marmori titulum inscribe.
In morte fecit Lipsius soloecismum.

Lipsius

(g) Hæc una cum testamentis Cynici cujusdam Philosophici in regno Neapolitano mortui, & Grunnii Corocottæ vulgata sunt Rostochii A. 1610. in 4.

* * *
* * * * * *

Lipsius ut moriens exacto frigore sensit
Pellicea sibi jam non fore vestis opus:
Illam supremis tabulis pro munere donat
Cantatæ toties per sua scripta Deæ.
Vidit homo frigere suæ miracula Divæ,
Crassaque pro calido stragula thure dedit.



II.
EPISTOLA
AD (Tit.) DOMINUM
GEORGIUM SICISMUNDUM FÜHRERUM,
DE
JOHANNE FAUSTO,
M. JOHANNIS CONRADI DURRII, Prof. Alt. *

Magnif. Nobiliss Strenuiss. & Prudentiss. Vir, Domine & Patrone multa cum observantia Colende.

SEdet utique fideliter in animo promissum, quo me Tibi jam ab uno alteroque mense devinctum tenes, idque per Magnif. nostrum Procancellarium primùm

(*) Dissertationem hanc epistolicam, lectu non injucundam, benevole mecum communicavit Theologus Altorfinus Celebratissimus, D. Gustavus Georgius Zeltnerus.

mùm præsentem, dein per epistolam nuper adeò in memoriam revocasti. Et v. eò facilioris negotii res mihi accidit, quod de fabella aliquem Doctorem Faustum fictitium eum & imaginarium in scenam provocante, jam superiore anno in gratiam Viri Cl. & Amici, Jenæ ætatem agentis, nonnihil commentatus fueram. Interea ut dies diem docere solet, ex isto, qui subitò natus fuit manipulo rationum ea exsurrexit amplior veritatis messis, quæ totum horreum implere possit. Dissimulare autem nolim, primum omnium, qui assensum meum ab historiola illa, pueris & anniculis credita retraheret, fuisse Guil. Schickardum, qui in suo, quod appellare libuit, Bechinath p. 126. inter fabulas referre non dubitat, famosissimam illam & multis quoque gravibus viris creditam fictitii cujusdam Doctoris Fausti legendam, quam tamen saniores non nisi in hunc finem excogitatam statuant, ut promiscuam plebem in superstitiones & magicas artes pronam, tragico, quem affingunt, eventu, ab ejusmodi sceleribus deterreant. Apparet autem ex præfatione, quam operi isti ad umbilicum perducto præmisit Schickardus, fuisse, qui litem ipsi intenderant super lato isto

 judi-

judicio: itaque hunc omninò in modum adverſariorum tela retundere ipſi eſt viſum. Doctoris Fauſti magi apud plebem celebris legendam, quam p. 126. fictitiam, non niſi aliorum autoritate ſtatui, ſunt, qui etiamnum veram credant; cum his non contendam; Si forte patriam ſuam tanti præſtigiatoris origine honorari putaverint, dum ſibi popularem dicunt, ut olim de Homeri civitate inter Græcos certatum fuit. Hæc cum ita à compluribus annis legiſſem, malui rem tum quidem in medio relinquere & altius cum animo reputandam commodiori occaſioni reſervare, quàm præcipitato judicio dubiæ aleæ famam exponere. Nunc demum animo paulo confirmatiore liticulam iſtam accedo, oſtenſurus primùm, tantum abeſſe, ut iſtud commentum hiſtoriæ laudem mereatur, ut potius multis figmentis, abſurdis ineptiis, contradictionibus ſeipſum conficiat, & legentibus deridendum ſe propinet; deinde à ſtirpe, quod ajunt, exquiſiturus occaſionem ejus fabulæ papiſticis figmentis ita conturbatæ & confuſæ, ut neque pes neque caput appareat. Ut igitur rem à principio arceſſamus, conſtituamus primùm κριτήρια & normas omnis prudenter & utiliter ſcribendæ

bendæ historiæ, quas complexus est Tullius lib II. de orator. & fusius explicavit G. I. Vossius lib. de art. Hist. c. 9. Sic autem docet Cicero: Quis nescit primam esse historiæ legem, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, neque suspicio gratiæ sit in scribendo, neque simultatis. Paulo latius easdem leges diducit Franc. Balduinus Jurisconsultus in Instit. Historiæ: Præcepta, ait, sunt hæc, ut habeatur delectus rerum narrandarum, ut narrentur res magnæ atque utiles: ut temporum & locorum notatione illustrentur; orationis luce commendentur, ut causæ, consilia, eventus explicentur. Quibus meritò jungimus illud itidem apprimè notandum Quintiliani monitum, quo futurum oratorem instruit his inter alia verbis: Enarratio historiarum diligens esse debet, non tamen usque ad supervacuum laborem occupata. Nam acceptas aut certè claris oratoribus memoratas exposuisse, satis est, persequi autem quod quisque unquam vel contemptissimus hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ aut inanis jactantiæ est: & detinet atque obruit ingenia melius aliis vacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit, anilibus quoque

fabulis accommodare potest. Hæc quidem illi non contemnendi utique, sicut omnis elegantioris eruditionis, ita historiæ etiam ex arte adornandæ magistri.

Liceat nunc bona Tua cum pace, Vir Magnif. & Nobiliss. præcepta ista prudentiæ sale adspersa, ad nostrum applicare institutum. Ibi vero (etsi nolim audacius mea trutina tuum occupare judicium) alia ab istis omnia deprehendes in nostra historia fabulosa: hoc enim molli nomine tantisper appellavero, donec vel meo tantillo indicio apparuerit, fabellam istam pellucere (ut ait Comicus) quasi laternam Punicam.

Ergò primò omnium desideratur & veritas & gravitas & cumprimus authoritas, imo vero impræsentiarum notitia authoris. Jam profitetur Author præfationis præmissæ editioni Noribergæ ante hoc biennium procuratæ in multis exemplarium editionibus antehac prodeuntibus multa falsa fuisse admixta, multa etiam prætermissa fuisse. Illam autem editionem consentire cum primo autographo, quod Christoph. Wagner Famulus D. Fausti amicis familiaribus de mandato heri sui paulò post tragicum excessum obtulerit, & post in

ve-

veteri quadam bibliotheca fuerit asservatum. Examinabimus hanc rem ad obrussam παιδείας & prudentiæ, cognoscendi verum authoris alicujus nomen. Sunt autem γνωρίσματα & notæ ferè istæ præeunte B. Danhawero in Id. bon. interpret. & malit. calumn. p. 178. I. Titulus & inscriptio. II. Styli identitas. III. Descriptio ejusmodi circumstantiarum, quæ ad hunc authorem quasi manu ducunt. IV. Testimonium tum proprium, tum aliorum testium fide dignorum. Quis vero putet 1. titulum hunc, quem præ se fert nostra editio Norib. ab ipso autore Fausto esse inventum: *Das ärgerliche Leben und schröckliche End.* An is dixerit vitam suam improbam & scandalorum plenam, quam vivus tot cachinnorum & risuum effusione approbavit? an is vivens & sua manu titulum appingens suo scripto horribilem suum ex vita exitum appellaverit? 2. Stylus ipse jam humi repit, jam sidereo spiritu & divina quadam majestate intumescit, ut legenti cognoscetur. 3. Quam bellè consentiant circumstantiæ, paulò post videbimus. 4. Qui sunt testes fide digni, qui testimonio perhibendo sufficiunt, de Authore D. Fausto? An est Christoph Wagner,

quem vendicat nostra editio? Ecquis vero ille Wagnerus? an Famulus D. Fausti? Id vero alio certiore documento ostendatur; quàm quod ipse liber suspectus suppeditat. Ubi verò edita est historia ipsius Wagneri? Nempè in Hispania à Friderico Schotto Toletano, qui eam accepit à quodam fratre Martino ordinis Benedictini, & primùm edidit A. 1594. ut colligitur ex fine ejus libri. Mirum verò quòd hic liber in Hispania primùm editus sit, Hispanico idiomate, cum in Germania & vixerit & præstigias exercuerit Wagnerus, & typographia longè ante in Germania usurpata fuerit, quàm vel ejus fama ad Hispanos pervolaret. Nunc examinabimus circumstantias ad cognoscendam quamvis veri nominis & certæ fidei historiam necessarias. Patriam tribuit editio nostra Comitatum Anhaltinum. Non jam urgebo, Comitatum Anhaltinum Sec. XII. fuisse commutatum in Principatum, adeoque aliquot ante Seculis, quàm infaustus ille Faustus ex inferis emerserat. Qui verò Parentes? Mirum, quòd eos non indicarit nomine Faustus: quòd non significaverit Famulo Wagnero, quòd hic etjam indictos præterierit. Quis verò ille Fausti Patruelis, isque dives opum, isque

que Wittebergæ domicilium habens? Nempè persuaderi debebat, credulæ turbæ Wittebergam esse altricem præstigiatoris sceleratissimi. Porrò ætatem suis artibus nigromanticis (in hanc enim vocem barbaram transformarunt infelices grammatici vocabulum usitatum necromanticus) illustravit Faustus? Antecessit (ait nostra editio) Lutheri reformationem, Mirum quòd heros noster Evangelicus, rerum ante se actarum, sive earum ad Ecclesiam, sive ad vitam civilem pertinentium utique scientissimus, nusquam *ejus* celebrati magi meminerit vel verbulo: nusquam in eum, quo flagrabat spiritu, invectus fuerit, nusquam *ejus* exemplo juventutem áb incantationibus dehortatus fuerit: mirum quòd nec Philippus, nec Erasmus, nec Camerarius, nec Sleidanus, nec Sleidonomastyx Laur. Surius, nec ullus alius superioris seculi scriptorum, quasi divinitus missorum ad detegenda multa arcana, quæ hactenus tenebris papisticis obruta jacuerant, mentionem hominis fecerint. Nondum cesso quærere homo ζητητικός. Quæso te, qua ætate, quo anno vixit ante Lutherum Faustus? An Carolo V. fuit σύγχρονος? Negat author nostræ editionis in admonitione

præliminari præmiſſa c.10.p.2.p.412.& ſubſtituit Maximil. I. Imp. qui Imperatoriæ clementia complexus fuerit Fauſtum, qui magicâ arte ſpectandum ipſi exhibuerit Alexandrum M. in ſplendido comitatu Conjugis apparentem. Hæc dum animo reputo, non poſſum efferveſcentem continere bilem, adverſus improbum Authorem, fuſis impudentiæ habenis ſuper famam Imperatoris ſapientiæ, pietatis, juſtitiæ, & quarum non virtutum? gloria eminentiſſimi provectum. Ergóne Imperator Auguſtiſſimus delectatus fuerit præſtigiis phantaſticis? Ergóne tam Sanctus, tam gravis Monarcha in intimam familiaritatem admiſit mancipium Sathanæ? hominem flagitiis & ſceleribus infamem, Dei juratum hoſtem, ſcurram, blasphemum, lucronem, & quid non? Ergòne Imperator omnium rerum, quæ tædia negotiorum publicorum diſpungere poſſint, copia circumfluens non ſatis paſcere animum queat amœnitatibus divina bonitate conceſſis, niſi diabolicæ præterea artis ludibria in ſocietatem earum adſciſcat? Id verò ſi eveniſſet, annon aliquis hiſtoricorum, quorum ampla iſta ætate copia erat, vel verbo ſubinnuiſſet? Annon graviſſimus Vir Joh. Cuſpinianus, eadem

ſæpè

sæpè cum Imperatore isto patina vivens, vel nutu dissensum indicasset? annon memorabile istud facinus in vulgus emanasset? in fastos & annales relatum fuisset? annon (quod nunc demum succurrit) potius Imperator hominem imparatum, monstrum scelerum, orci victimam, comprehendi, vinciri, in barathrum teterrimum conjici, equuleis & fidiculis torqueri, denique exquisitissimis cruciatibus è consortio generis humani exigi & in eum locum duci jussisset, quem ipse non nisi pileo à capite remoto venerabundus & hac voce prolata præterire solitus est: Salve Sancta justitia? Sed consuntandus est justa indignatione ebulliens stomachus. An vero illud veritati consonum sit, quod Faustus primùm Magister deinde Doctor Medicinæ fit creatus Ingolstadii, ex hujus Universitatis annalibus rectius cognoscetur. Fredium certè posterius nec credere nec concedere velle indicat Author edit. Norib. sub. fin. c. 1. Ecce, quam suaviter, si Diis placeant, consentiant persona, locus, tempus! videbimus nunc quas res atque utiles ceu supra loquebatur Balduinus Jurisconsultus, complectatur libellus noster historicus. Sequamur summa rerum fa-

Alia editio indicat Theol. Doctorē creatum fuisse.

fastigia, & velut per saturam recensebimus gerras, siculas, quarum ipsa lectio fidem apud cordatos & prudentes abrogat: Igitur præceptori D. Fausti inditur nomen Mephostophiles. Quid id monstri est? num credamus ullum in inferno Diabolum esse, qui istuc nominis gerat? At & œdipus mihi esse videor. Rudis & infrunitus scilicet monachus, qui libellum istum ex suo ingenio velut araneus telam finxit, per somnium monasticum inaudivit, aliquem è Diabolorum caterva amare nomene Megastophili (μεγαςοφίλε) ut intelligatur, se magnum & præ aliis eminere velle, ceteros volitare velut umbras; ipse portentosa μεταμορφώσει transmutavit Megastophilum in vocem ἄσημον Mephostophiles. c. 12. l. 1. Porrò ingeniosus Mythicus attribuit Spiritui, qui appariturus posthæc Fausto erat, habitum monasticum, sic tamen ut admoneatur ne sanctos monachos ludibrio habeat, præsertim quòd isto vestitu ac præcipuè S. Francisci, ipsi Imperatores, Reges, Principes fuerint gavisi. Nempe inter ipsas præstigias Sathanicas consulendum est dignitati & reverentiæ Sanctissimi monachorum ordinis. Simul autem deprædicanda erat infernalis magistri dignitas. Esse se, ajebat, sapientissimum,

do-

doctissimum & subtilem Spiritum, qui tamen non dedignetur cucullum monasticum. l. 1. c. 15. Idem infernalis Doctor, dum Discipulo suo methodum sacrorum studiorum præscribit, in materiam argumentorum ad disputandum propositorum, commendat doctrinam de Conciliis, de ceremoniis, Missis, Purgatorio, & similibus fidei articulis. Nempe non alium magis autorem decebat commendatio istorum mysteriorum ex Appollinis utique tripode exsufflatorum. ib. sub fin. Perge etiam, insusurrat Præceptor *ibidem* discipulo, scrutari Patres, illos scilicet, qui istis eleusiniis sacris custodiendis sunt præfecti. Quanquam paulò post, contractu velut in meliorem sententiam reducto, cum Doctore suo paciscitur, se non lustraturum libros S. Scripturam dictos, neque disputaturum de rebus fidei, stipulatur autem simul ab eodem, ut omnia ea se doceat breviter & perspicuè, quorum cognoscendorum cupido se incessat. Et sanè si Laicis apud Pontificios negatur potestas penitius introspiciendi arcana Ecclesiasticæ Pontificiæ, ne nimia familiaritate & sparsa in vulgus promiscuum notitia, vilescant; & satis est fide carbonaria ea venerari: cur non procul ire jubeatur homo

homo profanus, & Erebo magis, quàm purgatorio vicinus? cum etiam stygii Spiritus indigni ab ipso Deo habentur, qui gloriam ejus manifestent. l. 1. c. 19. Illa verò religiosa veneratione acceptanda à Fausto suo putat Spiritus, quæ ex Dionysio Areopagita, dudum nugarum convicto, ex Scriptura Sacra sæpè mutilata aut pravè interpolata, ex Scholasticis garrit de Spirituum infernalium à Dei æterna rejectione, de angelorum in varios ordines divisione, de loco Paradysi, de Solis & Planetarum è locis suis transmigratione, de pomis paradisiacis, de defunctorum animabus, de Spirituum malorum in certas classes ordinatione: Suntque isti sermones ita comparati, ut cum pleraque sint fabulosa, & conficta, illis tamen aliquid veritatis sacræ admisceat, ut aliquam verisimilitudinem conciliet, & os melle sublinens, absynthia præbeat. Est verò id consuetudine receptum in Diabolicæ eloquentiæ gymnasio, ut, cùm fidem conciliare satagit suis, quæ diu parturiit, mendaciis, simplices homulos adoriatur partim byssinis, partim veritatis specie abblandientibus verbis, quibus dum locus relinquitur, faciliorem sibi viam aperiat ad suggerenda clàm nihil tale suspicantibus menda-

daciloquia, qualem scilicet ludum in nostro Agro Altdorffino ante paucas hebdomades ludere est ausus, dum mulierculæ ruri gramina vellenti sub specie sive virunculi sive puerulì, albo indusio nitentis apparuit, prædicturus imminentem tempestatem & poenam divinam graviorem, nisi poenitentia eam averterimus. Atqui utrumque non necesse est, nos à Genio aliquo sive bono sive malo edoceri: nam tempestates humanis præsagiis præcognoscuntur, & poenarum minas intentas nobis Deus, nullo accedente ministerio cujuscunque angeli. Sed nimirum, ita est, ut quondam B. Lutherus indicavit; Diabolus semper alterum pedem suggestui sacro vult inferre. Sed ecce nunc prominentem alterum nigricantem, caprinum & mendaciorum foetore marcidum Spiritus Faustini pedem! quanquam si Hebræorum adagium audimus, mendacium aliàs non habet pedes. Juvatne colligere flosculos in Paradiso Satanico collectos? l. 1. c. 22. Non prorsus desperamus (spiritus infernales,) sed etiamnum speramus salvatum nos iri. Quin eò audaciæ procedit impudentia Spiritus Mephostophiliani (nec enim invidebimus horridiusculum & dignum Erebi portis nomen) ut asseve-

severare non dubitet ἄτερ γραφῆς, Christum non tantùm pro hominibus sed pro omnibus etiam creaturis anima rationali & intelligente præditis esse mortuum: secus ac docet divinos Apostolos, Diabolos quidem credere, sed tamen contremiscere. Videmus porrò unum & alterum exemplum earum, quæ venditantur historiarum, quamque benè cohæreant, consideremus. Ac primum quæ referuntur c. 33. & 34. de equisone & porcorum venditore vel propola, illa Dubravius l. 23. hist. Bohem. tribuit famoso illi mago & præstigiatori Zytoni Bohemo, sicut hanc historiam ex Dubravio depromptam retulit in suas disquisitiones magicas Martinus Del-Rio l. 2. 9. 6. Fallor an historia de plaustro foeni juxta cum ipso plaustro & equis devorato à Fausto detruncata est ab illa, quam itidem ex Dubravio recenset Phil. Camerarius Operum subcisiv. Cent. 1. c. 70. Ipsa verba adscribam, ut Nobiliss. Magnif. T. evolvendi labore sublevem.

Cùm Wenceslaus filius Carol. IV. filiam Ducis Bavariæ Sophiam uxorem duxisset: novus socer ubi generum ludicris spectaculis & magicis præstigiis delectari cognovit, plenum præstigiatorum PLAUSTRUM se-

secum Pragam advexit. Ibi dum præstantissimus artificum ludibria artis ad permulcendos oculos explicat, adest inter spectatores ZYTO, Wenceslai magus, ore usque ad aures dehiscente, accedensque propius, artificem illum Palatini cum omni apparatu subitò devorat, solos duntaxat calceos, qui luto obliti videbantur, expuens, secessumque inde petens ventrem insolita esca gravem, in solium aqua plenum exonerat, præstigiatorem adhuc madidum spectatoribus restituit passim deridendum, adeò ut ceteri quoque *ejus* socii à ludo desisterent. Benè tamen est, quòd Author nostræ editionis Norib. ipse vocat illud miraculum fascinationem vel occæcationem.

Sed nunc quæso, expende mecum Vir rerum historicarum scientissime, (saltem enim hac vice patiaris, Tibi Vir Nobilissime, istud nominis à me imponi) qua ἀνιςαρησίας vertigine laboret editionis nostræ Noribergens. Author: In c. 9. l. 2. narratur, Lipsienses excepisse Cardinalem Campegium ad se adventantem, & multis honorum generibus affecisse, simul autem Faustum tum fortè præsentem & ipsum artis suæ nervos intendisse & venationem in aëre instituisse. Quem verò vel tironem

historiarum fugere potest, Campegium Cardinalem functum fuisse officio Legati in Germaniam in causa Lutheri, ubi peculiariter Noribergam transierat, ceu liquidò constat ex Sleidan. l. 4. de statu religionis ad an. 1524. p. m. 93. & 94. Atque hoc utique tempus est illud, quo rerum habenas tenuit Carol. V. Nunc verte mihi paginas, si placet, non totas quatuor. Ibi verò redarguit editor nostræ historiæ primum editorem, quòd nomen Caroli V. pro nomine Maxim. I. posuerit. Ergone Maximilianus I. Campegio ætate æqualis fuit? & annon potius Carolus V. εὔδηλον!

Nunc quid sentiamus de prophetiis ipsius Lutheri Reformationem antegressis. Quas quidem editor modestiæ memor, ea libertate lecturis permissa proponit in Nota l. 3. c. 3. ut ex ingenio suo cuique liceat addere vel demere fidem. Nempè facile est, præsagia scribere, & qui præsagiorum eventus exemplorum & experientiæ fide oculis & auribus habet subjectos: simul etiam animo eos præcepit ut prædicti fuerunt à Nicolao de Clenardii, à Joh. Huss, ab Hieronymo Pragensi, ab aliis, qui magno numero memorantur in catalogo testium

ve-

veritatis,& aliis passim extantibus libris. Quis enim adeò hebetis ingenii fuerit, ut non perspiciat, quæ a lare familiari suggesta sunt D. Fausto l. 3. c. 3. vaticinia (de papatus fastu & arrogantia potestates politicas pro virili convellente & subvertente, easque imbelli monacho coercente; de magna & ignem spirante atque ex occidente in germaniam subvectis alis, volante aquila; an verò is alius quàm Carolus V. fuerit? de neglecta à parentibus liberorum educatione; De magistratus desidia in promovenda ad bonarum literarum culturam juventute; de collatis ad voluptates opibus è miserorum subditorum sudoribus exactis; De subsequente denique totius mundi machinæ interitu & abolitione;) à quamplurimis piis istam ætatem antegressis anteversa fuisse? καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα,

Unum adhuc, antequam primam quam mihi constitui, epistolæ hujus partem absolvam, liceat monere. Qui fabulam istam pro historia memorant, plerunque tuentur se isto dicterio Grammatico: Ajunt, dicunt, ferunt, perhibent. Velut remoto joculari sermone seriò pandam, muniunt se isto vulgari præsidio; Fama fert. Cui formulæ quantùm tribuerit communis

noster Præceptor C. A. Rupertus ipse indicavit hoc argumento, in observ. in Synop. Besold. min. p. 670. 671. proposito: Cuicunque narrationi appositæ notæ: AIUNT, FAMA EST, FANDO ET ORE VULGI SALTEM ACCEPIMUS; ea uti commemorari potest, ita pro certa & fideli sive approbata nec accipi potest nec debet. Idque probat aliquot Historicorum exemplis. Equidem sententiam suam prodit Vir summus & prorsus incomparabilis G. I. Vossius lib. de art. hist. c. 9. Ridicula, inquiens, Græculorum atque aliorum etiam vanitas, qui ut auditorem admiratione percellant, confugere solent ad ficta prodigia, ac res fidem omnem excedentes, atque ad effugiendam vanitatis notam satis fore putant, si addant solemne suum AIUNT, FERTUR, vel aliquid, quod tantundem valet. Cui thesi à se adductæ lucem affundit Vossius illo Senecæ ex lib. 4. natur. quæst. vel inprimis ad præsens nostrum institutum faciente: Quod historici faciunt, & ipse faciam; illi cùm multi mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere; sed adjiciunt: Penes auctores fides erit; certè Matt. del-Rio narraturus aliquid de Fausto & Agrippa l. 2. disquis. mag.

mag. 9. 12. p. 170. FERT FAMA, inquit. Et philosophus Camerarius nostràs lepidam fabellam de Fausto prolaturus l. cit. cent. 1. c. 70. Faustinam ait, deceptionem. FERUNT, ejusmodi fuisse. Jeremias verò Drexelius artem excerpendi monstraturus in aurea sua aurifodina, dum exempli cum infinitis aliis, loco adducit illam ipsam Camerarii narratiunculam part. 2. c. 8. Hoc totum, inquit, excerpsi, sed meis verbis. E quibus vero auctoribus? Eos non alios laudat quàm Simonem Majolum & Philippum (sic enim debebat scribi) Camerarium. Ut adeò is ipse eam rem describat illorum fide, qui illo proletario FERUNT innituntur. Quid? quod Camerarius loco cit. profiteri ingenuè non dubitat, Johanni Fausto Cundlingensi eadem ludibria adscribi, quæ ipse modò de Mago Bohemo dixerat.

Hactenus ergò argumentis non contemnendis, iisque quæ ex præceptis historiarum γνησίοις, nec non ex circumstantiis, quibus res connecti debent & solent, petita sunt, evicisse mihi, si quid est in me ingenii, aut judicii videor, sermunculos istos sive vulgi ore circumferri solitos, sive literarum monumentis proditos non esse

dignos nomine historiæ aut veritatis authoritate. Quonam verò titulo sim dignaturus, si me effari impuleris. Vir Nobilissime & Strenuissime, dicam historiam eo sensu, quo Plautus ejus generis fabulas historiarum nomine dignatur, ut cùm alibi, tùm Bacch. Act. I. Sc. II. ejusmodi historiæ fabularis scriptores fuere, Onomacritus, Lesches, Arctinus, Eumelus, alii, quorum poëmata in unum corpus conflata dicebantur ἐπικὸς κύκλος, ut eruditè ostendit Isaaeus Casaubonus in animadvers. in Athenæum. l. 6. c. 3. ego vero observationem istam debeo G. J. Vossio lib. de art. hist. c. 6. Nescio an liceat bona cum pace eruditorum dicere ad formam Amphitruonis Plautinæ TRAGICO-COMOEDIAM. Nunc quia privata suo merito veste historicâ est fabula Faustina, & Leberide nudior prostat, superest, ut privatam meam sententiam tandem in medium proferam, quæ cum primùm ad Lipsienses superiore anno deferretur, suspensos, ceu audio, tenuit eorum animos. A Jenensibus autem æquo & grato animo accepta est, siquidem jactatiunculam hanc ferre potes, Vir Magnifice, in me homine Philosopho, & imbecillitati isti hominum generi familiari, vel hac vice succumbenti.

Sic

Sic igitur ſubducta ratione & collectis diligenter cùm temporis tum aliis circumſtantiis tandem apud animum meum cenſui. Vixit circa annum chr. 1440. contingentem vicinia ætatem Maximiliani illius I. (glaucomate Fauſti magi ut olim Ulyſſes Circes veneficiis conturbati; ſi fabulæ iſti fidem amplius tribuere liceat) Johannes Fauſtus Germersheimenſis, Palatinus. Is excitatus fama artis noviter inventæ, ita ordinandi inverſa figura literas, ut iis attramento illitis, charta aliquoties ſuperimponi & figuras earum literarum recipere brevique adeò tempore plurima exempla deſcribendi copia eſſet, conceſſit Harlemum in Bataviam ad ejus artis primum inventorem Laurentium (Johannem vocat Georg. Hornius diſſert. hiſt. polit. 31. §. 22.) Coſterum, cumque eam artem animo comprehenſam teneret, ſubductis literis & neceſſariis ad eas articulatæ ſcripturæ aptandas inſtrumentis ipſis vigiliis natalitiorum Chriſti clàm aufugit, ac primùm Amſterodamum, dein Coloniam ac demum Moguntium venit: ſicut hæc prolixe refert Emmanuel Meteranus hiſt. Belg. l. 4. Ibi cum occultè, imò adminiſtris artis ſuæ ſacramenti religione ad ſilentium adſtrictis,

 ali-

aliquot operis antehac nec visi, nec auditi in Germania specimina edidisset mirum non est, quòd suspensos admiratione cùm aliorum animos tum inprimis Monachorum in se converterit, imò etiam in suspicionem magiæ & incantationis inciderit, quòd viderent, ab uno homine uno die tantum literarum imprimi, quantum vix uno anno scribi à pluribus posset: ut loquitur Polydorus Virgilius l. 2. de invent. rerum c. 7. Cumque à multo jam tempore scribendi opera magnum quæstum facerent monachi & moniales, non potuit non in acerrimum odium & indignationem nec non calumniam incurrere, cum & offas suas attenuari, & culinas frigefieri, & luculentos ignes extingui paulatim sentirent. Ergò proposito sibi velut in exemplum Demetrio illo argentario, in Actis Apostolicis, qui faciebat, templa Dianæ argentea, & præbebat artificibus non parvum quæstum, facto velut agmine: Viri, inquiebant, scitis ex hoc quæstu nostras esse copias. Ergò quem sceleris manifesti convincere nequibant, feriati aliquandiu à bellariis & cupediis dentes Theonini eum calumniis opprimere & promiscuis mussitantium hominum odiis objicere omnibus mo-

dis

dis tentabant: augente præsertim suspicionem hinc noviter indies luminis oras velut ex tenebris emicantis inusitatâ artis imperitia, illinc solertissimâ, obtegendi silentio exosum artificium, curâ.

Ita miser Faustus in magum est transformatus, & omnes ejus socii intra septa privatorum parietum latentes & ad silentium juramento adacti diabolici pacti sunt insimulati. Nec difficile porrò est conjicere, cur tot ludicræ & stupendæ actiones (*abentheurliche* vocat editus Noribergæ Autor) quasi Diaboli ope exhibitæ tribuantur Fausto. Cum enim isthac tempestate quin è primis rudimentis facie non tam culta, nec tam speciosa ac hodiè per Deii gratiam extat, emergebat, typographía, more receptum esset, ut jam in frontispicio, jam in calce, jam in mediis librorum figuras appingerent, partim è sacris, partim è profanis historiis petitas, partim etiam proprio ingenio excitatas, & lectori risum & legendi aviditatem movere solitas, invaluere susurrantium & mysteria ejus artis ne quicquam assequentium rumusculi, patrari clam palamve à Fausto talia, quæ ipsius libris essent appicta. In hac sententia confirmat me etiam illud, quod laudatus supra Me-

teratus memorat inter prima artis typographicæ ſpecimina, à Fauſto edita fuiſſe Doctrinalia Alexandria; quæ autem temporum eorum fuit ſtupiditas, fuerunt ſortaſſe, qui opinarentur & in vulgus ſpargerent, à Fauſto Alexandrum M. arte præſtigiatoria in lucem produci. Idem hiſtoricus ſtatim ſubjungit, aliquot tractatulos (liceat βαρβαρίζειν) Petri Hiſpani typis exſcriptos, à Fauſto fuiſſe. Si quid eſt in me artis divinatoriæ, prorſus putarim, hunc eſſe Petrum illum, quo Præceptore uti oportuit adoleſcentem Maximilianum I. cujusque manibus malè precatum in menſa multis adſtantibus Cuſpinianus auritus teſtis memoriæ prodidit. Temporis certè circumſtantia non abhorret à mea opinione. Et edit. Norib. l. 2. c. 10. indicat, Fauſtum in magna apud Maximilianum gratia fuiſſe. Quod autem auguſtiſſimo & ſapientiſſimo Imperatori quisquiliæ & ſordes Petri Hiſpani bilem in naſum conciverint minus mirum videbitur, qui vel tenuiſſimum habitum odoris ejus illætabilis naribus attrahere velit. Mi divinâ (ſi Diis placet) virgulâ obtigit libellus Petri Hiſpani, quem ego cum intactis theſauris Arabum & divitiis Indiæ (ſcil.) nolim commutare, qui hoc titulo

per

per oculos legentium incedit: Copulata summularum Petri Hispani secundum processum burse Laurentii: juxta mentem venerabilis Domini Alberti Magni, feliciter incipiunt. Postquam inchoavit opus suum magnum, memorabile & ingens, sumto velut altius principio: Dicitur, inquit, dialectica à dia, quod est duo, & logos, sermo vel levis ratio, quasi duorum sermo vel ratio. Nempè hac lauru ornari decebat postes ædificii summulistici Petro-Hispanici. Desinit libellus gemmeus in hæc verba: Commentarii in omnes tractatus Petri Hispani & nonnullos modernorum in Aggrippin. Colonie Florentissimo gymnasio, quod bursam Laurentii vocant, ex divi Alberti Magni commentariis per auguste memorie scientissimum virum Magistrum Gerardum Barderwicensem artium liberalium Magistrum, nec non sacræ paginæ professorem eximium ecclesie Sancte columbe dum vixit pastorem in eodem regentem olim elaborati, &c. satin vero ad palatum deliciæ Petrino-Hispanicæ? Imò verò recedendum est quantocyus ab ista mephiti, ne acrior ejus moschus cerebrum affligat, & descendentes inde vapores stomachi teneritudinem affligant. Experimento

mento enim non semel deprehendi, si quando exemta epulis fame mensisque remotis placuit convictoribus meis

— verecunda laxari seria mensa.

egò verò temetum istud Hispanicum ipsis propinari, miseros pelvim petiisse, & non minus animi deliquium passos fuisse, ac ille ad mortem saucius, & ad rigidum medicastrorum tribunal statutus Priscianus. Sed desinendum est nugarum: & redeundum è diverticulo in viam. Nempe concilianda est fides conjecturæ meæ, qua ego ex fictitio & scenico Johanne Fausto mago cudendo, dolando, asciandó finxi refinxique verum & non necromantico sed typographico atramento nigricantem Johannem Faustum. Ac de eo ita scribit Aventinus l. 8. hist. vel Chron. p. 422. edit. Germ. (nec enim nisi hanc possideo) *Eben auch genantes Jahrs* (1447) *ist erfunden worden, die Truckerey zu Meintz von einem genant Hanns Faust, hat 2. Jahr daran zugericht. mit Hülff seines Eidams Peter Schäffers, von Garensheim* (ecce vicinam vocem & paulùm deflectentem à Germersheim, unde oriundum esse G. Hornii sententia supra est ostensum) *dem er seine eigene Tochter Christinam zu der Ehe gab. Die zween haben*

diese

diese Kunst in Geheim gehalten NB. *niemands zusehen lassen.* NB. *haben alle Gesellen und Knecht zu solcher Arbeit und Kunst nothdürfftig einen* Eid *schweren müssen.* NB. *dass sie es niemand offenbahren noch lehren wolten. Doch über* 10. *Jahr haben jetzt genandtes Fausten und Schäfers Diener diese Kunst geoffenbahret, und öffentlich herfür ans Liecht gebracht. Hans Gutenberg von Strassburg in Teutschland, seine Landsleut Ulrich Han, und Sixt Reis, habens in Welschland und gen Rom am ersten gebracht, ist zu unsern Zeiten so gemein worden, dass nirgend ein Winckel ist, man drückt lateinisch, griegisch und hebreisch darinn, seyn die Bücher ganz wohlfeil worden. Es druckt einer ein Tag mehr, dann einer ein ganz Jahr möchte schreiben. Peter Schäfer, obgenanten Faustens Erfinders dieser Kunst Enckel, druckt zu Meinz, und zu Strasburg, wo die Kunst nicht erfunden wer worden, weren die alten Bücher alle verlohren worden, man will in den Stifften und Klostern nichts mehr schreiben,* (NB.) *die haben vor Zeiten die Bücher geschrieben, die Schul aufgehalten.* Hæc Aventini & illa superius ex Meterano adducta non difficulter amplius juvabunt distinctionem inter fabulam de Fausto mago, & historiam de Fausto typogra-

graphiæ in Germania superiore inventore vel procuratore. Conferamus ex utroque paucula quædam strictim & velut opera perfunctoria. l. 1. c. 12. c. 27. c. 31. &c. Mephostophiles interdicit Fausto ne conducat ancillam, ne per eam emanet magia (typographiæ) liceat autem conducere operam famuli, qui rem diligentius silentio premat. Faustus serviebat voluptatibus corporis cum ebriis sodalibus, iisque Alchymistis & auri fossoribus. Nempè quia Faustus opes acquirebat arte à conspectu & notitia hominum remota, opprimendus erat ista calumnia. l. 1. c. 14. ibid. Prædicitur ipsi à Mephostophilo odium & invidia hominum: sanè non poterat eam effugere apud Monachos lucro, quod ex arte scribendi capiebant, jam privandos. Spiritus Fausti (Monachorum invidus & maledicus) objicit, quod satis pecuniæ ex arte magica (Typographica) possit acquirere. l. 1. c. 32. Faustus mandat famulo suo Wagnero, ut silentii fidem præstet: nec enim futurum putat, ut libri nicromantici divulgentur (ut ars typographica tam occultè à Fausto habita innotescat hominibus) facta verò Fausti post ejus ex hac vita abitum demum literis consignanda esse: quæ

sci-

scilicet facta magica ipsi per calumniam sunt imposita: l. 3. c. 6. Fausto moribundo consolatio erat à Theologo (utique non Papistico; eo enim indignus erat scilicet magus: sed Evangelico) afferenda ex merito Christi, non bonorum operum meritis: quæ consolatio solis Catholicis (Papisticis) est relinquenda. Scribo hæc & colligo veluti per saturam: è quibus paucis de similibus reliquis facilè judicium ferre poterit, qui ingenii nervos intenderit. Mihi nunc calamum excutiunt vicini operarii, securibus, asciis, malleis, serris, vectibus, trabibus aures obtundentes, & majorem dulcibus ante omnia *Musis* meis caliginem, minantes, quam bonus ille Faustus (credo enim sic satis jam vindicatum à me esse innoxium & ab isto saltem, quod ipsi intentatum fuerit, magiæ crimine immunem) in abditis ædium suarum partibus artis suæ administris imposuit. Quod si & visus & auditus (quos sensus imprimis famulari Philosophiæ dudum Aristoteles docuit, certè omnes experimur, fideliorem operam præstare nobis, quàm ullus Wagnerus socius hero suo Fausto omni conatu commodabat) officium mihi posthac intercipietur, periculum est, ne mihi cum Democrito Abderitæ

Phi-

Philosopho, aut Didymo Alexandrino Theologo & ipsis coecis, philosophandum fuerit.

> Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.

Ego sanè illam perniciem, apud vos Patroni pro Sapientiæ tranquillitate, ut Aristoteles in Ethicis ostendit, imperium gerentes, interpositis Musarum & Charitum lachrymis & suspiriis deprecor. Nec vero ægre ferre debet homo ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος, si non meliore conditione esse permittatur, quàm esse in gratiam populi Romani libenter voluit Valerius, qui ne vel specie arcis offenderet, ædes suas eminentes libens in plana submisit. Vale, Vir Magnifice & Prudentissime, studiorum meorum grande & præsidium & decus, & prolixitati huic, quam argumenti gravitas videtur imposuisse, veniam æquo animo largire, & legendæ hujus epistolæ copiam Magnif. Dn. Procancellario haud gravatim facito: Altdorffi d. 18. Julii. 1676.

Magnif. Nob. Stren. & Prud.

Cultor obsequiossimus,

J. C. Dürrius.

III.

III.

De JOHANNIS AVENTINI ANNALIUM

Epitome, variisque ac variantibus Editionibus. (*)

CElebre inter Historicos Seculi XVI. nomen dudum sortitus est *Joh. Aventinus*, Ernesti quondam, Incluti Bavariæ *Ducis*, *Præceptor*, & Historiographus Ducum Bavariæ, peculiari stipendio conductus; ut Historiam Patriæ elaboraret. Unde celebratum Annalium Bojorum opus condidit, cui quoque operi diesque noctesque incubuit ad finem usque vitæ, aliquot etenim tantum menses; absoluto eodem, supervixit, D. V. Id. Jan. 1534. æt. 68.

(*) Peregregia hæc dissertatio Auctorem habet Virum quendam eruditissimum atque Celeberrimum. Cæterum de scriptis Aventini conferri meretur Jani Gregorii Betulii Epistola ad amicum, Hannoveræ A. 1710. edita, qua ea, quæ C. H. E. D. in relatione de Itinere suo Anglicano & Batavo Annis 1706. & 1707. facto, de Augusta Bibliotheca Wolfenbuttelensi & & Seren. Ducis Antonii Ulrici secessu in Salinarum Valle recenset, examinantur &c. p. 5. sqq.

68. denatus. Hujus operis quum aliquot extent editiones, Latinæ & Germanicæ, à se invicem discrepantes, juvabit in earum discrimen inquirere, & causas discrepantiæ investigare. Ipse Aventinus dum viveret Annales non edidit. Anno tamen 1522. Epitomen eorum publicavit, paucis jam olim cognitam, & oppido nunc raram. Gesnerus certe eam nondum viderat quum Bibliothecam suam, quod an. 1545. factum est, ederet, nullam enim ejus mentionem facit. Appendicem vero Bibliothecæ suæ quum evulgaret, quod an. 1555. factum, ejus notitiam aliqualem habuisse, neque tamen vidisse videtur, ita enim loquitur. *Joh. Aventini Chronicorum Liber - Germanice excusus est Noribergæ.* Neque ullus eorum qui Annales & eorum translationem ediderat illius vel verbulo mentionem facit. Prodiit autem hoc titulo *Bayrischer Chronicon: im Latein verfertigt: und in Syben Püecher getailt ein kurtzer Ausszug. §. Der Teutschen und sonderlich, dess gar alten Hawss zu Bayrn, Kayser, Kunigen, Hertzogen, Fursten, Graven, Freyherren, Geschlechtern, Herkommen, Stämme, Sypschafft, Absterben, mit Meldung auffs kurtzest, was treffenlichs die Teutschen allenthalben, nit allein*

lein in Europa, sonder auch in Asia und Africa, auch vor Christi unnsers Haylmachers Gepurt, gethan haben. §. Abschrifft und Verteutschung, etlicher alten Brieff (so noch gantz unverletzt in Bayrn verhanden syndt) damit gründlich und warhafftig geweist wirdet. Dass Bayrn ein Königreich gewesen mit seynen Grentzen vill weyter dann yetzo geraicht, in mer Fürstenthumb, aber nummer nit eins nams Schilt und Helm (nachdem der Stieff-Son mit seinem Vater darum gekriegt) durch Kayser Fridrichen den Ersten zu Regenspurg auff etlichen Reichs-Tägen getailt ist worden. Addita sunt in titulo insignia Domus Bavaricæ atque annus 1522. impressa est autem (ut in calce libri notatur) Noribergæ apud Fridericum Leypus an. 1522. in fol. min. Prægustum voluerat hoc scripto eruditis suppeditare Annalium suorum, mole quidem exiguum, sed ê quo cognosci posset, quid de integro opere sperandum sit. Salivam certe movit hic prodromus Eruditis ut ipsum opus videre gestierint, colligi id potest ex Epistolis tam Matthæi Marschalk & Conradi Adelmanni, quam Erasmi altera ad Leon. ab Eckh, annalibus præfixis, quarum utraque Indicis ab Aventino editi meminit, quo nomine Epitomen hanc in-

digitatam esse, ipsa edocent verba. Ut autem totius Epitomes conspectum subministremus, ipsa ejusdem raritas jubet. Pagina tituli aversa duæ Ducum Bavariæ Epistolæ, ad Prælatos Ducatus sui an. 1517. directæ extant, (quæ Germanicæ quoque Annalium editioni præfixæ conspiciuntur) in quibus abs Prælatis postulatur, ut Monasteriorum Bibliothecas & Archiva Aventino recludant, eidemque monumenta ad opus Historicum necessaria & proficua communicent. Sequitur pag. sq. Epistola Aventini ad Illustrissimos Bavariæ Duces, in qua refert, quod Chronicon jussu ipsorum conscribi cœptum, septemque Libris comprehensum, latino idiomate abs se jam nunc absolutum sit, maximo quidem labore, nec sine animi corporisque virium impendio. Hujus se Epitomen nunc vernacula publicare lingua, atque in eo esse, ut post aliquam respirationem, Chronicon hoc in Germanicam linguam transferat. Subjungitur deinde Privilegium Ducum Bavariæ, & deinceps Epitome ipsa, quæ cujusque Libri summaria breviter sistit, fere uti in Annalibus â Zieglero & Cisnero editis comparent. Interjectæ tamen sunt Tabulæ Successionem & Genealogiam Imperatorum, Re-

Regum, Principum & Comitum exhibentes. Eas vero cujuslibet Libri Summariis adjunxit, quæ referunt Reges aut stemmata de quibus in quolibet Libro agitur. Sistuntur deinceps literæ Friderici III. Saxoniæ Electoris ad Aventinum, quæ itidem in Germanica Aventiniani Chronici editione comparent. Denique aliquot Diplomata adduntur, ê quibus colligi possit, Bavariam antiquitus longe se latius quam quidem suo tempore extendisse. Tria sunt Regis Ludovici Germanici, qui Regem se Bavariæ in illis nominavit, an. 831. 832. & 833. exarata, quibus Episcopo Ratisbonensi & Ecclesiæ S. Haymerni loca quædam confirmantur, donantur & conceduntur. Duo Carolomanni, laudati modo Ludovici Filii, itidem Bojorum Regis, an. 876. & 877. scripta, in quibus templo Oettingensi, *dem Münster zu Oetting*, Abbatia, Capella & loca in Diplomatibus expressa donantur. Denique duo Imperatoris Friderici I. in quorum priori an. 1156. Marchionatum Austriæ in Ducatum evehit, eumque Patruo suo Henrico confert. In altero an. 1180. vicum Vehringen cum ponte Episcopo Frisingensi vindicat & denuo adjudicat. Nullum horum Diplomatum

ipſis Annalibus inſertum eſt, provocat tamen ad Diploma Friderici I. Imp. prius L. 6. Annal. p. 505. edit. Ciſner. p. 606. edit. recentiſſ. atque ejusdem principium ac finem exhibet. Ubi tamen ſignum Imperatoris in utraque editione male exprimitur, uti ex hac Epitome conſpicuum, in qua figura ita exprimitur. Hæc facies eſt Epitomes Aventinianæ; ê qua nonnulla obſervanda: ſcilicet in Summarias I. Annalium Libri refert, primo in eodem loco recenſitos eſſe Auctores ê quibus ea, quæ in hoc Libro congeſta ſunt hauſerit: Deinceps exhiberi præfationem ad Illuſtriſſimos Wilhelmum, Ludovicum & Erneſtum Bavariæ Duces: Quam ſequatur Nomenclatura Propriorum quorundam Germanorum Nominum &c. Patet inde Nomenclaturam ipſius Aventini opus eſſe. In qua quum diſerte referat, urbem Aberſperg, quæ ipſius patria fuit, ab Antonino Abuſinam vocari, in veteribus verò tabulis Aventſperg ſcribi, manifeſtum reddit, quod Aventini nomen ſibi adſciverit, non ex ignorantia quadam, loco nominis Abuſini, uti quidam putant, ſed quia Scriptionem veterum tabularum maluerit ſequi. Mappam inſuper Geographicam totam Bavariam

variam delineantem jam tum quoque exaratam habuit, utpote cujus in his summariis disertam mentionem facit, quæ vero nullibi amplius comparet, atque periisse videtur. Post respirationem unius cum dimidio anni, ad translationem Germanicam se accinxit, cui in decimum usque annum incubuit, Dom. Lætare an. 1533. colophonem eidem imponens. Quantis vigiliis, sudoribus, laboribus, molestiis hic labor ei constiterit, prolixe refert in ejusdem præfatione ad Illustrissimos Wilhelmum & Ludovicum Bavariæ Duces directa. Nequaquam enim nuda tantum translatio est, sed ita comparata ut novum plane opus vocari mereat. Multa etenim in Germanica translatione, cui titulum *Chronicon* dedit, reperiuntur, quæ in Latinis Annalibus frustra quæras. Imprimis primus Liber hujus Chronici tam late deductus est, ut Primus Annalium Liber vix molem compendii ejusdem æquet; omissa tamen sunt in Germanica versione, quæ in latina Editione habentur. Dispescuit Germanicam in VIII. Libros, utrumque tamen opus, tam Latinum quam Germanicum, morte Alberti IV. Bavariæ Ducis an. 1508. defuncti claudit. Quum vero pau-

 cos

cos admodum, ut ê dictis constat, menses supervixisset, in lucem publicam neque Latinum neque Germanicum opus edidit. Annos igitur bene multos delituit utrumque. Erasmus equidem, postquam egregium opus supprimi cognoverat, *Leonardum ab Eckh* Consiliarium Bavaricum adiit, (hic enim Patronus Aventini dum viveret, insignis fuerat, cui etiam filium suum Oswaldum informandum commiserat) eumque an. 1535. rogavit, ut copiam sibi Annalium & Chronici faceret, per Hervagium imprimendi. Promiserat quoque Eckius se missurum desiderata, quum autem sq. 1536. anno Erasmus mortem obiret, omne hoc negotium exspiravit: & per integros viginti annos opus, summa expectatione desideratum, delituit, fortasse monachorum quorundam opera; monachi enim Ordinis Prædicatorii hostes ipsius fuerant infensissimi, metuentes, ne illorum nequitia, & tragœdia Bernensis, Chronico inferatur, de quorum invidia, obtrectationibus & minis, in præfatione Germanici Chronici conqueritur. Tandem vero, an. 1554. Hieronymus Zieglerus Annales Aventini Ingolstadii in fol. maximo, in lucem, jussu & consensu Illustrissimi Alberti

Ba-

Bavariæ Ducis, emisit, ita tamen, ut, (ceu ipsemet fatetur) quæ duriora ipsi videbantur, omiserit. Germanicum quoque Chronicon, post diuturniorem delitescentiam, in auram prodiit: postquam enim in manus *Simonis Schardii* Celeberrimi Jurisconsulti incidisset, illud cum luculenta præfatione an. 1566. Francofurti in fol. publicavit. Tabulas 30. Imperatorum, Regum, Principum & Comitum Successiones & stemmata exhibentes, atque ab Aventino concinnatas subjungens. Videbatur nunc desiderio eruditorum satisfactum duplici hac editione. Reperiit tamen *Nicolaus Cisnerus* Jurisconsultus, Curiæ Palatinæ Projudex & Consiliarius, adhuc, quo de publico & Aventino bene mereret. Nactus enim integrum Annalium Latinum & Germanicum exemplar propria Aventini Manu scriptum ê Bibliotheca Oswaldi Eccii ab Erâsmo Neustettero magno emptum pretio, in animum induxit, utrumque ita denuo publicare, ut Aventinus suæ formæ restitueretur. Loca igitur à Zieglero omissa restituit, atque sic integre publicavit Annales latinos. Basileæ ad 1580. in fol. Schardius quidem nihil studiose omisit, insignis tamen lacuna in ipsius editione reperitur:

Liber ſiquidem primus MSCti Chronici in tria volumina compactus fuit. Horum medium, 225. foliis, laxe tamen ſcriptis, conſtans, Schardius non vidit, quapropter Ciſnerus totum hoc volumen primo Libro inſeruit, in præfatione operis uberius iſta indicans: addidit quoque primo Libro Annotationes complures, ab ipſo tamen Chronici textu rite diſtinctas, quibus quæ de antiquis urbibus, regionibus, gentibus &c. Aventinus retulit, ex antiquis imprimis auctoribus illuſtrantur ac emendantur, in reliquis vero Libris nihil mutavit aut addidit, neque annotationes iis adjunxit, præterquam in octavo Libro. Eodem quo Latina, hæc Ciſneri Germanica editio prodierat anno, nempe 1580. Francofurti excuſa in fol. maj. & quidem uno menſe prius prelum fatigare deſiit quam Latina. Nitidiſſima profecto hæc editio eſt, & hoc ſolummodo dolendum, quod index ſatis jejune ſit adornatus. Adjunguntur huic Chronico pariter Tabulæ illæ triginta Hiſtoricæ & Genealogicæ, vitio autem typographi factum eſt, ut Tabula vigeſima, quæ Stemma Ottonis Wittelſpacenſis refert, poſt vigeſimam quintam, in Schardii æque ac Ciſneri editione, compareat, quam Ciſ-

nerus

meros insigniter auxit & Illustrissimæ hujus familiæ Genealogiam ad suam usque ætatem produxit. Ceterum notandum est, titulum harum tabellarum ita esse adornatum, ut inde colligeres, nunquam antea easdem luci fuisse expositas quam Schardius illas publicaret; & fieri omnio potuit, ut ex MSCto Aventiniano illas ederet. Interim, jam antea ipsemet Aventinus easdem in supra laudata Epitome typis exscribi curavit, plane enim eædem hæ tabulæ sunt quas inibi reperias, insuper tamen monendum, Aventini mentem non fuisse ut sub finem junctim ederentur, singulis enim (ceu jam memoratum) Annalium, quorum summaria inibi refertur Libris eas Tabulas addidit, quæ ad quemque pertinent. Ad primum itaque refert tabulam primam, secundam & tertiam. Ad secundum Librum, quartam, quintam, sextam & septimam. Ad tertium, VIII^am. & IX^am. Ad quartum, X^am. & XI^am. Ad quintum, XII^am. & XIII^am. Ad sextum XIV^am. XV^am. XVI^am. XVII^am. & XVIII^am. Ad septimnum reliquas duodecim. Defectus tamen hic ita fuit correctus, ut in plurimarum tabularum rubricis indicetur, ad quemnam Librum sint referendæ. Constabit, ut opinor, nunc

cuivis,

cuivis, quomodo & unde editiones Aventini differant. Restat ut de recentissima latina Annalium editione aliquid dicamus, quæ an. 1710. Lipsiæ in fol. prodiit in cujus titulo hi Annales dicuntur, *cum doctissimorum virorum quibuscunque editionibus collati, emendatius auctiusque excusi, quibus accesserunt Aventini Abacus & Franc. Guillimanni Helvetia.* Quid vero in hac editione præstitum sit Excell. Gundlingius in præfatione, quam operi præfixit, his verbis indicat. *Non vereor certe adfirmare, aut decertare sponsione, esse hanc editionem omnium longe emendatissimam simul & uberrimam. Nam cum Poëticæ apud Ingolstadienses Professor, Hieronymus Zieglerus, ipse olim inficias ire noluerit, fuisse nonnulla â se suppressa, expuncta, deleta, quæ invectivarum in Sacerdotes speciem præbuissent, recte fecit, Bibliopola, quod Nicolai Cisneri editionem una cum Germanica, quam ipse Aventinus elaboravit, & in aliquibus auctiorem reddidit, simul adhiberi curavit, menda, quoad fieri potuit, corrigendo, libros in certa capita & sectiones distinguendo, rerum conspectum præmittendo, adjecta asteriscis notavit, quaque in margine sine ordine vagabantur, affabre satis atque apposite collocando. Quæ omnia, aut* sal-

saltem pluraque cum in anterioribus editionibus deficiant, de hujus sane pretio unicuique, non suspensa etiam hedera, constabit. Nitida sane hæc editio est, adhuc nitidior futura, si ad oram sectionum lemmata margini fuissent addita, Summaria singulis Libris ab Aventino præfixa ideo haud dubie omittuntur, quia Libris in capita divisis, conspectus noviter concinnatus singulis capitibus præmittitur, cur vero Auctores quoque sub initium cujuslibet Libri abs Aventino notatos, quos scil. in quolibet Libro præcipue erat secutus, itidem hæc editio omittat, me latet. Nomenclatura etiam Germanicorum Nominum, contra Aventini mentem, in hac editione ad calcem Operis rejecta est, quam eidem præmisit Aventinus. Neque putandum est, ac si ea quibus Germanicam editionem ipse Aventinus auxit, huic editioni inserta essent, adhibitum exemplar Germanicum solummodo, non ex eo aliquid translatum in hanc est. Adjecta concernunt ea quæ in Cisnerana editione ad marginem comparent, quæ in hac editione infra textum, cum asterisci nota quo referenda sint, extant. Vitam Aventini ab Hier. Ziegleró concinnatam, tam hujus quam Cisneri editio

tio refert. In nova autem Lipsiensi quidam Vir Doctus, qui nomen suum literis G. H. A. indicavit, Vitam Aventini inseruit, sub cujus finem Scripta ejusdem recenset initium faciens ab Annalibus, referens, Zieglerianam editionem Basileæ 1615. fuisse repetitam. A. Nic. Cisnero quidem fuisse auctam, constare tamen in hac multa ad domum Bavaricam pertinentia desiderari. Unde hoc Auctori constet me latere fateor, nec non, an Siegleriana isthæc desiderata exhibeat, numve abs Cisnero omissa in hac Lipsiensi editione sint restituta, quod factum non arbitror, male etenim de eadem meruisset si hocce reticuisset, quum in præfatione diserte dicatur, Cisnerianam editionem Lipsiensem hancce referre, neglecta Ziegleriana. Prodiisse Annalium opus etiam Francofurti an. 1627. in fol. Idem Biographus refert, non tamen indicat, an illa editio Ziegleri num vero Cisneri editionem referat. Aliquos Annalium Libros & integram Germanicam eorum versionem, sive Chronicon, propria Aventini manu scriptum in illustri Guelferbytana Bibliotheca hodienum asservari, ex Tenzelio annotavit Idem. Notandum insuper, quod in Catalogo scripto-

rum

rum Aventini nondum editorum, e Gesneri Bibliotheca descripto, omiserit eum, quem post *Hymnum de cœlesti Sphæra*, recensset tractatum, hoc titulo: *Imagines cœli, admodum breviter & eleganter descripta, quo natura duce, facillime à quolibet etiam maxime rudi agnosci queant.* Appendicem Bibliothecæ Gesnerianæ supra laudatam fortasse ad manus non habuit Biographus, alias sine dubio Epitomes sub initium recensitæ eam mentionem fecisset, quæ inibi extat, cujus æque ut alii Annalium editores notitiam nullam habuit. *Germania* vero *Illustrata* ab Aventino X. Libris comprehensæ sciagraphiam suppeditat, & quidem eam quam ipse Aventinus in Abaco suo dedit, paululum diversam ab ea, quam Gesnerus in sua Bibliotheca exhibet, à Gilberto Cognato sibi transmissam. Non reticet, esse, qui unum idemque opus Germaniam illam illustratam & Annales Bojorum existiment, seque idem sentire, atque existimare, Annales Bojorum ex Germania illustrata (quæ periit, nec usquam gentium inveniri potest,) desumtos esse, iis recisis, quæ parum ad rem videbantur. Et ita quoque jam Cisnerus sensit, qui in Præfatione Annalium ad Lectorem sub finem ita loqui-

loquitur. *Argumenta Librorum Annalium suorum, Aventinus, multo ante editionem eorum, cum decem Libros constituisset, quos postea in septem contraxit, pluribus exposuerat.* Subjicit deinde Sciagraphiam, quæ nulla alia est quam Germaniæ illustratæ a Gesnero publicata, atque eam ad Libros Annalium redigit, ostendens, ubi ea quæ in ista Sciagraphia referuntur, vel in Latina vel in Germanica Annalium editione compareant, & quæ plane non inibi reperiantur. Ceterum quum Aventinus anno 1532. quo Abacum edidit, hanc Sciagraphiam Operis Germaniæ Illustratæ ediderit, quo tempore Annales Latinos jamjam ad finem perduxerat, imo jam sextum Chronici Germanici Librum, ut ê præfatione hujus Libri evidens, vix equidem â me impetrare possum ut horum sententiæ accedam. Et certe, in ipso Germanico Chronico L. 3. f. 277. b. & p. 278. edit. Cisneri alibique ad Germaniam illam provocat, in qua prolixius ea deduxerit quæ inibi narrat. An. 1555. fama erat excudi Germaniam Aventini Augustæ, quam Gesnerus Appendici Bibliothecæ inseruit, ast vanus rumor fuit, nunquam enim vel Augustæ vel alibi excusa est.

IV.

IV.

PETRI LAMBECII Hamburgensis Commentariorum de Augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensi

LIBER NONUS

Quo continetur

Catalogus Manuscriptorum Codicum Græcorum profanorum, secundum praesentem collocationis eorum seriem & novum ordinem numerorum, quibus iidem nunc notati sunt.

Ex Operis hujus praestantissimi exemplo in Bibliotheca Vffenbachiana Francofurti ad Moenum existente descriptum hujus libri LX. initium: (*)

(*) Λείψανα haec Operis Lambeciani quantivis pretii debeo benevolentiæ Illustris Zachariæ Conradi ab Uffenbach, Senatoris Reip. Francofurtanæ Gravissimi, Mæcenatisque literarum incomparabilis, Viri meum præconium dudum longissime supergressi, qui pro insigni, qua pollet, aliorum conatus juvandi promtitudine aliorum quoque rariorum ex instructissima Bibliotheca spem mihi fecit lætissimam.

I.

(1.) Fuit is olim inter Codices manuscriptos Historicos Graecos trigesimus.

PRimus (1.) Codex manuscriptus Historicus Græcus profanus est chartaceus antiqvus & bonae notae in qvarto, constatqve foliis qvadringentis septuaginta qvatuor, & Joannem Sambucum, ut ipse solita inscriptione sua testatur, olim pertinuit. Continentur eo HERODOTI (2.) Halicarnassensis, qvi, ut omnium Historicorum Graecorum Profanorum nunc exstantium antiqvissimus, â Cicerone in libro primo de Legibus Pater Historiae appellatur, & seculo ante Christum qvinto sub tribus Persarum Regibus Dario, Hystaspide, Xerxe sive Ahasvero & Artaxerxe Longimano floruit, Historiarum libri novem, totidem Musarum nominibus inscripti: nempe Clio sive Liber primus; Euterpe sive Liber secundus; Thalia sive Liber tertius; Melpomene, sive Liber qvartus; Terpsichore sive Liber quintus; Erato sive Liber sextus; Polymnia sive Liber septimus; Vrania sive Liber octavus; & Calliope sive Liber nonus. Qvorum novem

(2.) Halicarnassus Vrbs est Doridis in Asia Minori sive proprie dicta ad Mare Aegaeum. Vtitur tamen Herodotus in scribendo praecipue Dialecto Jonica.

vem librorum primus incipit, ut in editionibus impressis, hoc modo : Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδειξις, ἥδε ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ Χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται &c. nonus autem sive ultimus desinit in his verbis : ἢ πεδιάδα σπείροντες, ἄλλοισι δουλεύειν. Comprehendit vero totum illud Opus Historicum Narrationem annorum ducentorum triginta qvinqve, ab initio videlicet Gygis, Lydorum Regis, qvi secundum R. P. Dyonisii Petavii S. J. Supputationem coepit regnare anno ante Christum 714. usque ad annum ante eandem Aeram Christianam 479. qvo contigerunt uno eodem die celebres duae Graecorum cum Persis pugnae, terrestris scilicet ad Plataeas in Boeotia, & navalis sub monte Mycale in Asiâ. Caetera multò plura, huc pertinentia, de Vita, Scriptis, Stylo & Fide Herodoti vide in optima Operum ipsius editione Graeco-Latinâ Gothofredi Jungermanni, Francofurti ad Moenum apud Claudium Marnium & haeredes Joannis Aubrii An. 1608. in folio cum amplissimis variorum veterum & recentiorum Auctorum Prolegomenis, Testimoniis & Additionibus. Consule etiam Davidis Chytraei Chronologiam Historiae Herodoti & Thu-

p. (2.)

cydidis; Helmaestadii typis Jacobi Lucii An. 1593. in quarto editam; & Gerardi Joannis Vossii doctissimum opus de Historicis Graecis Lib. I. cap. 3.

II.

(1.) Fuit is olim inter Codices Manuscriptos Historicos Graecos nonus.

Secundus (1.) Codex manuscriptus Historicus Græcus Profanus est chartaceus antiqvus & bonae notae in folio, constatqve foliis centum viginti tribus & ad Joannem Sambucum, qui folii primi pagina prima, se illum Hydrunti â quodam Cosma Liparensi emisse, solita inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo THUCYDIDIS Atheniensis, Herodoto, cujus aemulator fuit, synchroni, Historiae (2.) Belli Peloponnesiorum cum Atheniensibus anni viginti priores Libris octo; anonymi cujusdam antiqui Scholiastae Graeci Annotationibus marginalibus illustrati; quorum primus

(2.) Celeberrimum hoc bellum Peloponnesiacum annos 27. & menses 6. durans, cujus causa fuit nimia Atheniensium potentia Lacedaemoniis suspecta, occasio autem, qvod Pericles, qui septies mille talentorum rationem reddere metuens, in Republica Atheniensi omnia permisceret; coepit anno ante Aeram Christianam vulgarem 431; desiit autem anno ante eandem Aeram 404. qvo Athenae à Lysandro Lacedaemonio post sex Mensium obsidionem expugnatae & captae sunt ineunte anno ejusdem Belli vigesimo octavo.

mus incipit hoc modo: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων &c. desinit autem Liber sextus his verbis: ἀποίκως ὕστερον πανταχόθεν πέμψαντες. Hinc sequitur Liber septimus; τοῦ δὲ αὐτοῦ χειμῶνος &c. pertingit autem is tantum usq; ad haec verba: (3) τῆς δὲ πόλεως βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γένεσθαι, καὶ τὸ - - - Plura de Thucydidis Vita, Scriptis, Stylo & Fide vide in optima Operum ipsius editione Graeco-Latina Aemilii Porti, Francofurti ad Moenum apud haeredes Andreae Wecheli A. 1594. in folio. Consule etiam supra laudatos Chytraeum & Vossium locis ibidem citatis. Nec illud silentio praetereundum est, in primo ejusdem Codicis folio, nullo numero notato, quod ipsam Thucydidis Historiam proxime praecedit, exstare testimonium Suidae Lexicographi de jam memorato Thucydide, cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν τοῦ (1.) Σουΐδα. Θουκυδίδης ὁ συγγραφεὺς Ὀλόρου Ἀθηναῖος· παῖδα δὲ ἔσχε Τιμόθεον· ἦν δὲ ἀπὸ μὲν ΠΑΤΡΟΣ, Μιλτιάδου τοῦ στρατηγοῦ τὸ γένος ἕλκων· ἀπὸ δὲ ΜΗΤΡΟΣ Ὀλόρου τοῦ Θρακῶν βασιλέως &c. Vbi obiter

(3.) Editionis Aemilii Porti Graeco Latinae p. 491. p. (1.)

(1.) Ita est scriptum est, nempe Σουΐδα pro Σουΐδα.

notanda est observatu digna lectio varians: nempe Thucydidem genus PATERNVM duxisse â Miltiade, MATERNVM autem ab Oloro Thraciae Rege. In editione enim Lexici Svidae Graeco-Latinâ, ab Aemilio Porto A. 1619. Coloniae Allobrogum sive Genevae apud Petrum & Jacobum Chouet duobus Tomis in folio adornatâ, prorsus contrario sensu legitur: Ἦν δὲ ἀπὸ μὲν ΜΗΤΡΟ'Σ, Μιλτιάδου τοῦ στρατηγοῦ τὸ γένος ἕλκων· ἀπὸ δὲ Πατρὸς, Ὀλόρου τοῦ Θρακῶν βασιλέως. hoc est, jam memorato Aemilio Porto interprete. MATERNVM autem genus â Miltiade Duce, PATERNVM vero ab Oloro Thracum Rege ducebat. Vide etiam Marcellini Historici Graeci, Dissertationem de Thucydidis Vita & genere dicendi, quæ supra laudatæ Operum ipsius editioni graece & latine praefixa est. Notabile porro etiam est, Codicem manuscriptum Historiae Thucydidis, de qvo in praesens agitur, olim pertinuisse ad Marcum Musurum Cretensem, Philologum & Poetam ingeniosissimum, qvi poemate suo Graeco de laudibus Platonis â summo Pontifice Leone X. Archiepiscopatum Epidaurensem promeruit.

ruit. Hujus enim propriâ manu in supra memorati folii primi nullo numero notati, pagina prima scriptum cernitur: Μουσούρου κτῆμα. Plura de eodem Musuro, ejusque effigiem, vide in Appendice Libri sexti horum Commentariorum pag. 278. & 279. Postea autem comparavit sibi eundem Codicem Joannes Sambucus, & qvidem, ut ipse ibidem propria manu indicat, (2.) Hydrunti â qvodam Cosmâ (3.) Liparensi.

(2.) Hydruntum Vrbs Regni Neapolitani, vulgo nunc Otranto.

(3.) Lipara est una ex Septem Insulis Aeoliis, Siciliae ex adverso Promontorii Tyndarii adjacentibus.

III.

Tertius (4.) Codex manuscriptus Historicus Graecus Profanus est membranaceus antiqvus & perelegans in folio, variis (5.) imaginibus aliisque ornamentis inauratis passim decoratus, constatque foliis nonaginta qvinqve & initio qvidem ad Illustrissimum Dominum Andream Matthaeum Aqvavivam, ducem Adriae, cujus p. (4.)

(4.) Fuit is olim inter Codices Manuscriptos Historicos Graecos duodecimus.

(5.) Spectatu digna, ibi inprimis est Imago Xenophontis cum Galeâ aureâ & Thorace aureo in pulcherrimo, æqvo albo: item Imago Cyri sedentis in solio Regio & diversis variarum nationum personis cincti, ut & imago Pegasi alati, cum monte Helicone & fonte Hippocrene.

(a.) Vide Libri septimi horum Commentariorum pag. 73. 74. 102. 103. & 104.

(2.) Intelligitur videlicet Cyrus ille, Astyagis ultimi Medorum Regis ex filia Mandane nepos, qvi victo Dario Medo, captaque Babylone fundavit Secundam sive Persicam Monarchiam, anno ante Aeram Christianam, secundum R. P. Dionysii Petavii accuratissimam supputationem, qvingentesimo, trigesimo octavo. Quod diligenter notandum est propter Raphaelem Volaterranum, qui Anthropologiae Lib. XX. institutionem Cyri Majoris à Xenophonte descriptam, perperàm attribuit Cyro Minori, sub quo in Expeditione contrà fratrem Artaxerxem Mnemonem idem Xenophon ipse militavit.

(1.) Insignia gentilitia in principio exstant, postea autem ad Joannem Sambucum, ut ipse solitâ propriae manus inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo XENOPHONTIS Atheniensis, Historici, Philosophi & Ducis celeberrimi, Socratis discipuli, qui seculi ante Christum qvarto floruit, Libri octo κύρου παιδείας, sive de Cyri (2.) Majoris institutione, velut Cicero in Bruto vertit, de Cyri Vita & Disciplina. Eorum primus inscribitur atque incipit hoc modo: Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας βιβλίον πρῶτον· Ἔννοιά ποθ' ἡμῖν ἐγένετο &c. octavus autem sive ultimus desinit his verbis: εὑρήσει αὐτὰ μαρτυροῦντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις. Caeterum qvod ex hoc Opere non sit petenda Historiae veritas, sed nihil in eo sit veri praeter nuda nomina & mentionem duorum triumve eventuum, ut Ba-

Babylonis captae, & Croeſi victi recte animadvertit; ac monuit jam antiquitus ipſe Cicero in Epiſtola prima ad Quintum fratrem, ubi ſic ſcribit: Cyrus ille à XENOPHONTE non ad Hiſtoriae fidem ſcriptus, ſed ad effigiem juſti Imperii: Cujus ſumma gravitas ab illo Philoſopho cum ſingulari comitate conjungitur. Qvos qvidem Libros non ſine cauſa noſter ille Africanus de manibus ponere non ſolebat: nullum eſt enim praetermiſſum in iis officium diligentis & moderati Imperii. Haec Cicero. Reliqua autem huc pertinentia de Aetate, Vita, Scriptis, Eloqventia & Fide Xenophontis, vide in optima operum ipſius editione Graeco-Latina Joannis Leunclavii, Aemilii Porti & Friderici Sylburgii, Francofurti ad Moenum apud Andreae Vecheli haeredes Claudium Marnium & Joannem Aubrium A. 1596. in folio. Conſule qvoqve ejusdem Vitam, qvae exſtat apud Diogenem-Laertium Libri ſecundi Hiſtoriae Philoſophorum Illuſtrium capite ſexto; & ſupra laudatum Gerardi Joannis Voſſii Opus de Hiſtoricis Gracis lib. 1. c. 5. Qvod porro reſtat, notabile eſt, in fine hujus Codicis, de quo in præſens agitur, expreſſe addi, eum ſcriptum fuiſſe

 manu

manu Angeli Conſtantini ex Agro Hydruntino in Regno Neapolitano. Ipſa jam memoratae ſubſcriptionis verba Graeca ſunt haec: Ἐγράφη τὸ παρὸν Βιβλίον τȣ̃ Ξενοφῶντος Κύρȣ παιδείας διὰ Χειρὸς Ἀγγέλȣ Κωνςαντίνȣ ἀπὸ Χώρας Ὑδρȣ́σης, ἐκ Χώρας ςερναδίκτας τῆς γʹ ἰνδίκτȣ.

IV.

pag. (5.)

(1.) Fuit is olim inter Codices Manuſcriptos Hiſtoricos Graecos trigeſimus qvartus.

Qvartus (1.) Codex manuſcriptus Hiſtoricus Graecus Profanus eſt chartaceus antiqvus & bonae notae in qvarto, conſtatqve foliis trecentis, viginti octo & ab Augerio Busbeckio, ut ipſe ſolitâ propriae manus inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo haec:

Primo & quidem â fol. 1. p. 1. usque ad fol. 140. p. 2. ejusdem ſupra memorati Xenophontis Hiſtoriarum libri ſeptem de Cyri Junioris, Filii Regis Perſarum Darii, cognomine Nothi, Adſcenſu ſive Expeditione in Aſiam Superiorem contra fratrem natu majorem Regem Artaxerxen Mnemonem; anonymi cujusdam antiqvi Scholiaſtae Graeci Annotationibus marginalibus

bus illuſtrati : quorum primus inſcribitur atque incipit hoc modo : Ξενοφῶντος Ῥήτορος κύρε ἀναβάσεως Βιβλίον πρῶτον. Δαρείε καὶ Παρυσάτιδος γίνονται παῖδες δύο· Πρεσβύτερος μὲν Ἀταξέρξης, νεώτερος δὲ κῦρος· ἐπεὶ δὲ &c. Septimus autem ſive ultimus deſinit his verbis : Χρόνε πλῆθος τῆς ἀναβάσεως καὶ καταβάσεως, ἐνι αὐτὸς καὶ τρεῖς μῆνες. Interfuit huic - expeditioni ipſe Xenophon & Cyri Junioris partes ſecutus eſt, cum contra Artaxerxi Mnemoni faverent Athenienſes ; idque illi poſtmodum cauſa fuit exſilii. Incidit iſta Cyri Expeditio ejusdemque interitus in proelio , in annum ante Chriſtum qvadringenteſimum primum.

Secundo & qvidem â folio 141. pag. 1. uſqve ad fol. 154. pag. 1. ejusdem Xenophontis Ἱππαρ Χικὸς, ſive Liber de Magiſterio Eqvitum ; cujus principium : πρῶτον μὲν θύοντα Χρὴ αἰτεῖσθαι θεὲ ; &c.

Tertio & qvidem â fol. 154. pag. 1. usqve ad fol. 169. pag. 2. ejusdem Xenophontis Liber περὶ ἱππικῆς, ſive de Re eqveſtri ; cujus principium : Ἐπεὶ δὴ, διὰ τὸ συμβῆναι ἡμῖν

(a.) Huc pertinet elegantissima illa Xenophontis statua equestris, quâ proxime praecedentis Codicis tertii Titulus insignitus est.

ἡμῖν πολὺν χρόνον (a.) ἱππεύειν, οἴομεθα ἔμπειροι ἱππικῆς γεγενῆσθαι &c. finis autem: ἃ δὲ Ἱππάρχῳ προσήκεν εἰδέναι τε καὶ πράσσειν, ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δεδήλωται. Hoc est; Quae vero tum scire tum exseqvi conveniat Eqvitum Magistrum, alio libro declaravimus. Hinc igitur apparet, in hoc Codice manuscripto Caesareo Librum de Re Eqvestri Libro de Magisterio Eqvitum recte postponi contra autem in supra memorata editione Graeco-Latina Francofurtensi eidem perperam praeponi, ipso Xenophonte expresse reclamante.

Qvarto, & qvidem à fol. 169. pag. 2. usque ad fol. 182. pag. 1. ejusdem Xenophontis Liber de Republica Lacedaemoniorum; cujus titulus & principium: p. (6.) Τοῦ αὐτοῦ Λακεδαιμονίων πολιτεία. Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτὲ, ὡς ἡ Σπάρτη τῶν ὀλιγανθρωποτάτων οὖσα &c. Elegantem hunc librum scripsit Xenophon, ut gratiam rependeret Lacedaemoniis, qvi ipsi ab Atheniensibus in exsilium pulso incolendam dedere partem agri Elei in Triphyliaco solo. Est enim Triphylia tractus Elidis in Peloponneso.

Quin-

Qvinto & qvidem â folio 182. pag. 1. usqve ad fol. 303. pag. 1. ejusdem Xenophontis Ἀπομνημονευμάτων, sive Memorabilium Socratis Dictorum & Factorum Libri qvinqve; qvorum primus incipit hoc modo: πολλάκις ἐθαύμασα, &c. quintus autem sive ultimus, qui speciatim inscribitur: Οἰκονομικὸς, sive de administratione domestica, hoc est, ut Cicero in fine Libri secundi de Officiis & in Catone Majore sive Libro de Senectute recte interpretatur, de Re familiari qvaerenda, conservanda & augenda, hoc habet principium: Ἤκουσα δέ ποτε τοῦ Σωκράτους καὶ περὶ οἰκονομίας τοιάδε διαλεγομένου ἐπὶ μοι, ἔφη, ὦ Κριτόβουλε &c. finem autem: φοβούμενος, μὴ οὐκ ἀποθάνῃ.

Sexto & qvidem ê fol. 303. p. 1. usqve ad fol. 323. pag. 1. ejusdem Xenophontis Symposion, sive Convivium, qvod incipit hoc modo: Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα, οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα, ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς &c.

Septimo, & quidem â fol. 323. pag. 2. usque ad fol. 325. p. 1. ejusdem Xenophontis Κυνηγετικὸς, sive de Venatione; cujus principium: τὸ μὲν εὕρημα Θεῶν Ἀπόλλωνος δὲ Ἀρτέμιδος, ἄγραι καὶ κύνες &c.

Octa-

Octavò, & qvidem â fol. 326. p. 1. usqve ad fol. 327. pag. 1. Georgii Gemisti Plethonis Epistola qvaedam; cujus titulus & principium: Τȣ͂ σοφωτάτȣ διδασκάλȣ κυρȣ͂ Γεωργίȣ τȣ͂ Γεμιςȣ͂. Ὀυκ ἦν παραπλήσια, ὦ θειότατε τὰ τῶν πολεμίων τέλη &c. Videtur autem haec epistola scripta ad Imp. Manuelem Palaeologum; ad qvem etiam exstat ejusdem generis alia: qvam vide Libri Septimi horum Commentariorum pag. 163.

Nonò, & qvidem folio 327. p. 1. Anonymi cujusdam Autoris Observatio de Phlebotomiae sive Venae sectionis salutaribus diebus; cujus inscriptio: Τέμνει ἀγαθὸν ἡμέραις τάντας φλέβα.

Decimo & qvidem folio 328. p. 1. Anonymi cujusdam observationes de Exercitiis Rhetoricis; quarum Titulus & principium: Γυμνάσματα τῆς Ῥητορικῆς. Ἡ Ῥητορικὴ διαιρεῖται εἰς εἴδη τρία· εἰς τὸ σύμβȣλευτικὸν &c.

p. (7.)

(1.) Fuit is olim inter Codices manuscriptos Historicos Graecos undecimus.

Qvintus (1.) Codex manuscriptus Historicus Græcus Profanus & chartaceus antiqvus in folio, constatque foliis centum sexaginta qvinqve, & ad Joannem Sambucum, ut ipse solita propriae

manus

manus inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ex Polybii, Arcadis Megalopolitani, qvi ſeculo ante Chriſtum ſecundo P. Cornelio Scipioni Aemiliano Africano Minori, â qvo captâ atqve everſâ Carthagine in Africâ, Bellum Punicum tertium anno ante Aeram Chriſtianam centeſimo qvadrageſimo ſexto abſolutum eſt, ſynchronus, & adeo familiaris fuit, ut is pleraque pro conſilio ejus ageret, Libris Hiſtoriarum deperditis, ſeu potius ab Imp. (2.) Conſtantino Porphyrogenito damnoſa abbreviatione mutilatis, Excerpta â Libro ſeptimo, usqve ad Librum decimum nonum. Quae qvidem Libri ſeptimi Excerpta inſcribuntur & incipiunt ibi hoc modo: Πολυβίου ἐκ τῶν Ἱστοριῶν, τοῦ ἑβδόμου λόγου κατ᾽ ἐπιτομήν: Ἡ γὰρ τῶν Λεοντίνων πόλις &c. Libri autem decimi ſeptimi Excerpta deſinunt, ut in impreſſis (3.) editionibus Iſaaci Caſauboni & Jacobi Gronovii his verbis: οὐκ ὀκνήσομεν διασαφεῖν τὰ παρακολουθήσαντα ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ. Hinc porro ibidem ſeqvuntur, quae in jam memoratis Editionibus deſunt, Excerpta Libri Decimi octa-

(1.) Cœpit is imperare anno Chriſti 912. & A. 959. obiit.

(3.) Francofurti ad Moenum typis Wechelianis An. 1609. Graece & Latine in folio & Amſtelodami typis Janſſonianis A. 1670. Graece & Latine duobus Tomis in octavo.

octavi ſub hoc titulo & principio: Πολυβίου ἐκ τοῦ ιη λόγου. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, ὅτι λαβὼν τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν σύγκρισιν ποιήσωμαι τοῦ καθοπλισμοῦ Ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων ὁμοίως δὲ καὶ &c. Item Excerpta Libri decimi noni hoc modo: Πολυβίου ἐκ τοῦ ιθ λόγου περὶ τῆς Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν, καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερούσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν &c. Iisdemqve Excerptis ſtatim ſubjungitur aliud Excerptum περὶ Μηδίας ſive de Mediâ; cujus principium: Ἔστι τοίνυν ἡ Μηδία κατὰ τε τὸ μέγεθος τῆς χώρας ἀξιόχρεως, &c. finis autem: εἰς τὸ βασιλικὸν ἠθροίσθη νόμισμα μικρῷ λεῖπον τετράκις χιλίων ταλάντων.

VI.

Sextus (4.) Codex manuſcriptus Hiſtoricus Graecus Profanus eſt chartaceus antiqvus in folio, conſtatqve foliis centum qvinqvaginta qvatuor, & ad V. CL. (5.) Sebaſtianum Eri-

(4.) Fuit is olim extra numerum.

(5.) Plura de eodem Clariſſimo Viro huc pertinentia, vide Libri Qvinti horum Commentariorum paginâ 295. & in Appendice ejusdem Libri pag. 979. 980. ac deinceps.

Ericium seu Erizzum olim pertinuit. Continentur eo eadem Excerpta ex Polybii Megalopolitani libris deperditis â Libro septimo usque ad Librum decimum nonum, qvorum in proxime praecedentis Codicis qvinti recensione jam est facta mentio. Verisimilimum qvoqve videtur, duos hosce Codices, qvintum videlicet ac sextum, ex uno eodem vetustissimo Exemplari fuisse descriptos, ideoque tam exacte concordare. Caeterum correctio numerorum, quae in posteriori hoc Codice in Lemmatibus sive Titulis Excerptorum â Libro duodecimo usque ad Librum decimum nonum cernitur, â recentiori, ut manifeste apparet, manu est, & prolixiori indiget consideratione, qvam ut ego illi in praesens sufficienter possim immorari. p. (8.)

VII.

Septimus (1.) Codex manuscriptus Historicus Graecus Profanus & chartaceus in fol. constatque foliis octoginta tribus. Continentur eo DIODORI Siculi, qvi sub Imp. C. Julio Caesare & Augusto vixit Biblioth. Historicae Liber primus & qvintus.

(1.) Fuit is olim inter Codices MStos Historicos Graecos octavus.

Qvorum primus inſcribitur atqve incipit hoc modo: Διοδώρȣ τȣ Σικελιώτȣ βιβλιοθήκης ἱϛοριῶν βίβλος α', Τοῖς τὰς κοινὰς ἱϛορίας πραγματευσαμένοις μεγάλας χάριτας ἀπονέμειν δίκαιον πάντας (2.) ἀνθρώπων, ὅτι &c. eſt autem ibi in fine mutilus & pertingit tantum incluſive usque ad hæc verba (3.) διὸ καὶ τȣ̀ς ἀρχαίȣς βασιλεῖς ἱϛορȣ̃σι κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἔργα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ διὰ τ$ - - - Qvinti vero libri titulus cum principio eſt talis: Διοδώρȣ Σικελιώτȣ ἱϛοριῶν βίβλος ε'. πάντων μὲν τῶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς χρησίμων προσνοητέον τὴν ἱϛορίαν συνταττομένȣς μάλιϛα δὲ &c. caret etiam hic Liber exigua finis parte & pertingit tantum incluſive usque ad haec verba (4.) ἐκ ὀλίγην δὲ καὶ τ$ Ἀσίας τ$ παραθαλαττίȣ κατέσχεν - - - Cætera, qvae de Aetate, Vita & Scriptis Diodori Siculi huc pertinent, vide in optima Operum ipſius editione Graeco-Latina Laurentii Rhodomanni, Hanoviae typis Wechelianis A. 1604. in folio; & apud Magnum Voſſium in Opere incomparabili de Hiſtoricis Graecis Lib. 2. c. 2. Operae pretium de

(2.) Ita in hoc Codice ſcriptum eſt, at vulgo legitur ἀνθρώπȣς.

(3.) Vide editionem Graeco-Latinam Francofurtenſem Wechelianam Laurentii Rhodomanni A. 1604. in fol. pag. 27. verſu ultimo.

(4.) Vide jam citatam editionem Rhodomannianam pag. 349.

de reliqvo fuerit, Exemplar hoc Bibliothecae Hiſtoricae Diodori Siculi Caeſareum Vindobonenſe qvamvis non valde antiqvum, â docti tamen & accurata manu profectum, cum jam memorata editione Rhodomanniana diligenter conferri, propter non paucas obſervatu dignas lectiones varias, qvae ſe mihi obiter ac curſim pervolventi jam obtulerunt. Vt exempli gratia, pagina nona ſupra memoratae editionis, ubi vulgo legitur: *ἀδύνατον γὰρ τὴν εὕρεσιν. . . . .* Plura typis exſcripta proh dolor! non ſunt.



V.

ANTIQVORVM
QVAE
AVGVSTAE VINDELICORVM
EXTANT
MONVMENTORVM
A
SVMMO VIRO
MARCO VELSERO
DVVMVIRO AVGVSTANO
AD CALCEM
RERVM AVGVSTA VINDELICARVM
EDITORVM
SVPPLEMENTVM
AB IPSO AVCTORE
COLLECTVM
AC
JAM PRIMVM
EX CODICE VELSERIANO
EDITVM
M. JACOBO BRVCKERO,
REV. MINIST. KAVFBVR.
ADJVNCTO.

PRAE-

PRAEFATIO.

QUæ conſpectui Tuo ſiſtuntur B. L. folia commendatione nulla egere puto, poſtquam ſummi Viri, MARCI VELSERI, Duum-Viri Auguſtani nomen illis præfixum eſt. Nemini enim, niſi plane rudis ſit in hiſtoria literarum, tantum nomen & inſignia in rem literariam merita, quibus æternam ſui memoriam fecit Velſerus, ignota eſſe exiſtimo, unde facile iſtorum elogiorum enarratione ſuperſederi poteſt, quæ in eum omnis eruditorum cohors cumulavit, præſertim, cum poſt Cl. CHRISTOPH. ARNOLDVM in diſſ. de vita ejus, Operibus junctim editis præmiſſa, ITTOMAS POPE-BLOVNT in cenſura celebrium auctorum, & PETRVS BAYLE in Dictionario hiſtorico-critico digna tanto viro honorum tropæa erexerint. De præſenti tantum Monumentorum Auguſtanorum, ab illuſtri Duum-Viro editorum ſupplemento pauca quædam dicenda ſunt. Collegit ſcilicet hæc monumenta, poſt alteram Mon. Aug. editionem, quæ Venetiis 1594. fol.

prodiit, & in qua multa editionis primæ, quæ Ven. 1690. 4. lucem aſpexit, mutavit, addidit, correxit; proprioque ea codici locis ſuis ipſe adſcripſit, quo conſilio tamen, incertum, niſi aliam adhuc editionem animo concepiſſe, morte tamen præventum conſilium exequi non potuiſſe Virum illuſtrem ſuſpiceris, id quod additæ hic inde breves in Comm. de rebus Auguſtanis emendationes tantum non ſuadent. Illa itaque λείψανα cum in Codice Velſeriano conſpicerem, vel ob illam ſolam cauſam luce publica non indigna putavi, quod Velſerus in his literis ſummum ſibi nomen famamque tum propria antiquitatum Romanarum inveſtigatione, tum benevole communicatis cum aliis, imprimis JANO GRVTERO divitiis ſuis comparavit, qua de re hic pluribus in Theſauri Inſcriptionum limine videndus eſt. Indignum itaque judicans, ſi quicquam, quod a tanto Viro profectum eſt, in tenebris lateret, ſupplementa iſta deſcribere, & quod in Norica quoque Operum ejus editione omiſſa erant, incognita ſine dubio, & in obſcuro deliteſcentia publicæ luci ſiſtere conſtitui, ut egregium antiquitatis vetuſtiſſimæ, qua Vindelica Auguſti colonia merito

merito superbit, monumentum, quod *illi* Velseri sui eruditio erexit, istis quoque accessionibus augeretur, & sua quasi constaret integritate: sperans fore, ut profecta a Viro, qui in magno & prisco ævo magnus futurus LIPSIO audit, etsi pauca non ingrata fuerint harum literarum amantibus, cum & hic quædam deprehendi queant, quæ multam eruditioni lucem fœnerabuntur. De paucissimis quibusdam, quæ signo * adjecta sunt, nihil monere necesse, nisi ea illustrandi quædam gratia, immo etiam augendi ex iis, quæ REINESIVS post Velseri mortem attulit, addita fuisse, quæ secure, licet, despicias, modo Velseriana, quorum quilibet apex cedro dignus est, benevolentiam Tuam, Lector, mereantur. Vtere itaque B. L. etiam hoc spicilegio, & Viri, quem omnium laude dignissimum Musa vetat mori, memoriam grato animo recolens Vale.

Jacobus Brukerus.

MARCI WELSERI
ANTIQVORVM
QVAE
AVG. VIND. EXTANT
MONVMENTORVM
SVPPLEMENTVM.

Pag. 205. n. I.

JUl. Jacobonius appendice de prisca Cæsiorum gente p. 18. hæc verba habet: His tribus porro Numinibus sacra conjunctim fieri apertius demonstratur ex pervetusta inscriptione quam Augustæ (cognomen non addit) inventam marmore elegantissimo legimus, cujus verba hæc sunt;

IOVI. JVNONI. MINER
ANTONIA. M. LIB.
APHRODISIA. SCYPHOS. H
VENEREVM. SPECVLVM
DONVM. DEDIT

In tertio versu H manifeste pro ET posita.

In templo S. Vdalrici inventum anno MDCVI. Saxum quadratum prægrande pulcherrimis literis sculptum

I. O. M.
M. TR. SECCO

Pag.

Pag. 211. * n. VIII.

In hortis M. Welseri saxum quadrilaterum ab omni parte sculptum. Frons inscriptionem habet: dextrum latus Mercurium cum caduceo, crumena, gallo & hirco: Sinistrum Martem cum hasta & clypeo: tergum victoriam cum palma & laurea.

AEL. MONT.
HAEDER. PRO
SALVTE. SVA. ET. P
HISP. C. ANA. VILI
FILI. ET. AEL. MON,
FESTINAE. CON
IVGI. V. S. L. L. M
D. D. D. VII. KAL
SEPT. GETA. II. E
PLAVTIANO
II. COS

Omnes fastorum scriptores Consulum istud par habent, nullo ascripto numero; sed Plautianum bis fuisse Consulem, Herodia-

H 5 nus

* Vid. BECKIUS in Mantissa Monumentorum Aug. Vindel. inscr. I. ubi m. de errore in Coss. quaedam.

nus diserte prodit, & meminit ejus iterum Consulis Vlpianus Dig. l. 37. tit. 17. l. 2. de Geta hoc secundum Consule nullum præterea exstat testimonium. Vtrumque priorem Consulatum inter suffectos gessisse apparet, cum inter ordinarios nullus locus vacet. Getam vero Septimii Severi Imp. fratrem, non filium fuisse (quod quidam existimasse videntur) aliis dudum observatum, non æque illud; hinc eorum errorem fluxisse, qui Antoninum & Getam Septimii filios utrumque II. Antonium & Getam utrumque III. Consules compararunt, cum jungere deberent Antoninum II. & Getam, Antoninum III. & Getam II. uti in Panuinii marmoribus legitur, numerum enim a fratre Imperatoris in filium imperite continuarunt. Quæ labes non solum fastos Græcos, Cassiodorum alios, uerum Justinianeum etiam codicem uicies & quod excurrit, insedit, tot correctorum opera nondum eluta. Antoninus enim & Geta uterque II. Coss. habentur Codicis l. 1. tit. 54. l. 1. lib. 2. tit. 12. l. 7. & l. 8. libr. 3. tit. 1. l. 1. tit. 28. l. 4. tit. 33. l. 2. lib. 5. tit. 69. l. unica lib. 6. tit. 3. l. 2. tit. 46. l. 2. tit. 54. l. 1. lib. 7. tit. 21. l. 2. lib. 8. tit. 14. l. 3. tit. 16. l. 2. tit. 26. l. 1. tit. 45. l. 2.

Geta

lib. 9. tit. 12. l. 1. tit. 32. l. 1. Antonius & Geta uterque II. Coſſ. lib. 2. tit. 12. l. 9. & l. 10. lib. 6. tit. 35. l. 2. tit. 52. l. 4. lib. 8. tit. 14. l. 4. tit. 26. l. 2. tit. 41. l. 3. Quibus omnibus locis, ſi uerum amamus, unum Getæ Conſulatum detrahemus. Mirarer tot editores in re non obſcura parum vidiſſe, niſi fœdiora reliquiſſent; præteriere ſupra triginta leges Duobus & Aſpris Conſulibus datas, quod neque profecto ferri, neque adeo intelligi poteſt: & quantum erat ejecta inter media uocula *Duobus Aſpris* reſcribere, ſi Aſpros in Apros Siculorum faſtorum auctoritate mutare nolebant! Porro Geta Conſul tertium deſignatus non iniit, fratris ſcelere occiſus. Extat nummus apud Occonem, P. SEPT. GETA. PIVS. AVG. BRIT. PONTIF. TR. P. IIII. COS. II. DES. III. P. P. qui conficit, Getam, cum Auguſtus II. Conſul dicatur, Cæſarem III. Conſulem eſſe non potuiſſe. Plautiani nomen in lapide ſtudio eraſum apparet, poſt ejus nimirum mortem ſic tamen, ut legi adhuc poſſit.

In

In hortis Welserianis

herCVLI STATVAM
CVM. BASE. AVRELIVS
MVCIANVS. V. P. P. PR
PRO. SALVTE. SVA. SVO
RVMQVE. OMNIVM
poSVIT. CVRANTE
. . . GERONTIO . . .
. . . .

Vir perfectissimus Præses Prouinciæ an Prouinciæ Rætiæ Aurelius Mucianus, * quis fuerit, porro licet quærere. Vespasiani, Septimii Seueri, aliorum Imperia Mucianos habuere, quos ego ad hunc lapidem alligare non ausim. Neque de Gerontio quidem quidquam præterea mihi compertum.

---

* Apud Reinesium VIII. 82. lapis Romanus occurrit hac inscriptione:

D. M.
AVREL. MVCIANVS
VETER. EX. N. SING. AVG
N. VIX. ANN. XXXXV.
DOMO. THRACIA
IVL. VALENS. LEG. HE
RES. AMICO. ET. MVNICIP
OPTIM. B. M. F. C

Pag.

Pag. 215. n. XIIII.

In domo Jo. Vdalrici Humpis, Canonici.

IVVENNIAE. PRISCae
VXORI. CARISSIMae
. . . .
. . . . . . bene
DE. SE. MERItae
MALRINIVS. FE
DEC. MVN. QV . .
SACERDOTALIS. omni
bus. hONORIB. IN. rep.
SVA FVNCtus

Pag. 217. *ad vocem : Cleuphas.*

Cleophas videtur Scaligero Græcum nomen contractum ex κλεόφιλος κλεοφᾶς, ut κλεόπατρος, κλεοπᾶς.

Pag. 218. n. XIX.

In Suburbio Mariano, ad januam cauponæ.

L. VAL. RVSTICVS
LVGVDVNENS
VIXIT. ANN. LXX
TESTAMENTO. F. I

L. Va-

L. Valerium Rusticum mercaturæ etiam causa Augustæ egisse, uerosimile est. Lugudunum & Lugdunum promiscue habent: sed annotavit Dio l. 46. historiarum, Luguduni nomen uetustius esse, quam Lugduni.

Pag. 222. *ad vocem: trochum* *

Scaliger putat trochum ingentem circulum fuisse, quem radio in triviis agitabant pueri, ut solent in urbibus Batavorum; qui hic spectatur, minutus fuisse pueris instar σόλȣ, quo in palæstra adultiores se exercebant.

Pag. 227. *ad literas inscript.* n. XXXIII.

N. I. F. L.

Joh. Scaliger literis K. Aug. An. MDIC. datis tentabat, an mutari posset N. HS. L. hoc est nummis sestertiis quinquaginta.

Pag.

* Vid. quæ monuit HIER. WELSCHIVS de Vena Medin. c. 12.

Pag. 230. n. XXXVII. *

Saxum grande effossum ad Vindonis alveum III. K. Febr. Ann. MDCIII. & in hortos Velserianos translatum.

D. M.
C. SENILIO. PERVINCo
VETER. EXSIGNIFERO
LEG. III. ITALICAE. ET
SENILIO. INPETRA . . .
AVREL. SABINIANVS
INGENVI HERES. FECIT.

Pervincæ nomen supra extat XV. Inscript. Imagines in alio licet saxo, eodem tamen loco effossæ, videntur una C. Senilii Pervinc. patris, altera Senilii Impetra † filii. Civili pater veste, puta veteranus, & emeritus. Eo Cæsar apud Lucanum:

Ipse ego privatæ cupidus me reddere vitæ
Plebejaque toga modicum componere civem.

Ibid.

* Exhibetur etiam a Grutero p. 1159. n. 14. & Beckio in Mantissa monum. Aug. Vind. Inscr. II. qui aliter legit & interpretatur.

† Impetratum legisse Welserum ex Inscr. seq. patet, cui hæc interpretatio, non Grutero, adscribenda.

Ibid. In hortis Welserianis.

D. M. ET. P
ERPETVE. SECVR
ITA TI. VALERI
CATVLLINI. CO
EX. A/BDA A/
. .. .
QVI. VISSIT. AN
XXX. MES. IIII. D. VII.
VAL. SENILIA. COIVS
FECIT. TITVLVM
D. M. P.

Et character & orthogragraphiæ ratio indicio sunt, hæc ad ima rei Romanæ tempora referenda esse. VISSIT. MESES. CVIVS pro Vixit, Menses, Conjux, etiam alibi extat. Vide Celsum Cittadinium de origine linguæ vulgaris, & Gruteri indices. Val. Seniliam, Senilium Pervincum & Senilium Impetratum attigisse omnino credendum.

Pag. 233. n. XLIII.

In monasterio S. Vdalrici fragmentum

ISSII

Ibid.

Ibid. In ædibus Jo. Drexelii

O SEC . .
. . I . R
C. SATVR/∴

Ibid. In domo privata fragmentum

D . . . . . m.
EGI . . . . .
. . VM . . . .
IVS . . . . .
IN . . . . . .
F . . . . .

Item fragmentum

C . . . . . .
E X . . . . .
L . L . . . . . .

Pag. 244. *ad Vocem* EXORDIARIVS

Vide Nic. Greg. l. 8. p. 158. de præstigiatore cum globo vitreo varie ludente.

And. Schottus Roma A. D. X. Kal. Jan. An. CIϽIϽXCV. ad Jacobum Pontanum Augustam.

Legi M. Welseri Annales pereruditos: multa de coloniis praclare. Inscriptionem illam Ro-

manam, quam ab amico & cive meo Ortelio accepit: VRSVS togatus vitrea qui primus pila, *Romæ inspeximus, fideliusque descripsimus: in extrema hic legitur rectius*

CVIVS, NVNC LIBENTER DICOR
EXODIARIVS

Exodiarius, inquam, non ut editum dolo, exordiarius. Exodii meminit, & Juvenalis * *Satyra, ni fallor III. & ibi schedæ antiquæ a Pithoeo editæ, Versum Lucilii laudant,*

Principio causis dignum exodioque sequente.

Sed cui ego hæc? tum tibi his meliora domi suppetant: admonere tamen visum, si, ut fit, humanitus; oculorum aciem præterfugisset, vel operarum esset ἁμάρτημα.

Abrahamus Ortelius Antuerpia K. Mart. An. MDXCVI. ad M. Velserum, And. Schotti quadam epistola una missa.

Sub

* Vetus Scholiastes ad illud Juvenal. Satyr. III. v. 174. *Tandemque redit ad pulpita notum Exodium: Exodiarius* apud *Veteres in fine intrabat, quod ridiculus foret; ut quicquid lacrymarum ac tristitiæ cepissent, ex Tragicis affectibus hujus spectaculi, risus detergeret.* Conf. memorabilis locus LIVII l. VII. c. 2.

Sub finem literarum Schotti leges emendationem inſcriptionis a me miſſa, quod valde miror: a quo enim eam habui, aderat, cum ipſa effoderetur, & idem ipſe exſcribebat, vir harum delitiarum admodum peritus, qui idem quoque ſuis ad me literis, de verbo illo EXORDIARIVS *ſe mirari ſignificabat: locum itaque forma dubium, aut antiquitate eroſum, fere mihi perſuaſerim: at nihil de re mihi non viſa judico, ſub judice me peritiore potius lis erit.*

Ad antiqua agri Auguſtani monumenta.

Pag. 246. poſt voces: Apollini Granno & Sironæ Dis præſentibus.

Et Muſſelburgi in Scotia, ut habet Gruter. p. 37. n. 12. APOLLINI. GRANNO. Q. LVCIVS. SABINIANVS. PROCOS AVG. Item in Scotiæ pago Enderask, ut eſt apud eundem Grut. p. 3. 8. n. 4. APOLLINI. GRANNO. Q. VOLVSIVS. SABINIANVS.

Pag. 247. ad vocem MIRPA. n. III.

Scaligero Mirpa eſt μιρφᾶς ut Ciceroni Rupa ῥυφᾶς a Rufo.

Ibid. n. V.

IN. H. DD.
APOLL. GRANNO
BAIENIVS . VICTOR
ET. BAIENIVS. VICTO
RINVS. FILI. EIVS. EX
VISSV. SIGNVM. CVM
BASE

Eugip. c. 28. Biennium quendam nominat, qui huc tamen nihil pertinet. VISSV mendose est pro IVSSV, nisi EX VISSV pro VISV sit.

Pag. 248. n. IX.

* Altenbaindi in templo. Exscripsit Jo. Jacobus Remboldus an. MDVC.

FLAVIO. VICTORI
CLAVDIA. MARITO
CONIVNX. F. CVRAVIT
VIXIT. ANNIS. LXV.

Lapis est insertus altari, literis inversis. Inter Inscriptiones Augustanas extat Julii Victoris nomen n. XIX. Victorii Victoris n. XVIII. Victorinæ XX.

Pag.

Pag. 250. n. XII.

Gunzelhofii
Imp. Cæſ. L. Septimius
Severus. Pius. Pertinax
Aug. Arabicus. Adiab. Parthicus
Maximus. Pont. Max. Trib.
Pot.VIIII. Imp.XII.Coſ.II. P.P.Procoſ.Et
; MP. CAESAR. M. aurelius
ANTONINVS. PIVS. AVG. TR℔
POT. InI. PROCOS. &. imp. p.
Septimius. geta. antoninus
VIAS. ET. PONTES. REST.
AB. AVG. M. P. .
XXXI.

Pag. 254. *ad vocem ſcimpodium* n. XIII.

Scaligero non videtur lectus diſcubitorius, ſed potius ἀνάκλιθρον ex ſella & lecto, hoc eſt medium quid inter ſellam & lectum, in quo ſemiſupini recubabant, pedibus in ſcamello ſuppedaneo quieſcentibus.

Pag. 257. *ad vocem PANNYC·D*

Scaliger l. PANNICYDI, quod rectius erat, ait PANNYCHIDI; Παννυχίδι.

Ad monumenta peregrina.

Pag. 260. n. II.

Viennæ in Lazii ædibus, Grut. p. 524. n. 6.

D. M.
C. ATTIO ROM.
VLO. AVGVSA
MIL. LEG. X. G. EX
ALA. CVSTOD
. . . XIIII. H. F. C.

Scaliger, qui indices operis Gruteriani, etsi nomine non ascripto, confecit, hæc indice X. ad Augustam Vind. refert.

Pag. 261. n. III. *ad vocem ER. LEG.*

Scaliger legit: Erogatorem legionis, de quo in codice Theodosiano.

Pag. 263. n. V. ad vocem VEIN.

Scaliger negat ad Vindelicos pertinere, quia EI pro I. longa nunquam ponebatur, nisi sequente uocali post N, ut ΛΑΤΕΙΝΟϹ, ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ & similia. Contra Scaligeri observationem est Inscript. Grut. p. 1046. n. 6. VEIXSIT.

* Albæ

* Albæ in Latio inſcriptionem extantem notat Reineſ. VIII. 557.

BASSVS. GERMANVS
GERMANICI. AN
DRVSI. CAES
NATIONE. VEIVS
VIXIT. ANN. XXX.

Vejum & Germanum ſimul ſtare non poſſe manifeſtum; jubet itaque V mutare in N. ut legatur NATIONE. VEIND. EI. pro ſimplici I. poſita.

Pag. 265. n. VII.

Tibure in baſe marm. Leon. Guetenſteinius Roma miſit anno MDC.

SEX. OPPIO. PRISCO.
V. C. X. VIR. STLIT. IVD.
ELECTO. INTER. ORDINAR. AB.
ACT. SENAT. AEDIL . . . . . .
ADLECT. INTER. PRAETOR . .
PROC. PROV. . . . . LYCIAE .
PROC. PROV. DACIAE. PROC. PROV.
RAETIAE. ET. VIND . . . . . .
QVAEST. PROV. MACEDONIAE.
IIII. VIR. VIAR. CVRANDAR.
PATRONO. INCOMPAR.
S. P. Q. TIBVRS
OB MERITA. EIVS

Pag. 267. n. X.

Romæ in cippo marmoreo. Habet Gruterus p. 529. n. 5.

D. D. M.
MERCATORI
NAT. RAETO
ANNOR. xiiiI
SERVO. DE. SE
MERENTI
L. AVR. GENTILIS
DVPLICARIVS. DOMINVS.

Ibid. n. XI.

Romæ effossum via Labicana. Jac. Sirmondus misit

D. M.
T. AVRELIO, AFRICANO
EQ. SING. AVG. EX TVR
GERMANI NAT
RAITVS. VIX. ANN. XXIII.
MIL. ANN. V. T. AVR.
FAVSTINIANVS
TRIBVNI HERES
AMICO OPTIMO. F. C.

Pag. 270.

Ameriæ ad S. Secundi. Gruter. p. 1080. n. 7.

P. RAETIVS. RVFVS
IIII. VIR. ITR. MESSA...
MEL . . . . .

Idem Gruterus p. 1099. n. 9. Paullo aliter
RAETIVS. T. F. RVFVS.

In notis Tyronis & Senecæ a Grutero editis c. 5. p. 140.

Retus
Retia
Reticus

Eboræ in Resendii ædibus.

L. VOCONIO. C. F. QVIR.
PAVLLO. AED. Q. II VIR.
VI. FLAM. ROM. DIVORVM
ET. AVGG. PRAEF. COH. I.
LVSIT. ET. COH. I. VETTO.
NVM... LEG. III. ITAL. OB
CAVSAS. VTILITATESQ. PV
BLICAS. APVT. ORDIN. AM
PLISS. FIDELITER. ET CON
STANTER. DEFENSAS. LE

GATIONE. QVA GRATVI
TA. ROMAE. PRO. R.P. SVA
FVNCT. EST.
LIB. IVL. EBORA.
PVBLICE. IN. FORO.

Pag. 272. n. XXII.

In horto S. Joannis Arelate. Gruterus p. 550. n. 7.

D. M.

LICINIAE. MAGNAE. QVAI
MATRONAE. L. SEVERVS. T.
IVLIVS. VALENTINUS. T. IVLIA
VALENTINA. FRATRES. T. LICINIVS
RVSTICVS. 7. LEG. III. ITAL. MARITVS

Pag. 273. n. XXIII.

Tarraconæ, ad D. Laurentii, juxta ſacrarium. Gruter. p. 555. n. I.

L. NVMERIO
L. F. FELICI
7. LEG. VII. G. P
7. LEG. XX. VICT
7. LEG. XXII. P. R
7. LEG. III. CYR

7.

7. LEG. III. ITAL
MAMILIA
PRISCA. MARITO
OPTIMO

Ibid. Arimini ad pertam S. Andreæ. Grut. p. 1091. n. 12.

L. BETVTIO. L. F.
PAL. EVRIANO
P. P. LEG. III. ITAL. II VIR
QVINQ. II VIR. I. D. III VIR
AEDILI. CVR. PONTIF
FLAMINI. DIVI NERVAE
PATRONO. COLON
COLLEG. CENTONARIOR
AMANTISSIMO. PATRIAE
L. D. D. D.

* Sub-

* Subnectere his, quae apud TH. REINESIVM de Rhaetis & leg. III. Italica occurrunt, institutum Welseri suadet

pag. 515. Cl. VIII. n. 13.

D. M.
T. AVRELIO
SPERATO. EQ. SING.
TVRMA. AERELI
SABINIANI. NATIONE
RAETO. VIX. A. XXXVII.
MILITAVIT. A. XVIIII.
AVRELIVS. QVINTVS.
DVPLICARIVS. HERES.
ET. AVRELIVS. AVRIANVS
SESQ. SECVNDVS. HERES
AMICO. OPTIMO. F. C.

Pag. 533. n. 54.

Albae in pariete quodam fragmentum.

ıIs . . . .
RAC. PR.
IC. RETVs
TRIB. LEG. XII.
V. L. S.

Pag. 213. Cl. I. n. 224.

Romae in ruinis viae Nomentanae ara marmorea.

DIS. DEAB. PATR. SACR.
Q. ALERIVS. Q. F. CLAVD. SA
BINVS. EQ. ROM. TVRMAE
L. VALERI. SANQVINI. EL
PRAET. LEG. III. ITALICAE
SVA PECVNIA

VI.

VI.

ANALECTA
AD HISTORIAM FRANCISCI JOSEPHI BURRHI.

FAmosum est nomen FRANC. JOSEPHI BURRHI, Viri arrogantis & portentosi, qui superiori seculo non in Italia tantum sua, sed & in nostra Germania atque alibi se magnifice jactavit, ac variis contentionibus ansam præbuit. Fata ejus diversa, & monstrosas ac absonas plane, quas fovit, sententias, nec non alia memorabilia post Italicum vitæ illius scriptorem Bælius in Diction. Hist. Crit. & Viri eruditi enarravere, quorum industriæ Lexicon Universale Germanicum (cujus duos priores Tomos non sine augmento pronuper nobis recusos, obstetricante præcipue Celeberrimo Jac. Christoph. Iselio, dedit Basilea) debemus. Hieron. quoque Aug. Groschusius quædam de ipso notatu digna novæ suæ librorum rariorum collectioni (a) inseruit, quibus paralepomena adjecit D. Burc.

(a) Fascic. I. p. 243. sqq.

Burc. Goth. Struvius in Actis literariis e Manuscriptis erutis (b). Heic igitur loci itidem aliqua, historiam ejus illustrantia, exhibere visum est, quæ ingrata spero fore nemini. Benevole ea in MSto meis concessit usibus Vir Clarissimus, & amicitiæ sanguinisque necessitudine mihi junctus, Balth. Ehrhartus, Medic. D. Notabilis præsertim est Bulla, quam vocant, ab Inquisitionis Officio conscripta, quæ num unquam typis excusa fuerit, ignoro: minus certe obviam esse exinde auguror, quod, omni licet adhibito studio, a me inveniri typis exscripta nequierit. Cæterum de Burrho singularia etiam quædam leguntur in Thomæ Bartholini Epistol. Medicinalium Cent. III. p. 386. 403. 409. sq. 432. sq. item in Epistolis familiaribus varii, theologici potissimum argumenti, quas edidit A. 1718. Wittebergæ, notisque illustravit J. Herm. ab Elswich, Fascic. I. p. 85. sqq. & p. 91. sqq. nec non in Missonii Itinere Italico, Part. II. p. 628. sqq. edit. Lips.

Aus

(b) Tom. II. Fascic. I. p. 19. sqq. & Fascic. IV. p. 377. sqq.

Aus Herrn D. J. Ph. *s. Schreiben* sub d. $\frac{1}{11}$. Sept. 1660. *in Breßlau.*

ICh *vernehme, daſs* Burrus *(so allenthalben ausgejaget worden) nunmehr in hoher* æstim *zu Dresden sey: Ich förchte, daſs nicht der Nachklang endlich folgen möchte, den er allenthalben (wo er gewesen) sehr schlecht hinter sich gelassen; Wie nicht allein solches des* P. Athan. Kircheri *Schreiben an den* Casp. Schottum *bezeuget, sondern auch Herr* D. Sebizius *von Straſsburg aus, mir ein Schreiben zugesendet, und unterschiedene Worte* excerpiret *aus einem Brief von einem* Med. Candidato *an ihn aus Italien gesendet, da unter anderm gemeldter* Candidatus *also an Herrn* D. Sebizium *schreibet:*

DE B. non possum quin quædam addam. Iter una mecum fecit Augustam Gallus quidam de Nancy, is per omnia sacra juravit, si istic locorum iterum deprehenderetur, eum certo flammæ destinatum fore. Dum itineris socios Augustæ Vindelicorum in diversorio primario expectabam, Roma redierunt Electoris Trevirensis ex sorore Nepotes, qui, & subinde alii Roma reversi, ingenue me monitum volebant, ne

ne quid in Italia in laudes ejus dicerem. Incidi quoque in primis Italiæ terminis in Clericum quendam Mediolanensem, virum (quantum ex comitatu & honore, qui ipsi deferebatur, colligere potueram) magnæ auctoritatis; qui (cum varios de ipso sermones miscuissemus) in hæc erupit verba: Diabolus est cum ipso, quicquid dicit & agit ex inspiratione diabolica facit. Patavii Dominus Carolus Offredi certiorem me fecit, Burium Patavii multa rumpendo & frangendo vasa destillatoria satis declarasse, quantum noverit ignis regere gradus? & quantùm excellat in Alchimia? Augustæ Vindelicorum semel atque iterum transivi in pagum quendam, ad Hebræum aliquem, qui Burium ex quatuor qui sint in Europâ Cabalistis maximum dicebat; atque majora jactabat, quam alii de ipso vel scribunt, vel loquuntur. Hæc ille.

Wie es zu Dreßden mit ihme werde Bestand haben? wird die Zeit lehren.

Aus

Aus Dresden d. 20. Nov. 1660.

A*Llhier* passiret *anjetzo mehr nicht, denn dass* Don Burro *am verschienenem Sonnabend sich von hinnen begeben, und weiss niemand wohin? es zweiffelt jedermann an seiner Wiederkunfft. Ist von Churfürstlicher Durchleucht und Dero Gemahlin stattlich (und über* 3000. *Thlr. hoch) beschencket worden, ungeachtet er nicht grosse Thaten davor gethan haben soll.* Burius *hat Churfürstl. Durchl. vor seinem Abreisen verehret ein Gläsßlein voll Götter-Wasser, und ein Büchslein von Diamanten; auch bey seinem Abreisen* bene potatus *seinen Wanst aufgerissen, Churfürstl. Durchl. sein blosses Hertz gewiesen, hinein zu sehen.*

Clarissimo & Doctissimo Viro Joh. Henr. Bœclero *Academiæ Argentoratensis Professori Celeberrimo Lucas Holsteinius. S. P. D.*

QUamprimum fama hic percrebuit, Burrhum impostorem, Catholicorum principum provinciis excedere coactum, Argentoratum se recepisse, ibique

ibique in ſenatus clientelam ſe dediſſe, facile judicarunt illi, quibus & civitatis illius ſtudium ad publicam honeſtatem conſervandam, & extrema nequiſſimi hominis improbitas cognita perſpectaque eſſet, commorationem iſtam haud fore diuturnam, abeſſe enim non poſſe, quin ſorex ille ſuo ſe indicio proderet. Id nunc factum video, doleoque virum bonum & eruditum in nominis famæque diſcrimen ab infami calumniatore adductum. Verum quamvis ea res moleſtiam aliquam tibi afferat, periculo tamen caret, Tua enim tibi fama in tuto poſita eſt, ut perditiſſimi nebulonis conatibus convelli nequeat: quin etiam diſcuſſo calumniarum fumo clarior illuſtriorque emicabit. Miror ſane principes Germanos noſtros toties eluſos iſtorum impoſtorum fraudes non perſentiſcere, qui promittendo aureos montes ipſos tandem ſeducunt, & naſo ſuſpenſo tenent. Veneficii quæſtio in Burrhum ante biennium inſtituta, quo in loco ſit, ex adjuncto Tabellionis publici teſtimonio cognoſces. Venena domi apud Palmam Burrhi famulum reperta, ſed muliercula & Palma, ejurata ejus rei notitia, & culpa in ipſum Burrhum rejecta libertati utcunque reſtituti:

Ita

Ita tamen ut domum pro carcere habeant, indicta ducentorum ſcutorum poena, ſi pedem extra limen efferant, dataque cautione vicarii, ex cujus officio acta examinis depromi poſſunt, ubi opus fuerit. Interim gravior adverſus eum quæſtio de hæreſi & atheismo & infinitis aliis ſceleribus apud fidei quæſitores flagrat: & poſt menſem unum aut alterum ſententia in eum feretur cum digno hominis elogio. Affirmant mihi, qui cauſam hanc tractant, & ſingula criminum capita preſſius examinarunt, ſuperare fidem humanam, tot ſcelera & flagitia in unum hominem potuiſſe confluere. Ea ſententia, quæ nebulonem illum tot ſcelerum reum peraget, tuam aliorumque bonorum Virorum famam in integrum reſtituet. Hæc raptim ad te ſcripſi, Vir Clariſſime, ne deſiderium & expectationem tuam differrem. Ubi Pontifex cum comitatu ex ſuburbana ruſticatione ad urbem redierit, diſtinctius ad te perſcribam, quæ cauſæ tuæ præſidio eſſe poterunt adverſus malas iſtius impoſtoris artes. De Svecia & Sereniſſimæ Reginæ in te animo, quod calumniator ille ſpargere auſus fuit, meram fraudem & impoſturam eſſe mihi certiſſimo conſtat.

Cum enim mihi crebri sermones fuerint cum maxima illa & Sapientissima Heroina de te tuisque studiis & in Rempublicam Litterariam meritis, nunquam illam sine singularis benevolentiæ significatione de te locutam memini: adeo quidem ut discedentem ab urbe rogaverim, si secundo Rheno descenderet, quod nonnulli ob itineris facilitatem & compendium eam facturam existimabant, teque ἐν παρόδῳ videret, ut absoluta Polybii recensione ad Flavii Josephi novam editionem sua te auctoritate permoveret. Cum in dissertationum tuarum volumine egregio specimine ostenderis, quanto cum bono publico istiusmodi labore defungi possis. Quocirca moneo te ut calumnias istas fortiter spernas, nec dubites, quin malæ artes in suum tibi autorem sint rediture. Ubi majus scribendi otium fuerit, de locis quibusdam Polybianis quid sentiam, tibi aperiam.

Vale.

Romæ, X. Kal. Novembr.
CIↃ IↃCLX.

Nos

Nos Franciscus N. N. N. N. supremæ & universalis inquisitionis S. R. E. Cardinales.

JOsephus Franciscus filius quondam Brandæ Burrhi Mediolanensis spurcissimus Romæ juvenis anno 1654. propter rixas in ecclesiæ asylo impudicitiam suam in hypocrisin vertens a consortio lubricæ juventutis abstinere cœpit, templa frequentare, sermones sanctos miscere; post continuatum duobus mensibus hujus vitæ tenorem, non nemini secretissime dixit: Instare tempus, ut unum in orbe fieret ovile, cujus caput futurus sit Pontifex, hujus exercitibus omnes delendos vocationi refractarios: se fore imperatorem exercituum, sumtus suppeditando a Philosophico lapide, quem cum auri foenore repertus sit propediem, victoriam non fore sibi difficilem, quam Angeli & potissimum S. Michael sit adjuturus. Ad persvadenda hæc omnia finxit, sibi in conversionis principio secundum quietem objectam fuisse palmam luminibus radiantem, cum qua prophetiæ donum acceperit. Inter hæc præparavit toxica potentissima ad

parandam necem, quæ reperta cum scriptis judici seculari contradita fuere. Ad anterioris vitæ notam abolendam narravit cuidam, sibi relata esse nomina Angelorum & præcipue, qui sortirentur nomina a custodia instrumentorum patientis Christi, qui post resurrectionem adinferos descenderit, ut a diabolis adoraretur. S. Michael in suo corde residentem revelare sibi secreta cœlestia, & quicquid tunc in conclavi de creando pontifice tractaretur: quo electo rediit Mediolanum, & cum idiotis nocturnos instituit congressus, ideoque suspectus apud inquisitores delatus fuit. Simulata pietate ac Zelo honoris Dei, impenso etiam nonnullo temporali subsidio varios allexisse idiotas, quibus in clandestina congregatione devotissima primum, mox venenum propinavit persuadendo illis a Deo eos vocatos, & rebus maximis destinatos esse, aliquos ursisse ad remittenda vota, verbis ab Angelo sibi dictatis, primum unionis fraternæ, secundum silentii & secreti inviolabilis cognitionum cœlestium etiam apud confessarios: tertium erga Christum & angelos: quartum paupertatis: quintum Zeli propagandi regni altissimi, subinde sextum adjungere præpositi fundendi sanguinis.

guinis. Hæc vota edi coram S. S. Trinitate præsente humanitate Christi & B. Virgine, S. Michaele, Paulo, Joh. Baptista, Jacobo, Ludovico, Carolo, Alexandro. Ad hæc facilius inculcanda Sectatoribus suis venditasse somniati regni, quod vocavit altissimi, spatio viginti annorum occupationem, cujus ipse sit futurus imperator & caput cum assistentia S. Michaelis, ideoque appellasse semet Prochristum, id est, defensorem Christi, quod regnum in discipulis initium jam sumserit, quia regnum Dei intra vos est, ipsos prædicatores futuros & vindices adversus peccatores exterminandos, permisso tamen illis antea sacramentorum usu, e quibus omnes occidendi sint usque ad Romanum Pontificem, si signum in fronte non præferrent: adjuturum in hoc S. Michaelem cum asseclis suis obices superandas esse, fulminandas excommunicationes Dei jussu contemnendas, strages ingentes etiam Romæ edendas, quo deportanda sint pessimorum quorumcunque truncata capita in exemplum posteritatis, postea Romam amplificandam esse, qua parte sancta sanctorum visuntur, quæ aperienda sint & ibi scripta de B. Virgine reperienda, Pontificem Mo-

derni

derni successorem omnia confirmaturum Cardinales acciturum, a tergo throni sui crucem & passionis instrumenta collocaturum, etiam in coronam auream instar spineæ Christi gestaturum, pacem mille annis duraturam, diabolo apud inferos ope B. Virginis & S. Michaelis alligato & sectatores suos in nova religione victuros, cujus habitus sit ex pellibus agninis candidis, hyeme duplex, æstate simplex cum cruce in capite & collari ferreo cum lemmate: Ovis mancipium pastoris agni: Utensilia fore terrea & straminea calices & patinas. Ab his figmentis ad Mysteria fidei transgressus docuit, Deiparam esse Deam, quia Filius ipsius sit Deus. Conceptum fuisse sine hominis semine, Spiritu Sancto in ventre S. Annæ incarnato, cum quo eadem sit Deipara quæ nata fuerit ex S. Anna Virgine appellasse Deiparam sacratissimam Deam filiam unigenitam altissimi, sacerdotibus sectatoribus suis præcepisse in canone ut adjungerent Unispiratam filiam in Angelica salutatione gratia plena idem esse ac Spiritu Sancto plena: Sacra cantica ad adstruendum hoc mysterium Spiritus Sancti incarnati ab ipso Spiritu Sancto per Salomonem hujus inscium dictata fuisse

com-

commentariis a se super illa edendum, collectis omnium sensis, (*c*) quos sui sectatores exponerent variorum versiculorum quos ex Canticis meditandos ipsis forte distribuebat: Nomine primi coeli patrem intelligi, secundi filium, tertii Sanctum Spiritum ad quem raptus fuerit Paulus, & arcana quæ vidisse se testatur fuisse hanc Spiritus S. incarnationem quam cum illi non licuerit manifestare, modo manifestari jussam: in Eucharistia non solum Christum sed & Mariam contineri, & adorari, particulam hostiæ a sacerdotibus in calicem demitti ad significandam unionem Christi & Mariæ in illo sanguine pretiosissimo. Præter coelum, infernum & purgatorium esse Limbum quartum locum, ad quem multi infideles descendant. Ecclesiastem scatere erroribus a Salomone compositum: In peccato mortali a religiosis ad suos errores tuendos usurpari, corrigendum post adeptum altissimi regnum: hos errores non tantum inter sectatores suos, sed etiam cuidam nominato in processu extra ditionem Mediolanensem communicavit, imo in contuber-

(*c*) In hac periodo quædam vel corrupta vel omissa sunt.

tuberniis suis etiam prædicavit & dictavit, qui in manus inquisitorum delati, juridice recogniti sunt pro prædicatis & dictatis ab ipso Burrho ex quibus hæreses sequētes colliguntur. Deitatem in tertia persona esse quandam tertiam Deitatem: in filio principium esse omnipotentiæ amantis ipsi proprium, per quod ipse ab æterno cooperatus cum intrinseca omnipotentia amante & generante; filium ab æterno non contentum fuisse gloria sua, sed cupidissimum futuræ: Deitatem tertiæ personæ esse spiratam essentiam, verbi esse generatam & filiatam a filio stimulari patrem ad creandum. In tribus personis tres esse omnipotentias constitutivas unius omnipotentiæ, uti tres potentiæ unam animam constituant. Secundam & tertiam personam inferiores esse patre. His temporibus reservatam fidelium & infidelium unionem, ut manifestentur prærogativæ Deiparæ filio suo æqualis, animam scilicet utriusque æqualem omnino fuisse. Luciferum a Deo jussum adorare Mariam & JEsum in idea, quo recusato ceciderit. Partem Angelorum in aëre hæsisse, qui Lucifero desiderio solum non deliberata voluntate inhæserint. Ante chaos materiale aliud productum a Deo qualitatum

&

& potentiarum formatricum compartes materiales. In creatione mundi elementaris Deum ministerio angelorum usum fuisse, permisisse etiam ut ex ipsis crearentur variæ sylvestrium animalium species, pro gravitate culpæ ipsorum entitatem intellectualem Angelorum reproborum a Deo adhiberi ad animanda bruta. Homines vero animatos esse ex divinissima virtute vitæ generatæ & spiratæ, ideoque non annihilabiles. Sanctis in hoc mundo dominium in bestias idem concedi, quod Adamo ante culpam: hanc doctrinam ex throno increatæ sapientiæ desumptam esse, & ideo inexpugnabilem. Creaturas ideales esse materiam primam Philosophorum; infantes in peccato generatos, maculari in anima non originali solum culpa, sed etiam actuali. Filios natos parentibus bonis faciliores esse ad virtutem quam natos malis. Voluntatem patris coactam fuisse ad creandum mundum. Ad hæc symbolo Apostolico inseruit, quod Deipara exivisset ex gremio divinæ essentiæ, cum anima ipsius identificata, velut ad quos Christus ascenderit esse tres personas, patrem cœlum increatum, Filium cœlum generatum, spiritum cœlum spiratum, dextra

tra Patris intelligi humanitatem Christi velut arbitram omnipotentiæ exterioris promanantis a patre. Mariam DEI Filiam fuisse ante conceptionem verbi: propter animam identificatam cum essentia divina ideo dici: *ab initio & ante secula creata sum*, sicut de Christo *occisum esse ab origine mundi.* In oratione Dominica, *adveniat regnum tuum* explicuit de commentitio suo regno altissimi; in salutatione Angelica nominavit Deiparam unispiratam filiam altissimi. Sancti Spiritus incarnationem decretam propter peccatum Evæ, Deum obligatum ex Justitia non ex misericordia ad auxilia gratiæ, justis concedenda. Ad inculcanda hæc dogmata idiotis, asseruit patrem æternum ipsis iratum esse ob incredulitatem quam pellere deberent per internum instinctum; quem nonnemo jam sensisset in usu Eucharistiæ. Conversum se esse a dissolutione vitæ suæ quam ficta demissione propalabat ad S. Mariam majorem, mox secutum terræ motum S. Paulum & Michaelem apparuisse alterum clamoribus validissimis sibi loquutum, alterum vero dixisse: multa dissonantia venient, omnia tamen ad majorem Dei gloriam. Jactavit sibi facillimum esse propter

donum

donum cœlestium revelationum penetrare fidei nostræ mysteria altissima, uti resurrectionem mortuorum; esse se donatum mundo ad reducendos omnes homines ad Ecclesiam Catholicam. Habere S. Pauli autoritatem, cum qua reprehenderit ipse S. Petrum, quæ auctoritas sit eadem atque illa, quæ Pontifices creat, & cum hac illuminare se multos, imbuere etiam cognitionibus ac profundissimis sacrarum litterarum arcanis. Hanc non conferri omnibus æqualiter a Deo: singulos tamen suam communicare posse singulis. Se utpote copiosius dotatum plurimis, & communicasse jam nonnullis suorum asseclarum impositis capiti manibus, & invocata primum S. Trinitate, ut eos dignaretur accensere inter nationalistas Evangelicos, cum S. Michaele, Gabriele, Raphaele & cæteris cœlo spiritibus ad implorandum a S. S. Trinitate hujus dignitatis usum, qui consisteret in dono sapientiæ & notitiæ rerum necessariarum ad acquirendum regnum altissimi; Hac dignitate habere se pariter potestatem salvandi multas animas quæ baptismo carent: Denique a Deo accensam in se flammam interiorem, qua distinguat illustrationes divinas & veras a falsis; & suas

ſuas pro divinis a perſona vitæ ſanctioris in proceſſu nominata probatas eſſe. Manu ſua elevata contineri tres maximas, imo in digitis ſuis quoque totam omnipotentiam divinam reſtringi cum poteſtate totum orbem reducendi ad unum ovile & unum paſtorem. Alias vulgavit animas ſuorum ſectatorum ſibi comparuiſſe varia luce circumdatas pro virtutum varietate qua fulſerint in vita, in fronte videre ſe cujusque ſtatum interiorem & ſenſa, quia tutelarem angelum uniuscujusque in fronte videat in ſpecie lucis orbicularis; ideo ſectatores ſuos invicem in fronte ſe juſſit oſculari, quos elegiſſe ſe rudes dixit, ut opera eorum opera divina clarius haberentur, in tempore ſcientiis infuſis dotandos ex cognitione neceſſariæ ad adipiſcendum altiſſimi regnum. Sic feciſſe Chriſtum in Apoſtolis ſuis, unde libros vel erroribus ſcatentes qui haberent, defenderent ſuam doctrinam veram & confirmandam ab eccleſia, quæ in præſentia illa velut in nube teneat. Prævidens vero ſibi ſuisque imminentia pericula, hortatur omnes ad pœnarum & vitæ contemptum, juſſitque in novendiali pietate ad honorem Deiparæ inſtituta promittere ſanguinis pro amore Dei ſun-

fundendi promptitudinem atque ab hoc holocausto recta conduxit omnes ad locum supplicii publicum in quo carnificis instrumenta reponuntur, ibique ostio loci ab omnibus oscula figi præcepit, asserens in spiritu vidisse se Deiparam ratificantem ipsorum oblationem, & nives benedicentem eo loci forte jacentes, quibus etiam implendum vas per suos curavit, quia in aquam resolutæ multorum donorum futurum sint instrumentum. Quendam prædictis pœnis hortatus fuit ad illas cum gaudio sustinendas, promittens suum se tutelarem ei missurum auxiliatum. Alterum persvasum voluit omnino se occubiturum. Tertio imperavit quotidie profiteretur se credere, quod didicisset, usque ad vitam linquendam; singulos vero mos illi erat interrogare, quas pœnas sufferre parati sint pro tenendo articulo Spiritus S. incarnati? Quando denique suorum discipulorum duo capti fuere, dixit in præsentia non sentire se impulsum inspirationis divinæ, quo accedente paratus sit in publicum prosilire, & in platea ante Cathedralem ecclesiam Mediolanensem ad multitudinem concursuram perorare de corporis animique necessitatibus oneribusque quibus premerentur

tur alii, dixit id omnino se facturum & concitato populo tumultuare domum archiepiscopalem invasurum ministros, quin ipsum Archiepiscopum ad liberandos socios occisurum. Verum retentus metu a violentis ausibus fuga sibi potius consulendum duxit, tamen nihilo melior imo impoenitens suorum scelerum persvasit inter hæc non nemini suorum, occasionem si nancisceretur abjurandi, ficte abjuraret, retinendo constanter data sibi dogmata peccati immunem fore. Fuga demum elapsus in civitate nominata in processu non erubuit quædam suorum dogmatum recensitorum propalare, & quod amplius est, docere peccata occulta in confessione sacramentali revelanda non esse. Quibus ita stantibus judicatum fuit, Jo. Fr. Burrhum fugitivum uti contumacem damnandum esse. Citatus itaque fuit 20. Martii 1659. ad comparendum infra 90. dies & purgangandum se de objectis sub poena excommunicationis, ni pareat ipso facto incurrente. Verum spretis omnibus, quantumvis oblato illo libero commeatu, & discursis tandem quatuor terminis consvetis citatus legitime fuit ad audiendam sententiam excommunicationis majoris incursæ, cujus decla-

declaratio Romæ & Mediolani affixa : sed illo ad omnia obdurato, & ultra annum in censuris sordescente, 2. demum Octobr. anno 1660. iterum citatus fuit ad audiendam in hac Ecclesia B. Virginis super Minervam intra 90. dies alios sententiam definitivam quæ sequitur : Invocato S. S. nomine Jesu Nos N. N. hujus supremæ & universalis inquisitionis Cardinales in causa vertente inter Petrum Seristam Principem Fiscalem nostrum ex una parte, & Jos. Fr. Burrhum inquisitum processatum contumacem & excommunicatum causa fidei & errorum, ex altera parte, pro tribunali sedentes ex consilio & sententia Patrum consultorum hujus universalis inquisitionis dicimus, pronunciamus, Jos. Fr. Burrhum prædictas ob causas, ut hæreticum puniendum esse censuras tam generales quam particulares incurrisse, ideoque illum omni honore & prærogativa privamus, foro Ecclesiastico & S. Matre Ecclesia, cujus misericordia se indignum præbuit, expellimus, atque ad detestandum illius delictum effigiem ejus Cardinali Progubernatori vel ipsius locum tenenti criminaliter tradimus ad pœnarum debitarum executionem : Præcipimus etiam omnia illius scripta hæreti-

ca comburenda esse omnia bona mobilia & immobilia confiscanda & applicanda, vetantes sub poena excommunicationis latæ sententiæ, ne quis cum illo tractet, recipiat, juvet & mandantes omnibus Patriarchis primatibus ut ipsum Burrhum arrestent vel arrestandum curent, teneant, certiores nos faciant, ut statuamus quid ipsi faciendum, relaxantes ut non solum magistratus secularis sed quilibet qui possit & velit in favorem fidei nostræ ipsum capiat & teneat, ita dicimus, declaramus &c.

N. N. Cardinalis Barberinus.

N. N.

N. N.

Ex-

Excerpta ex Litteris
P. Athanasii Kircherii datis Romæ 29. Jan. 1661.

BUrrhus impostor & hæresiarcha pessimus hic Romæ 2. Jan. in publico theatro hæresium inauditarum convictus rogo condemnatus fuit, & cum absens esset, ejus statua in acie campi Floræ primo per carnificem in patibulo suspensa, deinde in rogum conjecta fuit; aliud porro non occurrit.



VII.

TABULÆ DONATIONIS,

QVIBVS

P. D. HVETIVS

EPISCOPVS QVONDAM ABRINCENSIS, SVAM BIBLIOTHECAM JESVITARVM DOMVI PROFESSÆ PARISIENSI ADDIXIT.

ACTES (*)
DE LA DONATION

QVE M. L'EVEQVE D'AVRANCHES a faite de ſa Bibliotheque à la Maiſon Profeſſe des Reverends Peres Jeſuites de Paris.

PAR devant Nous Conſeillers du Roy, Notaires Gardenotes au Châtelet de Paris ſouſſignés, Fut preſent Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Seigneur Meſſire Pierre

(*) Beſſarionis, Patriarchæ Conſtantiopolitani & Cardinalis Tuſculani, Epiſtolam ad Principem Senatumque Venetorum miſſam A. 1469. qua Bibliothecam ſuam omnis generis libris inſtructiſſimam eidem

Pierre Daniel Huet, nommé par le Roy à l'Evêché d'Avranches, demeurant à Paris, fauxbourg saint Jacques, cul-de-sac saint Dominique, Paroisse saint Jacques du Haut-pas, lequel a par ces presentes donné par donation entre vifs irrevocable, & en la meilleure forme que faire se peut, & que donation peut valoir, à la Maison Professe des Reverends Peres Jesuites de cette Ville de Paris, size ruë saint Antoine, & acce-

dem Senatui detulit ac donavit, dignam olim censuit Melch. Haiminsfeldius Goldastus, quam cum Richardi de Buri Philobiblio Centuriæ Epistolarum Philologicarum subjungeret. Eandem quoque Venerabilis Abbas Jo. Andreas Schmidius in prima accessione Collectionis Maderianæ de Bibliothecis p. 67. sqq. recudi curavit. Horum igitur Præstantissimorum Virorum exemplum secutus heic exhibeo Tabulas donationis, quibus Illustrissimus & Reverendissimus P. D. Huetius Bibliothecam suam Parisiensi Jesuitarum Collegio, quod Domus Professa appellatur, tum vivus adhuc spiransque addixit. Impressæ quidem eæ sunt annis abhinc triginta, & quod excurrit, Lutetiæ Parisiorum in forma octuplici, sed inter paucos distributæ, atque adeo inventu difficillimæ. Neque enim Huetianis, nec Commentariis de rebus ad Huetium pertinentibus insertæ conspiciuntur. Parum vero abest, quin ex his Virum Summum, ac de literis immortaliter alias meritum inter Bibliotaphos referendum esse judicem, cum tam sollicite caverit, ne vel unicus liber extra istud, quo ejus Bibliotheca adservatur, sacrarium aliorum commodis concederetur, ut adeo ejus usus ad paucissimos se extendat.

ptant pour icelle par R. P. Isaac Magnan, Prêtre de la Compagnie de JESUS, comme Procureur de R. P. Loüis Genevray, aussi Prêtre de la Compagnie de JESUS, Provincial de ladite Compagnie en la Province de France, de luy fondé de procuration generales pour toutes les affaires de ladite Province, passée devant Thibert, l'un des Notaires soussignés, & son Confrere, le deuxiéme Mars dernier, & par R. P. J. de Grieu Prêtre Religieux de la méme Compagnie, Superieur de ladite Maison, lesdits R. R. P. P. de Grieu & Magnan y demeurans à ce presens & acceptans pour ladite Maison Professe, la Bibliotheque dudit Seigneur Evêque d'Avranches, composée de plusieurs livres contenus au Catalogue & inventaire d'iceux, contenant cent feuillets, qui est demeuré joint à la minute des presentes, aprés avoir été paraphé dudit Seigneur Evêque, desdits R. R. P. P. de Grieu & Magnan, & desdits Notaires soussignez, à leur requisition ; & generalement tous les livres qui appartien dront audit Seigneur Evêque au jour de son decez, en quelque lieu qu'ils se trouvent: méme les manuscrits & écritures, qui se trouveront aussi aprés le decez dudit Seigneur

gneur Evêque, ſoit en pacquets, ou dans des porte-feüilles, ſur leſquels ſe trouvera écrit en abregé de la main dudit Seigneur Evêque, & ſigné de luy, *Pour la Maiſon Profeſſe des Ieſuites de Paris.* Le tout à l'exception des livres doubles, qui ſe trouveront dans ladite Bibliotheque, leſquels pour être reputez tels, faudra qu'ils ſoient imprimés au méme lieu, par le méme Imprimeur, de la meſme impreſſion, & en la meſme année. Deſquels livres doubles ledit Seigneur Evéque fournira un état ſigné de luy dans ſix mois prochains, pour être auſſi joints à la minute des preſentes : leſquels livres doubles ne ſont compris en la preſente donation. Pour par leſdits R. R. P. P. Jeſuites Joüir de ladite Bibliotheque, ainſi qu'il ſera cy-aprés dit : ſe deſaiſiſſant dés à preſent ledit Seigneur Evêque de la proprieté de tous leſdits livres au profit de ladite Maiſon : voulant iceluy Seigneur Evêque que du jour de ſon decez, ladite Maiſon ſon ſoit ſaiſie & miſe en poſſeſſion de tous leſdits livres, en quelques lieux qu'ils ſe trouvent. Cette donation faite à la charge de la joüiſſance deſdits livres, que ledit Seigneur Evêque ſe reſerve pendant ſa vie ; ſe conſtituant les tenir dés à preſent à tiltre de precaire ;

ſans que ledit Seigneur Evêque puiſſe vendre ny engager aucuns deſdits livres, mais pourra en échanger, & en ſubſtituer d'autres de pareille valeur. A l'effet ne quoy ledit Seigneur fera un memoiré de ceux qu'il aura ſubſtituez en la place de ceux qu'il tirera de ladite Bibliotheque, ainſi que de ceux qu'il acquerra. Le double duquel memoire ſigné de luy, il envoira au Superieur de ladite Maiſon Profeſſe, pour être joint à la minute tous les ans. Icelle donation faite à la charge que leſdits R. R. P. P. Jeſuites ne pouront vendre, engager ny autrement diſpoſer deſdits livres pour quelque pretexte, & pour quelque raiſon que ce ſoit, ny meme les prêter aux Religieux des autres Maiſons de ladite Sociéte, tant de cette Ville, que d'ailleurs: ny auſſi ſouffrir que les Religieux de ladite Maiſon Profeſſe les tirent de la ſalle où ſera ladite Bibliotheque, pour les porter dans leurs chambres ou ailleurs. Et pour conſerver plus reguliérement leſdits livres, leſdits R. R. P. P. Jeſuites ſeront obligez de les tenir en un corps de Bibliotheque ſeparé, ſans être meſſez, ny en tout, ny en partie, avec les autres livres de leur Maiſon: & à cét effet ils la placeront dans le fond de la

ſalie

ſalie ou Gallerie qu'on bâtit preſentement, pour ſervir de lieu de Bibliotheque, & ils ſepareront la Bibliotheque dudit Seigneur Evêque de la leur par deux ſaillies de menuiſerie qui avanceront de demy-pied de châque coſté, depuis la corniche des tablettes juſqu'en bas. Comme auſſi leſdits R. R. P. P. Jeſuites ſeront tenus, auſſi-toſt qu'ils ſeront en poſſeſſion deſdits livres de les faire mettre dans des armoires fermantes à clef, garnies par devant de fil-d'archal, dont la clef demeurera au Superieur de ladite Maiſon, ou au Bibliothequaire qui ſera par luy choiſi. Sur la premiere page imprimée de chacun deſquels livres ſera écrit, *Ex dono Petri Danielis Hues Episcopi Abrincenſis: nec extrà hanc Bibliothecam efferatur, ex obedientiâ.* Et il ne ſera loiſible au Superieur de ladite Maiſon Profeſſe, ny audit R. P. Provincial, de donner aucune permiſſion à ce contraire, dont leur conſcience demeurera chargée. Et afin que leſdites conditions, ſoient plus ponctuellement obſervées, leſdits R. R. P. P. Jeſuites promettent d'obtenir inceſſamment du R. P. General de leur Ordre l'approbation de ladite donation, laquelle portera défence de contrevenir à ce que

 deſſus,

deſſus, ſur peine de déſo beiſſance. Et ſeront tenus leſdits R. R. P. P. Provinciaux de ladite province de France, lors qu'ils feront la viſite de ladite Maiſon, de viſiter ſpecialement ladite Bibliotheque, & de faire obſerver les choſes cydeſſus. Et pour faire connoître dans tous les ſiécles, que ladite Bibliotheque provient dudit Seigneur Evêque, leſdits P. P. Jeſuites promettent de faire graver ce qui ſuit en lettres d'or ſur une table de marbre noir, *Hanc Bibliothecam Domui Profeſſæ Pariſienſi Societatis JESU dono dedit Petrus Daniel Huet Epiſcopus Abrincenſis; eâ lege, ne quis unquam liber quamcumque ob cauſſam ex eâ diſtrahatur, commodetur, vel omninò extrà hunc locum efferatur. Sin ſecùs fiat, irritam eſſe donationem hanc, & hæredibus ſuis hæredúmve poſteris Bibliothecæ hujus repetendæ jus auctoritatémque eſſe voluit.* Laquelle table ſera placée dans le lieu où ſera ladite Bibliotheque, à l'endroit le plus apparent, afin que ladite inſcription puiſſe être leuë avec facilité par ceux qui verront ladite Bibliotheque. Et en cas que les heritiers dudit Seigneur Evéque trouvent quelques uns deſdits livres, ſur leſquels ſoit l'inſcription cy deſ-

ſus,

ſus, & qu'ils puiſſent prouver que leſdits R. R. P. P. Jeſuites les ayent prêtés, vendus, ou changés, ladite donation demeurera nulle. Et pour, ſi beſoin eſt, faire inſinuer icelle au Greffe dudit Châtelet de Paris, & ailleurs ou beſoin ſera, leſdits Seigneur Evêque, & R. R. P. P. Jeſuites conſtituent pour leur Procureur irrevocable le porteur des preſentes, auquel ils en donnent pouvoir, & d'en requerir tous Actes que beſoin ſera. Promettant, &c. obligeant &c. renonçant &c. Fait & paſſé à Paris, en l'Hôtel dudit Seigneur Evêque le 18. jour d'Avril 1691. aprés midy; & ont ſigné la minute des preſentes demeurés audit Thibert, l'un des Notaires ſouſſignez.

L'An 1691. le vendredy 4. jour de May, le preſent Contrat de donation a été apporté au Greffe du Châtelet de Paris, & y a été inſinué, accepté, & eu pour agreable, aux charges, clauſes, & conditions y apposées, & ſelon le contenu en iceluy, par Maiſtre Salomon Pothoin, Procureur audit Châtelet de Paris, porteur dudit Contrat, & comme Procureur des parties y dé-

dénommées, lequel a été regiſtré au 172. volume des Inſinuations du Châtelet, ſuivant l'Ordonnance. Ce requerant ledit Pothoin, pour ſervir & valloir auxdites parties en temps & lieu ce que de raiſon. Ce fut fait au Châtelet le jour & an que deſſus. Signé Foſſe & Saulnier, avec paraphes.

LE vingt-uniémei jour de May, mil ſix cens quatre-vingt-quinze, ſont comparûs devant les Notaires ſouſſignez, ledit Seigneur Evêque d'Avranches d'une part, & Reverends Peres Guillaume Ayrault Prêtre, de la Compagnie de JESUS, & Superieur de ladite Maiſon Profeſſe, & François de la Roche auſſi Prêtre Religieux de ladite Compagnie, & Procureur de ladite Maiſon Profeſſe d'autre, leſquels en ajoûtant à la donation faite par ledit Seigneur Evêque d'Avranches à la Maiſon Profeſſe cy-devant écrite, ſont convenus de ce qui ſuit; ſçavoir que non ſeulement l'on ne poura point prêter, aux religieux des autres Maiſons de ladite Compagnie de JESUS les livres de la Bibliotheque donnée par ledit Seigneur Evêque d'Avranches

ches à ladite Maiſon Profeſſe, mais encore que l'onne poura les prêter à aucune autre perſonne; & auſſi que l'on ne ſouffrira point qu'aucune perſonne puiſſe tirer des livres de ladite Bibliotheque. Et en expliquant la condition portée par ladite donation concernant la diſtraction de ladite Bibliotheque, ledit Seigneur Evêque declare que ſon intention a toûjours été, & eſt encore, que ſes heritiers ne puiſſent demander ladite Bibliotheque, qu'en cas qu'ils puiſſent prouver que les livres aliénez, ou prêtez, s'il s'en trouve aucun, l'ayent été par l'ordre, ou du conſentement du Reverend Pere Superieur de ladite Maiſon Profeſſe, ou du Bibliothequaire de ladite Maiſon. Et pour ſatisfaire à ce qui eſt porté par ladite donation, ledit Pere Superieur à aporté la ratification d'icelle, faite par le trés R. P. Thyrſo Gonzalez General de ladite Compagnie de JESUS, datée de Rome, le quatorze Mars dernier, étant en ſuite de la copie de ladite Donation, laquelle a été jointe à ces preſentes aprés avoir été paraphée dudit Revereng Pere Superieur & des Notaires ſouſſignez. Fait & paſſé à Paris en ladite Maiſon Profeſſe, en l'appartement dudit Seigneur Evê-

Evêque d'Avranches, & ont ainsi signé. P. Daniel Huet Evêque d'Avranches. G. Ayrault, de la Roche, avec Dusart & Thibert Notaires.

Ensuit la ratification dudit Reverend Pere-General.

THYRSUS GONZALEZ
Præpositus Generalis Societatis JESU.

REtrò scriptam donationem Bibliothecæ Domui Professæ nostræ Parisiensi factam acceptamus, conditionésque in eâ præscriptàs approbamus, & observari mandamus juxtà mentem Illustrissimi & Reverendissimi Domini Episcopi donatoris, & ejusdem contractùs formam & tenorem. In quorum fidem &c. Romæ 14. Martij 1695. signati, Thyrsus Gonzalez. Et au dessous est écrit : Provincialis Franciæ Parisiis 18. April. 1691. Donatio Bibliothecæ Illustrissimi Domini Petri Danielis Huet Episcopi Abrincensis, facta Domui Professæ Parisiensi Societatis JEsu.

LEttre entiéme jour d'Aoust, audit an 1695. sunt comparûs devant lesNotaires soussignez ledit Seigneur Pierre Daniel Huet, Evêque d'Avranches d'une part, & lesdits Reverends Peres Ayrault & de la Roche, Superieur & Procureur de ladite Maison Professe d'autre, lesquels attendu la difficulté qu'il y a de placer ladite Bibliotheque donnée à ladite Maison Professe, par la donation cy-devant écrite, dans la Gallerie de ladite Maison, de la maniere qu'il est marqué en ladite Donation, sont convenus que ladite Bibliotheque sera toûjours dans un lieu separé de ladite Bibliotheque de ladite Maison Professe, dans lequel lieu sera mis à l'endroit le plus apparent une table de marbre noir, sur laquelle sera gravé en lettres d'or ce qui est marque en ladite Donation, sans au surplus déroger ny innover à icelle. Promettant &c. s'obligeant &c. chacun endroit soi, &c. renonçant &c. Fait & passé à Paris, en l'appartement dudit Seigneur Evêque d'Avranches, siz en ladite Maison Professe. Et ont signé, Pierre Daniel Huet Evéque d'Avranches. G. Ayrault, François de la Roche, avec Dusart & Thibert Notaires.

LEs clauſes contenües dans les Actes cy-deſſus ont été executées. Et ſpecialement l'inſcription, *Ne extrà hanc Bibliothecam efferatur, ex obedientiâ*, a été ajoûtée à la premiere page de châcun des livres de ladite Bibliotheque, ſuivant la ſtipulation exprimée dans le préſent Contrat, & la ratification du Reverend Pere General.



VIII.

VIII.

Epiſtolæ quædam ineditæ. (*a*)

I.

JANUS GRUTERUS MICH. PICCARTO S.

SAlve, Virorum Amiciſſime, & ignoſce infelicitati meæ, quæ nusquam non mihi adhæret. Noſti, quomodo me in autumno dimiſerant Elſevirii, fore ſcilicet, ut aut ipſi Leydæ Albergatum tuum excuderent, aut Francofurtenſi alicui committerent. Nunc poſt aliquot meas epiſtolas, quibus ſilentium ipſorum interpolare cupiebam, iſtud demum mihi chartæ una cum lucubrationibus tuis remittunt, & quidem nundinis jam omnino mortuis, adeo ut alteri cui ingerere non potue-

(*a*) Has Epiſtolas cum pluribus aliis, in poſterum a me vulgandis, deſcripſit olim, cum Altorfii literis operam daret, ex autographis Bibliothecæ præſertim Georg. Matthiæ Kœnigii, mihique pro eo, quo me complectitur, favore conceſſit in hujus opellæ ornamentum Vir Conſultiſſimus atque Ampliſſimus, JO. DANIEL HAAKRIS, Jur. utr. Doctor, & Reip. Kauffburenſis Syndicus.

potuerim. Opus est apud me. Quid de eo fieri velis, fac sciam. DEum testor, non stetisse per fidem meam, quin videret lucem publicam. Sed sic nobiscum agunt typographi, ajunt, negant, promittunt, abnuunt; idque omne impune. Scio, neminem esse, qui liquidius testari possit de perfidia ista, quam me, non semel ab eis falsum. Jam quadriennium est, quod me naso ducunt Aubrii in edendo opere Historicorum Belgicorum omnium. Inveni rationem, qua Inscriptiones recudi possent, quarta fere sui parte auctiores, pretio florenorum trium; sed neminem inveni, qui in se recipiat. Rhodius semel Catalogo titulum immiserat, at, cum animadverteret, pauciores esse, a quibus super illo libro compellaretur panegyri sequente, rem omnem rejecit. Jam Cicero meus quartum annum laborat sub incude talium hominum; adhuc cogor mussare. Exemplo meo si te solaris, mi Piccarte, aliquid est. Sed quid? Verum venio ad Frawenburgerum tuum. Is apud me fuit per duas tres horas. Visa Bibliotheca, unis alterisque literis persecutus sum ad Argentinenses, ad Basileenses. In summa feci, quod potui: sed ille reperit, quod solet,

pro

pro thesauro carbones ; adeo nihil ejus fuit in me, quod animo conceperat. Manus jam mihi callent a cultu hortensi, quem tamen nunc intermisi aliquot dies propter continuos imbres, quibus & vitium flores misere disperduntur. Libens intellexi, spem factam dieij natalis emortualisque Erasmi nostri Neustetteri. Mortualis peti poterat vel ex lapide sepulcrali, ubi quoque forsitan additus annorum numerus, quot vixit. Si sic, diem & adsequar. Modius in Elegia XIII. adsignat ei septimam mensis Novembris. Indignatus sum profecto, illum unum non comparere in Chronico Bucholceri, adeoque ipso item destitui Chronicon Chronicorum Aubrianum. Quare & tibi & Domino Höflichio multos habeo agoque gratias. Versus meos in Virum illum incomparabilem submittam vobis, quando vultis, poëseως quidem a flosculis inanes, sed non etiam ab affectu. Posthius enim piæ memoriæ totam de eo mihi Iliada sæpe narrare solitus, cum interim Melissus ne verbulum quidem de ipso, quod puderet scilicet tenuitatis tantæ, ut ab eo sublevandus &c. nosti vitium solenne omnium seculorum. Quare ego, qui musas &

Gratias amo propter ipsas tantum, effusis quasi quadrigis ivi in ipsius præconia, nec pœnitere potest: quamvis hodie carminificibus impingatur passim morbus mentis motæ. Miror verba tua super epicedio Gentilis. Ut tibi aliquid negem? Imo impera quodvis & impetras. Certe jam nunc tibi illud impingerem (soleo enim meæ conscientiæ statim aliquid accinere, cum inaudii fatum amici ac docti alicujus) nisi festinarent exhibitores harum nobiles Holkii e Dania, jam biennium auditores mei, quos spero Noriberga electuros Gymnasium vestrum. Venator hic præceptorem agit in Schola *zum Kloster*, ubi & commensalem agit Gebhardus noster, qui vellet omnia esse cito & tuto, quod natura hujus negavit cæteris: itaque jam inibi est, ut det operam Jurisprudentiæ, viso, nullum positum a Patronis suis pretium Crepundiis atque Poëmatis. Et bene profecto facit. Nihil enim ineptius, quam velle quasi nepotem agere in re non admodum pingui. Non enim Criticæ & Musicæ vacent, nisi qui rem suam negligunt, quive adeo rem nunquam habere volunt. Cæteri lucrosas artes sectentur, & abstineant ab istis mihi delicatis, venustis,

ſtis, gratioſis, qui alioquin ſunt ſuibus idem, quod Amaracus. Sed jam finiam, melius eſt, ne ſugillem ævum noſtrum nullo bono. Vale igitur ac ſalve, mi Piccarte, norisque Gruterum famæ tuæ laudique faventiſſimum. Scrib. pridie Aſcenſionis CIↃ IↃ CXVII.

2.

Ad Excellentiſſimum Virum Dn. G. M. Königium Græc. Ling. ac Poëſ. Prof. Altdorf.

LUbet ne, Clariſſime Königi, Verſificationem audire?

Νέςορα τῇ βιοτῇ προσηλαυνῆς εἴποτ᾽ ἔσαο
Ποῖος Γαζοφύλαξ τοῖος ὑγενοφύλαξ.

Evax! eſt DEus in nobis! Efferor ſuperbia facto poſt tot annos carmine regulari non ſecus ac qui oculo rubricam dirigit uno! Sed mittamus ludicra. Quantum antehac laudaveram eruditionem tuam, & paratam omnibus & omnium ſtudiis ſubſervituram induſtriam, Vir Clariſſime, tantum nunc admiror humanitatem, qua incitante aliis tuis curis tantiſper ſepoſitis,

me hominem ignotum tibi e vulgo eruditorum & quantivis pretii, tam benigne, tam humanis & ut ita dicam, byssinis litteris appellare voluisti. Ego, quod mendici stipe donati, repono; DEus Te servet! faciatque, ut congruentes ad mores tuos exacta ætate DEO & hominibus gratus & gratiosus in otio cum dignitate consenescas & immortale tibi ac tuis post te nomen relinquas! id quod ego precor ex animo. Quæ de te Arnoldo affini tuo Viro optimo & te dignissimo scripsi, haud muto: tuus ero quoad vivam, captus eruditione & probitate tua quam omnes litterarum tuarum apices spirant. Quod tu nuper scripseras idem ego repeto, & meum facio: capior plurimum, Vir Clarissime, Eruditorum societate, virosque doctos & qui aliquod in litteris nomen habent, impense amo & colo, ut prope Plautinum illud exclamem: Oh Regem me nasci oportuit! haberetis enimvero opes, honores, & amplissima crescendi copia omnibus præberetur. Epitomen meam a te lectam id vero gaudeo ac triumpho. Quippe unicum scriptorum votum esse oportet, ab eruditis legi, & si placere non possim, vel inter mediocres

&

& communes haberi. Hæretici nomen
Epitome lectum ne te, quæso offendat V
Clarissime, jam hæc vox apud nos pro
aliud nihil quam nomen nudum, & ap
lationem necessariæ claritatis contine
universale omnium eorum nomen est, c
a nostra fide sunt alieni, nisi sectarios
camus, quod idem est: nam si Calvin
nos dicam, Zuingliani non intelligunt
Si dicam Zuinglianos, Ariani non sunt n
minati. Si usitata omnibus voce Hære
cos dicam, omnes intelliguntur, qui n
stris dogmatis adversantur. Quanqua
quid Hæretici vox est, si cum Idololat
componatur, qua voce tertio quoque v
bo nos appellant nonnulli? & esse c
dunt? Quoties Papistæ, quoties fatu
superstitiosi audimus? Josephus Scali
tantæ Vir eruditionis maledicentia seipsi
superavit: M. Antonium Delrio nostrum
virum pereruditum & Philologum exin
um, quibus non maledictis incessit? N
puduit appellare lutum Diaboli sterco
maceratum; & alia hujusmodi quæ ref
re pudor est. Libellus hujusmodi appel
tionum plenus est, quas collegit & vulg
vit tacito suo nomine Vir doctissimus
nostris Carolus Scribanius in argument

modestiæ Scaligerianiæ, & periculum furiarum inscripsit. At, optime Königi, quos ego in opere illo meo Hæreticos præcipue appello? Taboritas videlicet Picardorum sobolem ex sanguine viperino quos ne vos quidem toleraveritis, qui belluas omnes immanitate superarunt, qui, ut ait vetus Scriptor, Virtutes ipsas si cœlo descendissent, cupiissent occidere. Sed de his satis; redeamus ad nostra, Miscellanea mea formicino gradu prorepunt ad lucem; quatuor libri primum prodierunt, quintus & sextus excudentur; si vitam longiorem concesserit DEus, numero laborum Herculem bis superabo. At quod tibi venit in mentem, Clarissime Königi, prohibere prætorio quasi edicto, ne quid tibi sine pretio ex libris meis mittatur, & tamen cupidum te videndi Miscellanea mea significas: atque ego regium illud reclamo: *non mî aurum posco, non mî pretium dederitis; Ingenio opus est: non Te peto, piscem peto*, clamabat gladiator. Tali exemplo (ne quid te accepisse dicas) Miscellaneorum libros quatuor non tibi sed Bibliothecæ tuæ dono; si nondum acquiesces, commutabimus nostra, Arnoldo nostro arbitro & medium se litibus nostris offerente; mitte ergo vel pagellam unicam

cam abs te editam, & jam parva mecum fecisti. Magnitudo operis pretium sola non facit, scitumque est illud Senecæ: *Plus patet unus dies eruditi, quam seculum imperiti.* De eruditis Bohemiæ viris inter Miscellanea mea librum integrum leges, Deo dante, in quo etiam ago de Bibliothecis Bohemiæ; sed jam converti non decet. Universum sic habeto: Nullum esse ex Proceribus Regni (unico excepto) qui non Philosophiam & Jura (pariter Humaniora ut vocamus) audierit, imo dicam officia regni omnia administrantur ab Eruditis; Nobilitas tota ex scholis prodiit, Latine loquuntur omnes: Præses Appellationum Comes Franciscus Khinsky maximam in Jure dicundo obtinet laudem, retulitque Lovaniensis Academiæ ante annos plurimos testimonium scriptum, posse eum cum laude de cathedra Jura docendo profiteri. Doctor Weingarten Appellationis Assessor edidit Jura Municipalia Bohemiæ diversis quæstionibus enodatis. Julius Henricus Baro de Blem itidem Assessor Appellationis Regis amicus meus & Jura callet, & omnem, ut ita dicam, Encyclopædiam; alii omnes in apellatione Doctores aut docti sunt. Inter

Professores Juris Academicos D. Joannes Schambogen Glacensis eminet editis pluribus libris Juridicis celebratus, nec alii Professores Juris quicquam illi concedunt, ut Doctor Funck, Rector Universitatis. D. Malanotte &c. In Medicis magnum nomen est consecutus Nicolaus Franchimont, qui edidit complures de re Medica libros Facultatis illius Decanus, Professores Celeberrimi sunt: Jacobus Dobyzensky, in humanioribus discipulus meus Clarissimus, & D. Leo Vir disertissimus; prior Dobyzensky edidit de re Medica aliquot Tractatus, tum Joannis Marci Hyprocratis Bohemiæ posthuma opera: excellit in Mathesi quoque & in Chimia, quibus de rebus edidit, & plures parat Tractatus. Præclari Theologiæ Doctores habentur apud nos, qui nunc docent, P. Guilielmus Dworsky & P. Joannes Brok, uterque scientiæ nostræ Professores. Mathesin docet P. Casparus Knittel libris editis Orbi notus. Quis omnes enumeret? Rhetores, Poëtas, Historicos, Græcos prætereo, cum uno memorato, alii decem occurrant. Jam ad Græcum illud quod tu vocasti stratagema, (*b*) quod ego

(*b*) In margine Epistolæ hæc verba apposuit Balbinus: *Hoc meum inventum est, quod quatuor exceptis nulli communicavi.*

ego nec Patri meo, nec matri, ut est de Samsone, indicavi, sed nunc vobis Arnoldo & Kõnigio aperio. Favete linguis! Ante omnia scito, in hoc negotio plus esse jactantiæ quam scientiæ, luteam rem esse & plenam inanitatis: nonne legistis in Musurgia Kircheri nostri, inveniri posse rationem, qua is, qui nunquam Musicen attigit, Symphonias concinnet, & modulos Musicos construere possit? Id fit per artificiosam exscriptionem, tabularum quas ibi adduxit Kircherus; ego vero in inventione mea tabulis non egeo, sed libris duobus tantummodo: Faciamus ante omnia codicem aliquem reperiri, qui omnes Græcas voces & vocabula ad verbum in suo casu, genere, temporibus, numeris &c. Latine reddiderit. Tum alterum codicem habeamus, cujus adminiculo omnes eas voces Græce & Latine sibi correspondentes reperire possis. Primus ille liber rerum & verborum & omnium orationis partium (Grammatice loquor,) hic inquam liber aut libri potius, sunt Regia Biblia quæ vocamus a Benedicto Aria Montano elaborata; is ex Hebræo Græca, ex Græco omnia vocabula Latine reddidit ad verbum ut dicere solemus, eodem numero, casu, modo,

modo, tempore (Imo etiam aliorum Theologorum & versionum libri exstant, qui idem præstiterunt, Hebræa aut Græca ad verbum in Latina vertentes) habentur autem Biblia regia & versiones ejusmodi passim etiam in omnibus Bibliothecis. Alter codex esse debet ad manum, quem dicunt Concordantiam Bibliorum; in eo libro quæro nomen vel verbum Latinum, quod Græce volo reddere, & invento eo Regia Biblia consulo, ibique Græcum illud subjectum voci Latinæ invenio, quod describo; idem facio in secunda, tertia & quarta voce &c. nulla prope vox est, quæ in Sacris Bibliis non reperiatur; quod si non reperiatur, esset ejus Synonymum quærendum, & describendum atque ita progrediendum: quod si quis vel mediocriter Græcæ Linguæ peritus sit, mire adjuvabitur: poteritque non semel, sed decies eoque amplius, eandem constructionem Græce reddere ex Latino. Fateor impropria quædam verba futura, regulas de accentibus & encliticis in periculum adduci &c. Ridebitis me Viri Clarissimi, dentibus albis, sed quid volumus? aliquid etiam dandum est inter seria voluptati, quæ ex inventionis rarissimæ jactatione per-

percipitur. At tu, Clariſſime Königi, eas ineptias contemne! & quæ tibi ex penu divino memoriæ tuæ affluunt, depromе; ſucco ſcilicet tuo, non alieno vivis; ea tibi domi naſcuntur, quæ alii apud alios emendicant; tu ſufficis tibi. Jam, ni fallor, ad omnes Epiſtolæ tuæ partes reſpondi, atque etiam cum ita juſſeris, ineptivi. Divinitas te, Vir optime, incolumem quam diutiſſime conſervet bono ſtudiorum ad facem bonis litteris præferendam! Ego vero nihil apud me reliquum eſſe volo, quod amicitiæ tuæ conſecrare & donare recuſem. Scis illam ex voce Caroli M. Mindenſis urbis appellationem & originem (*Myn, dyn,* meum, tuum,) hanc nos in poſterum amicitiæ communis urbem incolemus; admittemus tamen plures eruditos in civitatem noſtram, & præcipue Arnoldum tuum, doctiſſimum Sturmium, diſertiſſimum Græviium & omnes Eruditionis ſine zelo cultores.

Vale Eruditiſſime & Clariſſime Domine!

Pragæ, ult. Mart. 1683.

Tuus Scripſi

BOHUSLAUS BALBINUS, S. J.

3. AD

3.

AD EUNDEM KOENIGIUM.

Vir Nobilissime, Amplissime atque Excellentissime,

Domine Præceptor ac Patrone æternum memorande!

TAndem aliquando faventibus Diis lætisque auspiciis portus me Amstelodamensis excepit, postquam varias Germaniæ superioris urbes & Academias perlustravi. Sed & vetus mea in te observantia, Tuusque, quo me prosequeris, amor, requirunt, ut peracti hactenus itineris mei rationem tibi reddam, quidque hic illic observaverim, prolixius significem. Lipsia relicta Dresdam veni, ibidemque præter insanientium aulicorum vanitates nihil memoratu dignum observare potui; Spenerum tamen semel iterumque adii, cujus quidem viri pietatem cum eruditione junctam laudo, id vero non probo, quod de litteratis universaque litteratura, tanquam vano & inani studio, haud bene sentiat. Has ob rationes ex hac barbarie iter meum Wittebergam maturavi, ibidemque a Clarissimo

riſſimo Schurzfleiſchio humaniſſime exceptus ſum, qui me eruditiſſimis ſuis ſermonibus fere per octiduum ſuſtinuit non ſolum, ſed & Bibliothecam ſuam rariſſimam certe & locupletiſſimam perluſtrandam mihi permiſit, in qua præter ingentem Græcorum auctorum numerum multos etiam libros inveni, manu doctorum virorum ad marginem illuſtratos, quos inter eminet Aratus, Joſephi Scaligeri manu illuſtratus & correctus, ex quo libro aliquot rariores obſervationes furtim excerpſi, & inter κειμήλια mea repoſui. Præterea etiam B. Stolbergii bibliothecam perluſtrandam mihi permiſit Clariſſimus Daſſovius, cui vidua Stolbergii nupſit. Deprehendi & in illa maximum Græcorum Scriptorum numerum; vidi etiam inibi Scapulæ Lexicon, ipſius B. Stolbergii manu innumeris locis locupletatum; modo deſideratur aliquis, qui ultimam quaſi manum operi imponat, & ita opus in ordinem redigat, ut editioni aptum reddatur. In Bibliotheca Academica Wittebergenſi præter tres codices Manuſcriptos Lycophronis, ſatis antiquos, nihil memoratu dignum inveni. Witteberga Magdeburgum & inde Helmſtadium curſum direxi; ubi ſingularem

plane

plane Meibomii erga me benevolentiam expertus sum, qui per octiduum etiam secum me retinuit; & intra hoc tempus tum Bibliothecam suam, tum etiam rarissimum suum rei nummariæ thesaurum mihi aperuit, ex cujus viri discursibus multa didici ad penitiorem rei nummariæ notitiam spectantia, quæ antea ignoravi. Sed & Calixti & Heigelii itemque Mejeri amicitia non parum mihi profuit. In bibliotheca publica inter alia vidi Manuscriptos codices Livii, Virgilii, Ovidii & Persii, qui tamen omnes non adeo antiqui sunt; melior tamen est Codex MS. qui aliquot Chrysostomi Homilias Græcas continet; dum enim literis grandioribus sine ulla vocum & periodorum distributione & absque ullis accentibus & Spiritibus exaratus est hic liber, satis credo antiquitatem suam probat. Relicta quoque hac Academia Brunswigam, inde Guelferbytum veni, ubi celeberrimam illam bibliothecam, quantum quidem unius diei spatio fieri potuit, perlustravi. MStos Codices, quos ibi deprehendi, hos annotavi. Prudentii Membranaceum, scriptum anno 1442. Svetonii & Ruffi chartaceum. Quintiliani antiquum membranaceum, duos Virgilii,

quo-

quorum alter anno 1497. ſcriptus eſt, alter vero antiquior videtur. Lactantii Membranaceum MS. Philippi Melanchthonis in Epiſtolam ad Corinthios. Syneſii de interpretatione ſomniorum elegantiſſimum latine verſum a Marſilio Ficino & Corvino Hungariæ Regi oblatum, membran. Luciani ſermonum & dialogorum membr. Genealogia Turcica a Chriſto ad Oſmannum S. Arabice membr. Quatuor Evangeliſtæ Græc. membr. Gregorii Nazianzeni ſermones membr. Xenophontis Idea Ageſilai membr. Ἐρωτήματα βραχέα τοῦ Χρυσολωρᾶ membr. elegantiſſima Scholia Anonymi in Terentium, de quibus Conringius judicat, non eſſe contemnenda, quamvis ætate inferiora ſint Donati ſcholiis membr. Marſilii Ficini epiſtolæ, membr. Corvino oblatæ. Xenophontis Græc. membr. Quatuor Evangeliſtæ Syriace a Kirchero donatus codex ante annos 743. ſcriptus membr. Saluſtii membr. Hieron. Epiſtolæ, membr. Boccacius de Caſibus illuſtrium virorum cum elegantiſſimis Picturis ſcript. A. 1409. æſtimatum hoc eſt MS. trecentis Imperialibus. Juſtini membranaceus Codex de quo Conringius judicat: *hoc*, inquit, *Juſtini exemplum magni merito faciendum eſt,*

continet enim Epitomen quoque Operis & Præfationem Justini, quæ raro solent reperiri. Nemo elegantius Bongarsio & Freinshemio Justinum emendavit; hoc nostrum tamen videtur loca nonnulla intacta aliis corrigere posse. Hamburgum delatus inter alia vidi etiam Biblioth. publicam in æde majori vulgo *auf dem Dom*, ubi MSta asservantur sequentia: duo MSta Juvenalis membr. duo Virgilii membr. Glossæ ineditæ ad Lucanum membr. ad Ovidii Tristia Glossæ membr. Ovidii fastorum libri membr. duo Ovidii Metamorphoseos membr. Commentarii in Priscianum, Terentium & Prudentii Psychomachiam membr. quatuor Lucani membr. Gualteri Alexandreis, cujus initium:

Gesta Ducis Macedum totum digesta per orbem &c. membr. Scholia ad Ovidii Tristia, membr. Manuale Augustini membr. Ibi quoque celeberrimi Ezardi amicitiam mihi conciliavi. Hamburgo quoque relicto Bremam perrexi, inde Emdam, Emda Groningam veni, quæ Academia hodie fere nulla est, nihilque relatu dignum ibi observavi. Franequerana vero Academia & docentium dexteritate & discentium, numero maxime floret. Satis laudare nequeo singularem plane benevolentiam & huma-

humanitatem, quam ibidem mihi exhibuit Nicolaus Blancardus Gr. Linguæ & Histor. Prof. quicquid habuit rari in sua Bibliotheca, hoc mihi liberalissime ostendit. Multos ibi vidi libros manu Scaligeri, Heinsii, Salmasii, Casauboni, & Oiselii notatos. Nunc sub prelo est ejus Thomas Magister, quem cum undecim MStis contulit & notis illustravit. In iterata quoque Flori editione nunc operæ sudant. Posthac expectandus erit ab eo integer Thuccydides in quo opere octodecim annos consumsit, jam autem absolutus & editioni destinatus est. Donavit mihi abeunti Panegyricum suum pro Jubilæo Academiæ Franequeranæ dictum, lectu certe dignissimum. Nec minorem mihi benevolentiam exhibuit Jacobus Perizonius in eadem Academia Eloquent. & Histor. Profess. qui edidit Animadversiones Historicas, nunc vero prodeunt ejus Dissertationes de Prætorio contra Ulricum Huberum, ejusdem Academiæ Jurisconsultum celeberrimum. Prodibit quoque brevi singulare ejus opus de Monarchia Assyriorum, cujus operis rationem prolixe mihi narravit, inaudita hactenus fere omnia, ut mihi vero videtur, certissima omnia: in eo continentur opere. Veni quoque in intimio-

rem amicitiam Jacobi Rhenferdii Ebrææ Ling. Prof. qui brevi librum de præfectis & ministris Synagogæ editurus est. Habes hic, Vir excellentissime, brevem delineationem eorum, quæ hactenus egi. Nunc aliquandiu Amstelodami commorabor & quid heic loci Musæ agant, videbo. Post Ultrajectum & Lugdunum pergam. Aveo scire, quid apud vos rerum agatur. Doleo eheu! fatum B. Sauberti vestri, quem diem obiisse, Helmstadii audivi. Paria narrata mihi sunt de Sagittario Jenensium. Magnos certe in ambobus Patronos amisi. Deus te mihi diu salvum & incolumem servet, Vir Excellentissime, ut habeant in patria mea Musæ meæ, quo se solentur, & a quo vitam haurire queant. Vale!

Amplissimæ Tuæ Excellentiæ

devotus Cliens

Amstelod. d. 8. Julii.
1688.

ANDREAS CHRISTIANUS
ESCHENBACH.

4. Foe-

4.

Fœminæ Clarissimæ

HELENÆ SIBYLLÆ WAGENSEILIÆ

S. P. D.


Theodor. Janson. ab Almeloveen.

VAriis per totum semestre & quod excurrit, jactatus morbis, illam quam orsum me scripseram, non potui pertexere telam, h. e. absolvere tibi destinatum Fœminarum eruditarum a me undique corrasas epistolas versiculosque ineditos complectens opusculum; in quod a te, Sibylla elegantissima, breve quidem, sed ingeniosum ac molle, ita me Dii ament, confictum quum acciperem carmen, exultavi præ lætitia, quod viderem plus te mihi concessisse ultro, quam sæpiusscule rogaram clarissimum tuum maritum Dominum Mollerum, amicorum meorum nulli secundum: vellet nimirum mecum communicare ea Epigrammata, quæ vel animo serio vel jocoso pepigisses aliquando haud infeliciter, uti ex uno aut altero exemplo, quid videre olim mihi contigit, affirmare

possum; atque hoc, ut verum fatear, eo scopo, ut edendis subjicerem, nomenque adderem ac honorem non parvum. Verum tua in me excellens humanitas & benevolentia eorum loco transmisit gratulatorium, quod gratius non posses, Carmen: quod cum inter alias tibi ea Miscellanea inscribere constitui, iis an audeam præmittere hæreo dubius, in hoc morem gesturus consiliis amicorum, quamquam longe malim id publico exhibere, quam intra privatos parietes servare, & tamen tuum ob hoc omittere nomen non putem consultum. Sed amici & dies nisi potius tu ipsa me, quid fieri velis, epistolio docebis. Interea pro insumpto labore, collatoque in me honore ingentes tibi ago gratias, acturus & semper. In recuperatam valetudinem meam quos lepidissimos politissimi ingenii Elisa Kolartii, Poëtria Harlemensis, hisce diebus mihi misit versiculos non potui non tecum communicare, ut exinde etiam tibi constet, me Musas viventes æque ac mortuas colere, imo in oculis ferre. Utinam mihi copia fieret omnium poëmatum, quæ & tu, HELENA eruditissima, & illa, condidistis egregia, profecto quovis ære, quovis labore vellem mihi ea comparare. Mox

ac

ac impressa fuerint promissa illa Carmina atque epistolæ, curabo ad Te, Patronam dignissimam, quam maturrime deferantur. Vale. Helena Clarissima & me, quem limatissimis dignata es versiculis, aliis, quæso, in posterum beato. Ego nunquam desinam Mollerianum Wagenseilianumque nomen celeberrimum meritis laudibus in coelum pro virili evehere. Dabam Goudæ in Batavis. Anno 1696.



Ad Clarissimum Virum THEODORUM JANSONIUM ab ALMELOVEEN.

De recuperata ejus sanitate Ode gratulatoria.

NUnc juvat lætis resonare chordis
Vota dum solvit, vitulisque cæsis
ALMELOVEENUS pia thura fundit
Omnipotenti.

Ille, quem circum tenebrosa nuper
Mortis errabat facies, triumphis
Læta speratis, rabido solutus
dente resurgit.

Surgit ut Phœbus vitreis ab undis
Mane, post noctem nebulis opertam
Pulchrior, mœstum meliore cœlum
luce serenans.

Nunc piæ matris prope funeratum
Filium flentis fugiunt dolores:
Explicant frontem, redeunte amico
sospite, amici;

Certa spes, salvo medico, salutis
Fulget ægrotis: Recipit sodalem
Plausibus tantis operosa docta
Turba Minervæ.

Her-

Herculem quantis comites regressum
Ditis a furvis recepere regnis
Sive Lernæi capitum feracis
cuspide monstri.
Gaude Gaudanum decus, atque nostri
Seculi Sydus, tibi quod precamur,
Adsit annorum series, secunda
sorte beata.
Dives, ut quondam, ingenium redundet
Prisca quod longa monumenta solvit
Nocte; clarorumque adimit virorum
Nomine letho.

ELISA KOLARTIA.



IX.
ELECTA EPISTOLICA.(a)

1. DUumviri nostri, quorum mentionem injicis (*Carpzovius & Scherzerus*) reconciliati, continuant reciprocam inter se benevolentiam, magno quidem meo gaudio, nec habeo cur de perpetuitate dubitem. Utinam idem fieret in vicinia nostra. *Alberti.*

2. Peto ut R. & Doctissimum Virum Dominum Danielem Castrensium ex Insula Pathmo, seu Palmosa Hieromonachum Græcum & Monasterii τῶν Ἰβέρων, ceu vocat Oeconomum, litteris testimonialibus a Patriarcha Constantinopolitano nec non Galliarum ac

(a) Frequentissimum cum Viris Celeberrimis aluit olim commercium literarium B. Theophilus Spizelius, magnum Augustæ suæ Decus. Plurimarum, ad eum scriptarum, epistolarum, quarum in Accessionibus ad Almelovenii Bibliothecam promissam & latentem p. 113. sqq. meminit Rod. Mart. Meelführerus, autographa jam possidet Maxime Rever. Dominus RUPERTUS, Oraculorum divinorum in Ecclesia Augustana Interpres facundissimus, pietate & eruditione conspicuus. Ex iis notabiliora in suos excerpere usus, dum in patria sua adhuc versaretur, cœpit Optimus meus BRUKERUS, cui multum jam debeo, plusque debebo in posterum. Huic igitur Viro Eruditissimo hæc electa epistolica accepta ferenda sunt.

ac magnæ Britanniæ Regum legatis in aula Ottomannica instructissimum benevole ac benigne tum in curia tum in ecclesia vestra excipiatis. - - Haud ingratus is erit, scio, ob varia antiquissimorum PP. manuscripta, queis monasteria illorum scatent. Quid ex illis in vestra superet Bibliotheca coram indicabis facile. E re profecto fuit Bibliotheca tua εὐκαίρως tunc mihi transmissa, ut Serenissimi Archiducis Florentini, qui urbem & Bibliothecam nostram inviserat, Secretarium Dominum Apollonium Bassetti edocerem de Manuscriptis ex ipsorum thesauro in vulgum emissis, ceu impressos etiam Ernestius ille Danus in Medicæa sua jam dudum vulgarat. Denique quod Balthasar Cordierius S. J. in Catalogo Manuscriptorum Bibliothecæ Scorialensis, quem Cyrilli homiliis in Jeremiam præfixit, in Hispania ipse egerit, probe nosti. *Christ. Arnoldus.*

3. Judicium ut tibi communicem meum de continuatione Bibliothecæ universalis rogas? dicam sane; nec comitatis certamen, quod te lacessente ingredior, ultro deseram. Res immensi laboris est, quæ quidem a nobis in Germania cumprimis confici nequit. Desunt enim bibliothecæ, desunt

desunt Catalogi exterorum, nescimus Codices Manuscriptos, quorum vel sola lemmata ab invidis supprimuntur. Præterea Judæorum, Syrorum, Arabum, Persarum cimelia, manu exarata, quis novit? Operam ludimus tanquam mox perdituri. De cætero vetus illud haud ignoras, cui bono? *C. Arnoldus.*

4. Hornii Histotia naturalis & civilis opus imberbe. *idem.*

5. L. Abbadie (deceptor ille Gallicanus) nuper cum Anna Maria Schurmannia & aliis (numerabantur triginta circiter) clam se subduxit, & multum æris alieni, ad pedes nempe apostolorum depositi, corrasum abstulit secum. *Idem.*

6. Fuit Hackspanius brevioris staturæ facies rosas æmulata, oculi subridentes, frons augusta quidem, sed aperta, capilli in vertice divisi, & post aures reflexi, barba mediocris, subruffa, & in acumen desinens: Corpore præditus erat agili & per agros ac latifundia, fere quovis mane alacriter discurrente: Vir sane jocosus ac suavis, nec rigore carens Academico; disciplinam enim cum sceptra teneret Academiæ, custodivit diligentissime, licet Ilia Codro rumperentur. In docendo non minus perspi-

cuus

cuus erat, (testem me habes discipulum illius annorum quinque) quam fidelis - - - Plura inedita adhuc ipse possideo: Loca scilicet aliquot Theologica, in diversis Collegiis, ceu vocant, privatis a me calamo excepta, juxta sententias Rabbinorum imprimis & Targumistarum - - 'Loci ejus Theologici statim post mortem publico duorum studiosorum quorum nec nomina nos latent furto subtracta sunt. Theologia Rabbinica typis quidem cœpta exscribi, haud tamen absoluta fuit. *Idem.*

7. Ipse Serenissimus Princeps Rudolphus, Dux ac Dominus Brunsvicensis sententiam hanc, annum expugnatæ Brunopoleos exhibentem observavit, quoad sensum verborum (ut me docuit Acad. Jul. Profes-sor) ex I. Maccab. XV. 33. 34. VenDICata est a nobIs, Vrbs non aLIena, seD patrIbVs nostrIs & nobIs Detenta. *Idem.*

8. Prædixisse memini Hackspanium: Futuros esse vel tandem, qui textum Ebraicum prorsus sint reformaturi. Id ipsum postea tentare ausus est Isaacus Vossius in suo de LXX. Interpretibus libro: Quod olim vel ante eum Sgambatus, qui teste L. Allatio in apibus Urbanis emendare textum

tum Ebraicum sustinuit, & ea de re cum Pont. Max contulit. *Idem.*

9. Sæpius quoque audivi dicentem: Multas Scholasticorum & miras distinctiones ex ignorantia linguæ Ebrææ fuisse ortas, quæ prorsus concidunt, si textus origines penitius intueamur. *Idem.*

10. Divino favore in re tam ardua atque proprii ingenii summo opus est conamine. Secus ac illis placet, quibus inverecundum non est, aliena scripta nunc exscribere, nunc mutilare, & sic gratiam aliis debitam ad se rapere. Quo fit ut publicæ Musarum sedes inutili scriptorum pondere onerentur, quod quidem ad exenteranda marsupia accommodatius censueris, quam pectora solida eruditione imbuenda. Sufficit veteribus illis nova appensa ansa, & scripturientis vulgi judicio recoctis sæpius scriptis novus titulus, novaque methodus. *Thomas Bangius.*

11. Quaresmii dilucidationem Palæstinæ non solum non vidi, sed & ne nomine quidem apud nos (Jenenses) est nota, nisi quod illam Bosius citat in introductione generali in notitiam Rerumpublicarum orbis universi tractatu præclaro novissimeque edito. Bibliotheca tamen ejus non

habet

habet hunc librum. *Matth. Frid. Beckius.* N. N. Homo pius & studiosissimus &c. &c. sed a scholasticorum subtilium magis quam utilium lectione, quæ ei a D. Musæo svadebatur, præpeditus. *Idem.*

12. Codicem Manuscriptum Erfurtensem, quem in Musæo Frischmuthiano oculis usurpavisti Tuis, evolvi, dumque diversam lectionem accentuum cum laudato Domino Frischmuthio & converso Judæo Zarvossio, perscrutor, ecce ingerit sese oculis nostris Targum in libros Paralipomenων, de quo nemo nostrum aliquid inaudivit aut legit, utrum tu vel Velschius nostras de eo aliquid resciveritis, proxima quæso occasione me edoceas. *Idem.*

13. Quod Schefferi Sveciam litteratam concernit, fatis præventus B. autor scriptis aliis non incelebris, ultimam eidem manum imponere non potuit, ut sic in abortum potius degenerarit. *Nicol. Bergius.*

14. E Reformatis Heideggerus Tigurinus nuper Anatomiam instituens Concilii Tridentini præter Chemnitiana pauca fere habet de suis, ipso etiam in præfatione (quantum memini) non diffitente. *Mich. Bohn.*

15. Dominus Lounojus (in ſcriptis notus) ſingulis hebdomadibus, quantum audio, conferentias, ut vocat, inſtituit publicas, ex quibus haud parum utilitatis mihi promitto. *Idem.*

16. In Schola Sorbonica aurum colligendum eſt ex ſcoriis, modo non ſcoriæ Scholaſticæ, tricæque & apinæ aurum omne abſorbeant in Sorbona. *Idem.*

17. Requiro inde a multo tempore *Fabiani Juſtiniani Indicem univerſalem Alphabeticum, in folio, a. 1612. Romæ, &* niſi fallor, *Mediolani* quoque editum. Eum ſi impetrare te autore ac proxeneta liceret, majorem in modum hoc nomine tibi me recente beneficio plurimum eſſes devincturus. Egoque illum quantocunque pretio redimere paratus ſum. Vidi pridem mecunque habui diu, commodato olim ſumtum. Eſt multæ bonæ frugis pleniſſimus liber, atque per etiam rarus. Scripſit idem autor libellum in 8. *de S. S. Scripturæ lectione uſu & interpretibus*, quem proclivius eſt aliunde comparare, *B. Boineburg.*

18. Cæterum Italia haud ita pridem ſubminiſtravit Epitomen Annalium Raynaldi (vid. præf.) non ſine maxima tamen indigna-

dignatione Nobb. Ord. Bav. Cancellarius (cum nuper ad me invisisset) in opere isto Ludov. IV. seu Bavari ex Imperatorum serie notavit exclusionem, tulitque ægerrime, quod Raynaldus nulla subnixus prorsus autoritate asserere non dubitaverit, a Carolo IV. Imp. leges Ludovici gestaque omnia rescissa, ac propterea quod hæreseos & schismatis crimine notatus esset, plane irrita fuisse pronuntiata; quin imo apprime mirabatur, summam Raynaldi impudentiam, quod Bzovii (idem plane de Ludov. Bavaro statuentis) periculo non cautior sit effectus, cum satis constet, illum maxime Elect. Bav. flagitante Romæ ad Palinodiam adactum, & spisso quodam volumine a J. G. Herwarto injuriarum postulatum fuisse, *qui scilicet* (sic in fronte operis hujus legitur) *eundem D. memoriæ Imp. contra jus fasque* &c. &c. ut proinde timendum sit Reynaldo idem plane fatum eandemque cum Bzovio subeundam aleam. *Spizel. ad Boineburg.*

19. Dicam & ingenue ac pace Italorum nec studio adulandi. Nunc solidæ literæ ultra montes degunt, ubique servant priscum nitorem. *Jo. Bornus. Veronæ.*

20. *In* Luthero *finde ich einen Göttlichen* Character *und Sendung, so in J. Arnd. Frid. Brekling.*

21. D. Morhofius Prof. Juris *zu Kiel* vir, cui DEus interiora velaminis *geoffenbahret hat, darff noch in seinem* Polyhistor *auftretten, und* Jac. Böhm *mit mir vertheydigen. Idem.*

22. Vossius per me licet ut retineat suam sententiam, me non habebit ὁμόψηφον, & hæc ejus sententia magna ex parte innititur principiis Capellianæ Criticæ. *J. Buxtorf.*

23. Quod Abrahamus ille Echellensis mavult de Codicum Ebraicorum integritate Capelli, quam nostrum sequi judicium, miror, nec indignor; antea scivi, plerosque Pontificios ambabus manibus illam Criticam amplexuros, & ea in rem suam usuros. Ecchellensis ille est homo futilis, nullius solidæ eruditionis in propria lingua, ne dum Hebraica, Thraso gloriosus, vanus, adeoque improbus, uti eum depingunt editis scriptis Valerianus de Flavigny Doctor Sorbonicus, & Gabriel Sionita. Cum talibus litem inire, est cum muliere furiosa & impudica litigare. *Idem.*

24. Ego

24. Ego plus satis negotii reperio in solis libris Hebraicis, intra quorum fines subsisto; vel saltem reliquarum linguarum Orientalium studium, extra sacras litteras extendere operiosius nec potui nec volui. *Idem.*

25. Quid de consensu ecclesiarum Orientalium in dogmaticis statuendum sit, ego non habeo dicere, qui paucissimos Christianorum Orientalium libros vidi: quæ vidi, in illis deprehendi in nonnullis consensum cum nostris ecclesiis, in aliis dissensum, & fermentum Pontificium redolentia. Nescio etiam, cujus antiquitatis vel fidei sint singuli. Animadverto enim ex versionibus Biblicorum librorum, in quibusdam libris biblicis illos plerumque cum LXX. Interpretibus sæpius quam cum textu Hebræo convenire. Non dubito si nimium de illorum consensu velimus gloriari, quin Ecchellensis, & ejus similes multum sint nobis facturi negotii. Quantum illis tribuendum sit fidei, etiam inde mihi suspectum, quod a fide dignis acceperim, & qui illas regiones ex parte peragrarunt, incredibilis regnet ignorantia in rebus fidei. Fieri enim potest, ut Pontificii multum in illis regionibus invexerint

superstitionis. Sed hæc illis relinquo, qui & linguarum illarum & rerum Orientalium sunt peritiores, D. Hottingerus hic regnat, & sua tum peritia, tum diligentia, & indefatigabili φιλοπονίᾳ multum præstare posset. *Idem.*

26. Illud deplorandum, in publicum non prodiisse Bohlii Concordantias Bibliorum Hebraicorum, ubi particulas solum miro ingenii acumine collegit, quæ in Buxtorfianis omissæ sunt. Magnæ molis volumen. Certe jam nemini constat, ubi Manuscriptum lateat. *J. Bened. Carpzovius.*

27. Iniisse rursus amicitiam Scherzerum tecum cum gaudio cognovi, sed cave, cave canem. Nescio quid jam monstri alat. Nam prohibet magistris habere Collegia Hebraica ex hoc fundamento, quod ista Professio non ad Philosophiam pertineat; cum Facultas Philosophica concedere noluerit ut ipse crearetur Licentiatus Theologiæ.

His ex unguibus cognosce hunc Leonem. *Id.* Plura in litteris sequentibus de hac litis materia.

28. Nudius tertius fasciculum etiam litterarium accepi, cum gratissimis libellis Gaulmynum ipsa veritas (quæ rarior) commen-

mendat, Bangium mea exſpectatio & materia de Nephilinis, Schottanum novitas, & *Lecacbtobb* elegantia. Hunc ſumme exoſculor. Stilus facillimus eſt, nec mirum cum pro pueris conſcriptus; res ipſa neceſſaria. Continet omnem doctrinam Judæorum, eorumque Theologiam, tanquam in compendio exhibet, non abſimilis Lutheri Catechiſmo quoad ſcribendi modum. Abendanam non excultior ſolum linguæ Latinæ notitia, verum methodi longe facilioris inventio commendat: ille certe, quoscunque vellem, tractatus rabbinicos, pretio intercedente, civitate Latina donaret, imperiali videlicet pro folio impreſſo numerato. *Idem.*

29. Saubertianam Commentariorum Rabbinicorum verſionem, quam miratus es, miratus ſum & ego, magis tamen ipſius ſeu impudentiam dicam, ſeu malitiam, ſeu ſtultitiam, & ne quid magis dicam. Ut primum vidi cum ſtupore, ut facile conjicere potes, legi titulum ſatis ſpecioſum, *Opus* vocat *Theologiæ*, *Philologiæ ac Philoſophiæ ſtudioſis apprime utile*, quod ipſe ſolus affirmat: neminem adhuc idem dicentem aut ſcribentem audivi. - - Dicta-Rabbinica, quæ crepat,

aut ex Buxtorfii florilegio desumta sunt, aut ex thesauro Hottingerii aut alibi compilata. *Idem.*

30. Quanta studiorum pestis sit, si adolescentes primis academicæ vitæ annis amore Philologiæ abripiantur, ipse magno meo cum malo sum expertus, nec velim alios idem suo experiri. *Idem.*

31. Germanico, quod edidit scripto Steudnerum Cabbalam Judæorum utcunque exponiente patet virum esse in his litteris non proletarie versatum, qui si Latine illud scribere maluisset, plus gloriæ meruisset. *Idem.*

32. Egregia Edzardi apud nos est fama, sed præter inauguralem dissertationem quam Rostochii habuit exigui momenti, nihil unquam ab eo vidi. Sunt tamen plurimi, qui Buxtorfio non minorem velint, & versatissimum judicent in omni litteratura Talmudica Rabbinicaque. Sæpius eum mihi a Davide de Lara laudatum memini. *Idem.*

33. Beckii versionem ac notas in paraphrasin Chaldaicam prioris Paralipomenων probare nemo non eruditorum tenetur. *Idem.*

34. Scho-

34. Scholæ hodie plus decrementi quam incrementi capiunt, omine pessimo, & certo rediturae iterum barbariei præsagio. Vetus est illud: Musæ laudantur & algent; hodie & algent, & vix ac ne vix quidem laudantur. *Israel Clauderus.*

35. Baptistæ Mantuani opera edita habentur IV. Tomis Antwerpiæ, 1576. in 8. Sed titulus mentitur. Nec enim ibi sunt edita, præter in fine Tomi I. III. & IV. dimidiam partem. Cætera prius fuerunt alibi (forte Coloniæ) excusa: Post Francofurtenses mutarunt titulos, scilicet primam & ultimam pagellas & tomum primum retinuerunt. Ex secundo fecerunt tertium, ex tertio secundum. Antwerpienses autem multis additis, quæ nec olim in Ascensiana editione apparebant, sed ni fallor Mantuæ post prodiere, ex primæ editionis f. Tomo fecerunt secundum. Ex secundo fecerunt tertium ex tertio primum. Et sic una editio mutatis titulis ut dixi, ter prodiit. *Christ. Daumius.*

36. Bibliothecam universal. scio esse rem maximi arduique laboris multique temporis neque unius fere hominis. *Id.* Bernardi Geystensis Palpobistam olim a me editum meus Grævius cum membranis Trajectinis con-

 tulit,

tulit, variasque submisit unde lacunas explere & multa emendare possum. *Idem.*

37. In Comenii obitum.

Orbis hic est pictus: nunquam pigmenta placebant,
Quid juvat in mundi degere vestibulo?
Janua Comeni, tibi jam patet aurea linguæ
Angelicæ: cœlum, dum licet, ingredere.

* * * * * * * * *

Quam bona versura est! AMOS, nunc SOMA revertit
Ad terram: ad cœlum Spiritus unde venit.

* * * * * * * * *

Vixit Comenius: non erro: Camenius: unum
Inde Camœnarum turba novena gemit.

J. Fabricius.

38. Ferrarius is eſt, qui proluſiones & epiſtolas, duos quoque tractatus de re veſtiaria unumque de Lucernis Veterum & noviſſime Panegyricum ſcripſit, Regi Galliæ dicatum: Vir tanti ab Rege iſto æſtimatus, ut fere ſolus ac præter ordinem donum quingentorum Imperialium, aliis Viris doctis jam ſubtractum, accipiat, imo a Sereniſſima hac Republica, (Veneta) in tanto pretio habitus, ut ei pro Eloquentiæ profeſſione, qua Patavii defungitur, annuatim ſolvat ſtipendium bis mille ducatorum Venetorum. Et ſane; ſi ſcripta ejus (quæ forte jam habes) legeris, fateberis mecum, dignum eſſe illum, qui in Prytaneo, hoc eſt, tam bene alatur. *Idem.*

39. Neque ego, mihi crede, ſatis mirari poſſum, tantam in celeberrima hac urbe (Veneta) eſſe penuriam librorum præſtantiorum, niſi oculatus, non crediſſem. In Italica lingua extant ſane egregia ſcripta: Sed quod Latina attinet, illa aut ſunt Commentarii nugaces aut tricæ Scholaſticorum obſcuriorum aut verſiones Græcorum autorum. Alibi, libros veteres excutiens incidi in librum quendam (ſi quid judicii in me eſt) optimum, eumque mihi ſtatim emi. Titulus hic eſt: *Synopſi*

veterum religiosorum rituum atque legum. Antonius Caracciolus, Cler. Reg. ex antiquitate eruit, notisque ad sui ordinis constitutiones comprehendit. Romæ. 1612. fol. Idem.

40. Quæris quid agant Clerici nostri (Venetiis)? uno verbo: Nihil; otio indulgent, cuticulam curant, veneri dant operam, in theatris plus videas quam in Museis, atque illorum, qui veræ eruditioni invigilant, vix sunt totidem, quod Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili. Hinc illa meliorum auctorum raritas sive illa (ut ficum ficum appellem) barbaries. *Idem.*

41. Helena Cornelia Piscopia, virgo Veneta ἑπταγλώττης esse perhibetur. Callens nimirum Hebraicam, Græcam Eruditam & Vulgarem, Latinam & Italicam; Gallicam & Hispanicam. Sane in omnibus hisce nonnunquam specimen aliquod edit, peritiaque canendi etiam excellit, uti ipse nuper magno cum stupore audivi in præsentia Principis Germani, qui Philippi Sulzbacensis, Marte Svecico Clari, frater est. *Idem.*

42. Si svavitatem illam oris (Ferrarii), senilem illam gravitatem, a superbia alienam, illum denique actionis gestuumque, in

in quibus orationis anima consistit, leporem pariter videre atque audire posses, diceres profecto juxta mecum: *O perfectum Oratorem.*

Propter ingruentem in Italia barbariem aureus Ferrarius noster sæpius ingemiscit: imo hisce diebus mihi dixit, lætari se, quoties inter auditores suos videat Germanos, hos enim ex iis aliquem percipere posse fructum, reliquos autem nempe Italos, sæpe ne quidem intelligere ea, quæ propinantur. Idque tam verum est, quam quod verissimum. *Idem.*

43. Kircheri museum quidem perlustravi, sed colloquium ejus non adeo ambivi, quod non de aliis rebus quam novis, statum magis quam rem litterariam attinentibus, discurrit. *Idem.*

44. Reiseri Catalogus Manuscriptorum Bibliothecæ Augustanæ in manus venit virorum Principum, Magni Etruriæ Ducis & Cardinalis Medicæi, ab iisque utroque probatus fuit pollice. *Idem.*

45. Tua quoque *(Spizelii)* scripta in Florentina Bibliotheca asservari, atque a Patrono non minus quam Bibliothecario inter optima censeri, oculatus testis sum atque auritus. Mercurius ei *(Ferrario)* ut

os

os apertum eloquentiſſimumque, ita crumenam dedit clauſam. Prætereà Italus eſt, aut magis Hiſpanus ſenex, qui omnes plus æquo ad rem ſunt attenti. *Idem.*

46. In D. Niemanni locum ſucceſſit Dominus L. Bajerus, Norimbergenſis D. Muſæi futurus gener, qui ſi DEus ſtudiis porro adſpiràverit, ejus ſpartam ſummo cum applauſu ornabit. Ebraicæ & Græcæ linguárum apprime gnarus, ita quoque Philoſophiæ adyta penetravit, ut adverſariis par eſſe poſſit, & eorum ſtrophas ſolvere. *Friſchmuth.*

47. Quæ de propaganda vera & ſinçera pietate conſilia nonnulli eruditi & pio zelo flagrantes viri agitant, ejusmodi ſunt, ut nemo viri nominis Chriſtianus improbare queat. Dolui ſane tot retro annis, eos, qui pro umbone populum aliquando docère debent, non modo in ſcholis de vera pietate haud ita multum percipere, ſed etiam poſtmodum academica libertate tam turpiter abuti, ubi ſibi perſvadeant, parum referre, quomodocunque vivant, quoad extra officîum ſint conſtituti. *Idem.*

X.

Oratio in laudem Bartholomæi Bertlini Ecclesiastæ Memmingensis conscripta Anno 1563. (*a*)

PRincipio gratias ago Deo æterno patri Domini nostri JEsu Christi, conditori & conservatori rerum omnium, quod filium sibi coæternum nobis misit, & lucem Evangelii sui tam clementer inter nos accendit, totoque pectore & ardentiss. votis oro, ne eam extingui sinat, sed immensa misericordia propter filium crucifixum & resuscitatum coetus Ecclesiasticos, veram doctrinam sonantes protegat, & nos Spiritu suo sancto gubernet, ut ipsum non modo in hac vita sed etiam in omni æternitate celebremus Amen.

No-

(*a*) Hanc orationem hactenus ineditam, inserere placuit, quod memoriam Viri de Memminga mea optime meriti conservet, ac quædam historiæ Ecclesiasticæ patriæ capita illustret. Benevole eam mecum communicavit Vir Doctissimus mihique Amicissimus Jo. Jac. Laminitus, Ministerii Candidatus dignissimus. Cæterum de Bertlino conf. Mart. Crusii Annales Suevic. ad an. 1551. & 1562. nec non Sleidanum, quamvis hujus locus jam non succurrat.

Notum eſt vobis omnibus illud Græcorum Reverendi patres, fratresque in Domino chariſſimi; ὅπου Τις ἀλγεῖ ἐκεῖσε, καὶ τὴν Χεῖρ' ἔχει.

Idem mihi nunc in hoc noſtro triſtiſſimo caſu uſu venire ſolet. Quocunque enim me vertam, quicquid vel verbis vel facto inſtituam, imago integerrimi viri paſtoris noſtri D. Bartholomæi aſſidue mihi ob oculos verſatur, & ingenti ejus deſiderio non ſolum propter nos, qui patre privati ſumus, ſed etiam propter orbitatem Eccleſiæ noſtræ afficior. Proinde ſtatui in hunc locum non quidem panegyricam laudationem, ſed brevem totius vitæ ſtudiorum & virtutum ejus commemorationem adferre. Primum, ut meo ipſius dolori non nihil indulgeam. Deinde ut manes præſtantiſſimi viri debita laude proſequar. Æquiſſimum enim eſt eos, qui vel de Republica, vel Eccleſia bene miriti ſunt, digna celebratione ornare. Poſtremo volui & vobis Collegæ humaniſſimi hac quamvis involuta oratione gratificari. Sic enim natura comparati ſumus, ut quos vivos ſummopere amavimus, eosdem vita defunctos libenter celebremus & ipſi & ab aliis quoque & candide celebrari audiamus.

Quam-

Quamobrem plane mihi perſuadeo, me breviter de re grata dicentem benigne, & attente a vobis auditum iri. Recitabo autem bona fide, hiſtoriam integram, ſumptam partim ex ſcriptis, partem ex ſermonibus ipſius. Ordiar autem, ſicut uſitatum eſt, hanc meam narrationem à patria & parentibus. Natum itaque eum 1497.
accepimus honeſtis parentibus Bartholomæo Bertlino & Magdalena Krafftin, municipibus Oppidi Faucenſis, quod quidam conjecturas ſequuti Abuſiacum nominant, & ad radices & in ipſo quaſi ingreſſu, & faucibus Alpium ſitum eſt. Atque hanc paſtoris noſtri patriam celebrem reddidit. Clementiſſ. Imperator Maximilianus, qui cum ſæpenumero eò ventitare ſoleret, civesque omnes ſingulari benevolentia complecteretur, etiam patre D. Bartholomæi uſus eſt familiariſſime, eumque quia opificio Lanius erat, frequenter ad mactanda pro ſe & aulicis ſuis pecora adhibuit. Habet autem idem oppidum adjunctum Coenobium & ſcholam, ad quam filius à parentibus miſſus prima latinæ linguæ rudimenta avide percepit. Inde ad noſtram ſcholam Memmingenſem venit, ubi pro ratione & conſuetudine illorum temporum

victum

victum oſtiatim emendicando in exercitio latinæ linguæ & Grammatices gnaviter perrexit. Ac poſſem vel hodie, ſi velis ædes commonſtrare, in quibus nidulum ſuum habuit. Idem autem, quod in hac noſtra urbe fecit, etiam poſtea Lindavii factitaſſe dicitur. Cum autem & in patria & alibi quoque in hiſce puerilibus ſtudiis Ἡλικιώτας ſuos facile ſuperaret, & ſpes fieret parentibus fore, ut non citra fructum adoleſcens in bonis literis progrederetur, tenui admodum duorum florenorum videlicet Viatico inſtructus ab eis ad celeberrimam tum temporis Academiam Erdphordienſem miſſus eſt.

An. 1515.

Nec ibi more quorundam, qui tantum libertatem iſtis in locis captant, tempus rem precioſiſſimam inutiliter collocando pravis ſodalitiis, & comeſſationibus conſumſit, ſed laudabiles, ut tunc erant tempora, in literis progreſſus fecit, ut primum honoris in Academia gradum qui à lauri bacca denominationem habet, conſequeretur. Cæterum hinc ingenii ipſius felicitas, & naturæ ſolertia colligenda eſt, cui in tantis tenebris & barbarie lucernula tamen aliqua purioris elegantiorisque literaturæ fulſit. Non ſolum autem ingenii promptitudine, ſed etiam morum

honeſtate præſtabat. Quod cum ii, qui præ cæteris docti habebantur animadverterent, amore ſingulari juvenem proſequi cœperunt. Refloreſcentibus enim aliquo modo bonis literis, Heobani Heſſi Poëtæ celeberrimi auditor fuit. Inſuper etiam Micyllo, ſicut ipſum aliquoties referentem audivimus, uſus eſt familiariter. Eſſent quidem jam plura de ſtudiis juventutis dicenda, ſed properat oratio ad altiora. Domum igitur ex Academia reverſus, pro more tum temporis uſitato ſacris eſt initiatus, & in patriâ, aliquandiu ſacra illa Pontificia procuravit. Deinceps verò conſenſu & ſuffragio ſuorum Collegarum ad populum docendum, in Eccleſia Waltenhoſenſi emiſſus eſt. Eodem tempore doctrina Evangelii, cui pontificii jam diu caliginem obduxerant, Luthero authore, in lucem proferri, & purgari cœpit. Scribebat is libros optimos, quos hic novus paſtor præter moram reliquorum Sacrificulorum diligentiſſime evolvebat, ad trutinam Propheticorum & Apoſtolicorum ſcriptorum, tanquàm ad Lydium ut dicitur, lapidem adhibebat, & pulchrè cum eis conſentire deprehendebat: nec non gregem ſibi commiſſum juxta hanc normam in verâ

fide & pietate instituebat. Quin, & in moribus multam à cæteris Baalitis degenerabat. Erant enim casti, mansueti, placidi, quales sunt in optimâ naturâ. Erat quidem illi animus maturè satis jugum pontificium abjicere, & ad nos transire: sed aliud, ex alio objiciebatur impedimentum. Nunc seditio rusticorum interveniebat; nunc infœlix Eucharisticum certamen, pium institutum remorabatur, nunc insana Anabaptistarum colluvies ancipitem eum reddebat, nunc cognati proprii, sui emolumenti gratiâ, obganniebant. Nihilominùs tamen, ut antè dixi, errores in Ecclesiâ suâ, spargebat, nullos: sed veritatem Evangelii, quam ex fontibus Israël, & libris D. Lutheri, aliorúmque doctorum virorum hauserat, constanter populo proponebat. Sed ut Pontificiorum examen, rectè docentibus & pie in Christo viventibus semper infestum est, eósque Vatiniano quodam odio prosequitur, qui illorum superstitiones, non sequuntur, & per omnia, probant, cœpere nunc clam vellicare hominem, nonnunquàm palàm ipsius doctrinam; tanquàm erroneam, & hæreticam traducere, ita ut tandem res ad D. Christophorum, Episcopum Augustanum, qui

ex

ex Stadionum familiâ, originem ducebat, delata sit, quasi hæresin in ipsius Episcopatu, pastor Waltenhofensis sereret, & populum falsâ doctrinâ imbueret. Vocatur igitur, non semel sed iterùm, atque iterùm, ad Episcopum. Ille nullius erroris vel hæreseos sibi conscius, lubens se sistit. Proponuntur ei accusationes adversariorum, qui sperant ipsum capitis periculum incursurum: sed hi spe frustrantur, & ille sententiam fert longe mitiorem. Cùm enim se intrepidè excusaret, crimen hæreseos à se derivaret, suámque doctrinam, authoritate S. Scripturæ muniret: præsul ut erat homo literatus, & propemodùm dixerim, occultus JEsu Christi discipulus, non minaciter, cum eo agere, nec silentium mandare, sed duntaxat, ut quæ sciret vera, cautiùs populo proponeret suadere. At displicebat his Harpyis Episcopi mansuetudo & clementia, quam cum in ejus persona carpere non liceret, cœperunt hunc suum collegam, quem propter eruditam synceritatem amare debebant, magis odisse. Hoc enim plerique Pontificiorum cum Pharisæis commune habent, ut suæ gloriæ & lucri gratia non modo ipsi lucem Evangelicam clausis oculis aversen-

 tur,

tur., ſed etiam alios ſecum in tenebris detinere ſtudeant. Cum ergo bonus hic paſtor noſter ſua quotidie pericula augeri videret, nec liberum ipſi eſſet divinam veritatem in tanta ſuſurronum & proditorum copia palam profiteri, tandem poſthabitis omnibus obſtaculis de ſolo mutando, & Babilone relinquenda conſilium iniit, memor mandati cœleſtis. Exite de illa populus meus ne participes ſitis delictorum ejus. Apo. 18. Dum autem hujusmodi cogitationes in animo ſuo verſaret, quo nam potiſſimum proficiſceretur, commodum non tamen ſine divina providentia Scholaſtica illi conditio in hac noſtra urbe offertur; ubi & adoleſcens nonnulla literarum fundamenta, ut ſupra commemoravi jecerat. Hanc functionem quamvis ætati ſuæ minus commodam ambabus manibus amplexus eſt. Noluit enim temere in cathedram proſilire, ſed prius ritibus Eccleſiæ noſtræ aſveſieri, ut poſtea & ipſe in ea omnia juxta præceptum Apoſtolicum εὐσχημόνως καὶ
1. Cor. 14. κατὰ τάξιν peragerct. Reliquit igitur ſolum patrium, & venit in locum peregrinum, reliquit propinquos, & conceſſit ad alienos, reliquit honores mundi,
Anno 1541. & Chriſti ſtigmata ſuſcepit, reliquit

quit omnium rerum abundantiam, & paupertati sese consecravit, & ut breviter dicam omnia quæ hic mundus admiratur & suspicit, veræ religioni posthabuit. An non putas ipsum verè cum divo Paulo gloriari & dicere potuisse. Omnia damnum esse arbitror propter excellentiàm cognitionis Christi JEsu Domini mei &c. Phil. 3.

Cæterum hic Ludi magister non diu in schola detentus est, præsertim cum ætas ipsius & divinarum literarum cognitio ampliorem & minus molestam provinciam requireret. Proinde ab amplissimo Senatu nostro Ecclesiæ Woringensi; non ita procul hinc dissitæ pastor præficitur, cui doctrinæ sanitate & honestate vitæ ita præluxit: ut omnibus piis ibidem esset acceptissimus. Armabat se tum temporis contra Status Imperii Imperator ipse, cui bellum inferenti illi resistebant. Pendente autem in æquilibrio victoria, mittitur Ecclesiastes noster ad aliam quandam in agro Ecclesiam instituendam, cujus Magistratus - noster Collationem, ut vocant, habet: Abbas autem quidam vicinus acerrimus Evangelii hostis, Politicam jurisdictionem obtinet. Adlubescit popello doctrina illis hactenus nunquam audita: Ab-

1543.

1546.

bas vero crudeli furore incenditur, & missis lictoribus suis Concionatorem Evan-
An. 1547. gelicum comprehendit, vincit, ligat, & in carcerem squalidum includit, inclusum alit sordidissime usque ad diem quintum quo precibus, ac intercessione Magistratus nostri, aliorumque piorum, certis quibusdam conditionibus liber dimittitur. Recensui jam aliquot certamina humanissimi Auditores, ex quibus pia constantia pastoris nostri colligenda est, sed nondum omnia audivistis. Plura enim adhuc, & longe atrociora propter nomen Christi pericula subiit. Nam vincit in bello pars adversa, & ut victoria natura insolens est, oboritur persequutio Christianorum
An. 1548. sævissima, quæ multorum cordium cogitationes detexit, ac manifestavit. Nonnulli enim officio docendi Evangelii relicto aliis artibus minus periculosis, magis vero quæstuosis studebant, quidam Protheo mutabiliores nonnihil doctrinam consuetam mitigabant, & ad Magnatum libidinem inflectebant, alii Christi jugum prorsus abjiciebant, & cum Pontificiis faciebant. Pauci Spiritu Dei confirmati in hac fœda ac misera veræ Ecclesiæ facie professionem Christianam libere fatebantur,

&

& corruptelis aperto ore reclamabant. Inter quos Reverendus pastor noster non fuit postremus. Etsi enim ob sævitiam adversariorum Ecclesiam suæ curæ commissam deserere cogeretur: tamen munus prædicandi non abjecit, multo minus Eceboli mere confessionem mutavit & ad hostium castra transiit, sed ex agro in urbem nostram receptus frementibus interim adversariis verbum veritatis toto triennio docuit constantissime & fidelissime, donec tandem furor adversariorum eo progrederetur, ut piis ac salutaribus Doctoribus non modo silentium mandarent, sed etiam urbibus dato jurejurando interdicerent expellerentque. Didicerant credo hoc artificium à Juliano Apostata, de quo Sozomenus historicus Ecclesiasticus sic scribit: Julianus clericos & Ecclesiarum præsules à Civitatibus submovere festinabat, studens, ut eorum absentia paulatim Ecclesia, neque sacrorum ministri nec qui docerent, vel qui ministeriis participarentur, existerent, & per hoc longo tempore paterentur propriæ religionis oblivionem. Expulsio autem ista hoc pacto fiebat. Comitia tum Imperii Augustæ Vindelicorum celebraban-

An. 1548.
An. 1550.
An. 1551.
An. 1552.

bantur, quo & paſtor noſter unà cum aliis vocatur, ut coram Imperatore doctrinæ ſuæ rationem reddat. Non poſſum mihi hic temperare, quin piiſſimam uxoris ejus vocem commemorem, quâ maritum abiturientem dimittebat. Non enim ut illa Saturi Confeſſoris uxor, ut apud Victorem legitur, maritum à Confeſſione lachrimis mulieribus retrahebat, ſed potiùs ad eam animabat, & cohortabatur, dicens: Vale dilectiſſime Conjunx, & cave, ne propter me & parvulos noſtros liberos veritatis patrocinium deſeras. Hac fœminea multo autem magis divina conſolatione corroboratus Auguſtam abit; coram Imperatoris Conſiliariis ad præſcriptum diem ac horam ſe ſiſtit, quæritur ab eis de genere doctrinæ ipſius, & ſolicitatur, ut Reformationem animas Interimentem ſuo ſuffragio approbet, & in poſterum ſuam Eccleſiam juxta hanc normam erudiat. At ille Evangelium JEſu Chriſti ſe hactenus docuiſſe nec poſſe ſe aliud doctrinæ genus diverſum, ab eo, ſalvâ conſcientiâ recipere reſpondet. Ob hanc piam & liberam Confeſſionem divino nomine invocato jurare cogitur, ſe neque urbem neque agrum noſtrum ampliùs ingreſſu-

Sabatho ante Bartholomæi 23. Auguſti.

greſſurum. Supplex autem petebat concedi ſibi bidui, aut tridui ſpatium, quo res ſuas priùs domi diſponeret, quàm in exilium iret: præſertim quia uxorem haberet jam partui vicinam. Id, non modo, ſancto viro negabatur, ſed inſuper etiam convicium audiebat; quaſi prolem ex illicito & meretricio concubinatu, genuiſſet: cùm tamen etiam in regno pontificio, caſtiſſime vixerit, & à vitio ſcortationis fuerit alieniſſimus. Juris-jurandi ergò religionem veritus ab urbe & agro noſtro dehinc abſtinet. Qua in re, quæſo ipſius tolerantiam, conſtantiam multasque alias virtutes quæ hic ſimul concurrunt, perpendite. Vir jam grandævus in exilium ire jubetur, quod quam miſerum ſit, norunt ii, qui experimento cognoverunt, relinquit conjugem gravidam, abjicit curam ſobolis, rerum familiarium rationem nullam habet, integri anni ſpacio incertis ſedibus vagatur, ferens nunc imbrem, nunc ſolem, nunc frigus, nunc æſtum, & omnia alia incommoda, quæ viatoribus evenire ſolent. Has omnes difficultates divino auxilio adjutus ſuperavit, & meditatione divini verbi lenivit, id quod vel hinc colligi poteſt, quia inter oberrandum Pſalmum Davidis 121.

cujus initium est, Levabo oculos meos in montem &c. dulcissima explicatione illustravit, quam egomet unà cum multis aliis piis vidi, & summo animi desiderio legi. Non dubito quin assiduè in animo suo volverit suavissimam promissionem Christi, quâ illis qui propter nomen suum uxores, filios, domûs relinquunt centupli restitutionem & vitæ æternæ hæreditatem pollicetur. Fuit & familiare ipsi dictum Cypriani consolatione plenum: *Exul non est qui Christum in mente habet, quia Domini est terra & plenitudo ejus.* Merito igitur si non in album martyrum eum retulerimus, at in confessorum numero propter tot pericula, locum non infimum tribuemus. Etsi vero in hac sævissima tempestate humanitus portum nullum videre, neque finem calamitatum ullum sperare potuit: tamen omnipotens pater, præter omnium hominum opinionem nubeculam, ut Athanasius vocat, depulit, & aliquam serenitatem concessit. Nam postquam aliquandiu Augustæ in Xenodochio docuisset, vinculum juramenti solvitur, & ad nos in hanc urbem revertitur, à vere piis, summo cum gaudio & congratulatione excipitur, ad munus prædicandi redit. Christum & ejus bene-

An. 1552.

beneficia ob oculos nobis pingit, ad fraternam charitatem hortatur, & ut paucis rem absolvam, id unum dies noctesque sedulo satagit, ut cives regni cœlorum nos faciat. Quo quidem in curriculo illud vel præcipuè commendandum mihi occurrit, quod piæ pacis & concordiæ fuit studiosissimus, ad quam fovendam nos suos symmistas, ut meministis, nunquam non hortatus est, & è contra veris gemitibus deploravit distractiones Ecclesiarum, quæ fiunt per eos, qui aut ingenii sui ostentandi causa, aut honorum & ambitionis stimulis exagitati, aut avaritiæ furiis impulsi movent certamina non necessaria, dogmata excogitant nova, ac mox quemvis non jurantem in verba magistri diris devovent, excommunicationis fulmine feriunt, pro cathedra damnant. Horum ille nihil simile, sed controversias summa animi mansuetudine consopivit, sedavit, diremit. Hujus igitur tanti, tamque pacifici viri opera, & ministerio Ecclesia nostra placida quiete per aliquot annos usa est. Vixit enim à sui exilii tempore per decennium, donec tandem vitæ ipsius instaret terminus, cujus præsagium in animo suo cum habuisse vere affirmare possumus. Nam paulo antequam

in

in morbum letalem incidisset, Conciones aliquot publicas de præparatione ad mortem habuit, in quibus populum serio hortabatur, ut quicquid à Domino DEO immitteretur; fortiter ferat, nec jugum Christi, etsiamsi ducat ad mortem excutiat. Hanc cygneam cantionem populo præcinens, etiam sibi ipsi cecinit, seque ea ad mortem, quæ paulo post subsequuta est ita instruxit, ut magno animo illam adiret. Corripitur ergo ejusmodi morbo, unde nulla recuperandæ valetudinis spes supere-
An. 1561. rat, decumbit per octiduum, gravissimos corporis cruciatus absque omni fremitu & indignatione fert, seipsum exercitio verbi Dei subinde consolando. Sæpe enim filio, qui ipsi ægroto ministrabat, selectiora S. Scripturæ dicta recitanda proponebat, quibus ipse piam enarrationem addebat. Nec vero excidisse vobis arbitror, quoties nos illis diebus ad invocationem invitaverit, cui ipse suos gemitus, & vota pro Ecclesia, pro se ipso, & pro orphanis suis semper miscebat. Cum autem octava demum die, quæ erat Stephani protomartyris, naturam vi morbi superatam sentiret, & vox jam nunc ipsum deficeret, postulata charta vacillanti quamvis dextra quasi testamen-

ſtamentum exarabat, cujus duo ſunt capita, primo enim orphanos ſuos nobis inprimis, deinde omnibus piis commendat, rogans, ut eos poſt obitum ſuum in vera religione & pietate curemus educari. Secundo ſui teſtamenti capite fidei ſui confeſſionem repetit, in eaque ſe ad tribunal JEſu Chriſti venturum adfirmat. Paucis poſt horis ſpiritu ſuo in manus coeleſtis patris commendato placide obdormit, annos natus 65. menſes duos cum totidem diebus. Dignum etiam memoria eſt, quod retulerunt nobis ii, qui morienti adſtiterunt. Teſtantur enim illum in extremo agone, & in ipſo vitæ exitu, dextram aliquo modo in altum ſublevaſſe. Quo geſtu procul dubio ſignificare voluit, ſe cum Divo Stephano videre gloriam Dei & JEſum ſtantem à dextris Dei, qui finem jam dolorum ſuorum ſit facturus, & ipſum ex hac miſera ac ærumnoſa peregrinatione in coeleſtem patriam ſuſcepturus. Proinde ſine dubio anima ipſius æterno jam fruitur gaudio. Juxta dictum Apocal. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Corpus vero poſtero die, quo Johannis Apoſtoli memoria celebratur, honorifice multo cum luctu & lachrymis totius Eccleſiæ, ſicuti ſcitis omnes,

ſe-

sepulchro commissum est, ubi gloriosam Salvatoris apparitionem, & resuscitationem exspectat, ut fiat σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης Ἰησοῦ Χριστοῦ, sicut Paulus loquitur. Audivistis breviter Reverendi viri fratresque in Christo dilecti, cursum totius vitæ optimi viri Bartholomæi pastoris nostri vigilantissimi. Qui cum fruatur dulcissimo conspectu & consuetudine DEI, Filii ejus Domini nostri JEsu Christi, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum adeoque omnium, qui à condito mundo ex hac vita discesserunt, electorum, ipsi quidem gratulamur tam foelicem migrationem, sed nostra causa dolemus. Nos enim magno ornamento privati sumus. Verum cum divinæ voluntati resistere nefas sit, nos memores ejus testamenti orphanos commendatos nobis habeamus, & patris mores, pietatem, studia, Vigilantiam, patientiam, inprimis vero amorem piæ concordiæ imitemur, quem cum ipso inter nos hactenus multis annis sua authoritate retinuerit, quæso, ne intestinis rixis rumpamus, sed inviolatum ad posteros conservemus. Quo officio, nullum vel illi emortuo gratius, vel Ecclesiæ utilius fecerimus.

Dixi.

XI.

XI.

DISSERTATIONIS
DE
LIBRIS RARIORIBUS CONTINUATIO.

IN ſecunda noſtræ opellæ parte p. 321. ff. extat diſſertatio de libris rarioribus variisque raritatis eorum cauſis: ſed tenue duntaxat ſpecimen nos ibi exhibituros eſſe profeſſi ſumus, ſenſim ſenſimque adaugendum; quo minus mirandum eſt, multa ab aliis ei adjici poſſe, ſicuti & nos haud pauca, ab aliis, qui idem argumentum tractarunt, omiſſa annotavimus. In Memorabilibus quoque Bibliothecæ Perilluſtris Domini RAYMVNDI DE KRAFFT cum rariores & præſtantiores editiones Biblicas (a), tum libros chartæ pergamenæ impreſſos (b), nec non opera ab artis typographicæ primordiis ad annum usque CIↃ IↃ. typis exſcripta (c), & alia rarius obvia (d), quæ

(a) Amœnit. lit. Tom. III. p. 24. ſqq.
(b) l. c. p. 119.
(c) p. 121. ſqq.
(d) p. 144. ſqq.

quæ in isto thesauro adservantur, enarravimus. Nunc jucundum hoc, nec minus utile, argumentum continuatum dabimus, observatis, sicubi nobis cognitæ fuerint, raritatis caussis, de ordine non adeo solliciti.

1. Libros omnium rarissimos esse eos, qui primis typographicæ artis rudimentis annumerandi veniunt, in confesso est. Eorum quosdam alibi jam recensuimus (*e*). Nunc addimus, aliquot etiam ornare Augustam Bibliothecam Guelpherbytanam, quæ præterea omnis generis cimeliis literariis instructissima est. Eleganter, uti solet, de iis disseruit Janus Gregorius Betulius, vel potius Celeberrimus Burkardus in Epistola, qua C. H. E. D. Relationem de Itinere suo Anglico & Batavo examinavit, p. 69. sqq. Ibi inter hujus generis libros retulit etiam unum, Augustæ Vindelicorum excusum, cujus inscriptio hæc est: *Das nach geschrieben Buch von der Hand hatt zu Teutsch gemacht Doctor Hartlieb durch Bett und Heissung der durchleichtigen hochgebohrnen Furstin Frow Anna gebohren von Praunschweigg Gemahel dem tugentreichen hoch-*

(*e*) Tom. I. p. 1. II. p. 327. IV. p. 293.

geloptem Furften Hertzog Albrecht Hertzog zu Bairen und Graff zu Voburg: Das ift gefchehen am Fritag nach conceptionis Maria virginis gloriofis: 1448. fol. In fine verò, & in extremo plane paginæ legi: *Irog Scapff zu Augfpurg*, meminit Vir doctiffimus; verum, quod ejus pace dixerim, anni 1448. nota haud indigitare mihi videtur impreffionis, fed fcriptionis tempus, quo fcilicet ad finem perductum fuerit & Germanica vefte indutum opus ab Hartliebio, cujus curæ illud Anna, Bavariæ Ducis Conjux, demandaverat. Neque enim verifimile eft, tam cito translatam effe Auguftam auream artem, quæ tum adhuc vel Argentorati, vel, quod magis placet, Moguntiæ in cunis vagiebat. Præterea contra tantam vetuftatem pugnat, quod, ipfo obfervante Cel. Burckardo, utrique paginæ, ut hodie fieri folet, typi fint impreffi; quum in reliquis altera femper vacua relicta fit, cui tamen alterius folii impreffa pagina plerumque eft agglutinata. Ipfa infuper verba editoris meæ fententiæ patrocinantur: *hatt zu Teutfch gemacht Doctor Hartlieb — — Das ift gefchehen* — 1448. Idem fere de Leonardi de Ubino Sermonibus notavit

Mich. Maittaire (*f*). Cæterum quem ibidem p. 72. laudatus Burckardus memorat librum, typos & antitypos Vet. & Nov. T. pertractantem, idque Germanico sermone, plurimis adjectis figuris, ex latino illo opere, cujus vetustissimum exemplum, inter ipsa typographiæ initia impressum, Bibliothecam Krafftianam ornat (*g*), in vernaculum idioma translatum esse suspicor.

2. Diximus quædam Part. III. p. 145. sqq. de Rituum Ecclesiasticorum Romanæ Ecclesiæ libris, jam nonnulla, eorum historiam concernentia, adjicienda sunt. Petrus Paulus Vergerius (*h*) hæc de iis refert: *Quoniam scio — Ceremoniale non esse adeo multis notum, audi pauca de eo. Titulus est: Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ rituum seu sacrarum cæremoniarum Libri sex. Semel tantum fuit typis excusus Venetiis, curante quodam prædivite ex Capellorum familia; avaritiæ causa, mercatore, cui nomen fuerat Sylvano, Anno M. D. XXVI. Quod Cle-*

(*f*) Annal. Typogr. Tom. I. p. 25.

(*g*) vid. Tom. IV. p. 293. sqq. ubi ejus notitiam & specimen exhibui.

(*h*) in Præfat. libelli, hac inscriptione insigniti: Cur & quomodo Christianum Concilium debeat esse liberum.

Clemens Papa VII. cum (ut erat astutus) valde iniquo tulisset animo, supprimenda ea exemplaria, ac ne deinceps excuderentur, severissime imperavit. Et propterea rarus inventu est. Bis hic errasse mihi videtur Vergerius: primo, quod sex libris opus absolvi scribat, cum tres tantum sint, nisi forte ei, quam memorat, editioni accesserint etiam Paridis Crassi de ceremoniis ad Episcopum Cardinalem spectantibus libri, quorum tamen duo duntaxat sunt: deinde quod prima vice eos libros A. MDXXVI. prodiisse in lucem existimet, cum aliter se rem habere ex hujus opellæ parte III. p. 145. pateat. Ait vero l. c. Vergerius, se Tubingæ recudendam curasse primam ejus libri partem, in qua de Paparum electione agitur, speratque fore, ut propediem reliquæ etiam partes e cavernis ac tenebris in lucem protrahantur. Cum libellus mihi ad manum sit, rariusque occurrat, ut omnia Vergeriana, integrum ejus titulum exhibere haud piget. *Ordo eligendi Pontificis & Ratio. De Ordinatione & Consecratione ejusdem. De Processione ad Ecclesiam Lateranensem. De solenni convivio, quo Cardinales, Episcopos atque alios excipit. Tum de Pallio de corpore*

 beati

beati Petri sumpto, in quo est plenitudo pontificalis officii. Omnia excerpta verbum verbo ex libro, cui titulus: S. Ro. Ecclesiæ Cerimoniarum libri sex, qui in Vaticana secretiore Bibliotheca magna religione & reverentia conservatur. Reliqua etiam quæ illic in hoc genere latebant brevi evulgabuntur. Tubingæ Anno M. D. LVI. in forma quadruplici. In epistola dedicatoria ad Albertum Marchionem Brandenburgensem seniorem ac Ducem Prussiæ paucissimos scribit quid in hoc Cerimoniali contineatur nosse, vix enim alibi quam Romæ reperiri; quin Romæ quoque paucos esse, qui norint, quod nimirum ejus pudeat, ac proinde celare quantum possint conentur. Post dedicationem operi præfixa est figura, æri incisa, Joannæ Papissæ inter Cardinalium brachia parientis, fortassis eadem, quam cum Cardinalis Veneti libello de laudibus Sodomiæ (*i*) fasciculo literarum, Car-

(*i*) Vel potius Capitolo di M. Giovanni della Casa sopra il forno, recuso in Observat. Select. Illustr. Nic. Hieron. Gundlingii Tom. I. ex rarissimo libro, cui hic titulus est: *Il primo libro dell' opere Burlesche di M. Francesco Berni, di Messer Gio. della Casa, del Varchi, del Mauro* &c. Venet. A. 1564. Peculiari simul observatione p. 120. sqq. Vir celebratissimus infamiæ

Cardinali Borbonio inſcriptarum, incluſit Vergerius, de qua re ſingularia quædam commemorat Clar. Fiſchlinus (*k*). Integrum iſtud opus ceremoniale Venetiis quoque per Juntas A. M D LXXXII. in quarti ordinis forma recuſum fuiſſe, ex Catalogo Bibliothecæ Cardinalis Imperialis f. 312. didici. Cæterum Paridem Craſſum, vel de Graſſis, quem adeo ægre primam hujuſce operis editionem tuliſſet. l. c. oſtendi, minus recte in Lexico Univerſali Hiſtorico Lipſienſi *Pariſienſem* vocari, erroris anſa ex Viri prænomine accepta, obſervavit Vir Celeberrimus, Jac. Chriſtoph. Iſelius. (*l*).

3. *Concilium non modo Tridentinum, ſed omne Papiſticum perpetuo fugiendum eſſe omnibus piis. Autore Vergerio.* Anno M. D. LIII. in 4. Hoc in libello continentur 1. Receſſus Comitiorum Auguſtanorum An. 1548. quo præſcribitur forma, juxta quam celebrandum fuiſſet Concilium Tridentinum. 2. Receſſus Comitiorum Au-

famiæ notam a Caſa, quod ſcilicet παιδεραστίας crimen defenderit, feliciter abſterſit.

(*k*) In Supplementis ad Memorias Theologorum Wirtembergenſium. p. 117. ſq.

(*l*) In Præfatione Lexici Univerſalis Baſileenſis fol. 13.

Augustanorum An. 1551. de eadem re. 3. Bulla Indictionis Julii III. tota insidiosa. 4. Prior salvus Conductus Concilii Tridentini. 5. Salvus Conductus Basiliensis Concilii. 6. Alter salvus conductus Tridentini. 7. Duæ Cæsaris literæ de Concilio Tridentino. 8. Canon ex veteribus Paparum libris, quinam habeant vocem deliberativam in Conciliis. 9. Juramentum Episcoporum. 10. Juramentum Paparum. 11. Canon, quod Concilia fiant singulis decem annis. 12. Canon, quod non servetur fides hæreticis. 13. Historia de Hieronymi Pragensis supplicio a Poggio Florentino scripta. 14. Indictio a Paulo Papa III. facta, qua Germanos diserte appellat Hæreticos & infideles. 15. Catalogus hæreticorum D. Joannis Della Casa legati papalis, qua idem agitur. 16. Punctum Bullæ Julii III. Papæ, qua prohibet Episcopis (nempe judicibus Concilii) lectionem librorum hæreticorum. 17. Punctum ex libro Mutii a Julio Papa III. approbato, qui affirmavit Papam ipsum habere Germanos non solum pro hæreticis & infidelibus, sed pro sceleratissimis, ebriosisque hominibus, & nullo modo eos auditurum esse in Concilio, sed illis inauditis comprabaturum

omnes

omnes suas regulas & consuetudines hactenus observatas. 18. Protestatio Henrici II. Regis Gallorum Concilio Trid. facta, qua affirmat nolle illud agnoscere pro legitimo & universali. *Hæc ita erant sparsa*, verba sunt editoris, *ut ea boni viri non facile possent habere in promptu, & cavere a captionibus & insidiis Paparum & Conciliorum eorum. Itaque ob hanc causam Petrus Paulus Vergerius, JEsu Christi servus, putavit colligenda, scholiis illustranda, & in hunc libellum redigenda ad gloriam* Dei. Locus impressionis indicatus haud est, at Tubingæ prodiisse, typi evincunt. Alibi (*m*) Vergerius opusculum hoc Bernæ apud Helvetios primum, postea & Tubingæ excusum esse, seque de eo cum aliis quibusdam recudendo cogitare scribit.

4. *Cur & quomodo Christianum Concilium debeat esse liberum, & de Conjuratione Papistarum. Cum Præfatione P. P. Vergerii. Impressum Viteberga primum A.* 1537. *ac denuo Regiomonti per Joannem Daubmannum* A. 1557. in 8. In Dedicatione ad Jo. Aurifabrum ita fatur Vergerius:

(*m*) In Præf. opusculi, cujus num. 4. mentionem facio.

rius: *Cum me videres solicite indagantem, quinam libelli hoc tempore essent recudendi, qui in conventu Varsoviensi promovere causam D. N. JEsu Christi contra furentissimos ipsius hostes nonnihil possent: istum tu ad me misisti, cui titulus est,* De Conjuratione Papistarum, *& adjecta schedula sciscitatus es, viderimnè eum libellum antea, nec ne. Quare historiolam accipe pro responso, & num viderim intelliges. Ego ille ipse Saulus fui, ille inquam Pauli Papæ III. præclarus internuncius, qui concilium Mantuanum per totam Germaniam magno supercilio jactabam. In me igitur, atque adversus meam legationem, immissus fuerat libellus, a quo sentiebam non mediocriter turbari atque impediri rationes meas. Cum enim Sacri Romani Imperii Principibus, cæterisque Ordinibus anxie promitterem, Paulum III. Concilium propediem celebraturum, ut scilicet eos a nationali (quod tunc valde timebatur) celebrando abducerem, sæpius in illis actionibus audiebam quasdam subobscuras voces, quæ mihi nescio quæ juramenta, præsertim Episcoporum, objiciebant. Quare, cum id, quod res erat, metuerem, diligentissimeque investigarem, tandem deprehendi libellum, ac veluti catellum quendam, qui me allatrabat atque prodebat. Tacebam*

enim

enim ego astute, neque qualis futura esset Concilii forma indicabam. At hic libellus videbatur clamare, cave credas isti Legato ullisve Papistis, Germania. Fecerunt enim conjurationem contra veram Dei Ecclesiam, quæ tibi tantopere cordi est. Quid quæris Aurifaber? Feci quod in Schola Paparum didiceram. Nempe jussi conquiri & colligi quotquot inveniri potuerunt ejus libelli exempla, atque in ignem conjici, conjecturus multo libentius autorem ipsum (qui nimium mihi in dicendo vehemens fuisse, ipsumque jugulum causæ petiisse videbatur) si licuisset. Ita eram amaro zelo & persecutor Ecclesiæ Christi pessimus. Habes historiam. Audis me novisse, atque etiam bellum gessisse cum libello. — — — Cæterum permitto tuo, cui merito permultum tribuo, judicio, num interea hic libellus Regiomonti videatur recudendus. Mihi quidem videtur omnino. Habet enim & is suas utilitates. Deinde cum ego, ut dixi, multa ejus exempla flammis aliquando absumenda tradi curaverim, atque ita multos pios homines ejus lectione fraudaverim, decet me saltem totidem de meo instaurare, atque Ecclesiis reddere. Talis satisfactio prorsus pia ac debita est.

5. Itidem curante Vergerio typis exscriptum esse libellum arbitror, cujus titulus est: *Vide quid Papatus sentiat de Illustrissimis Germaniæ Principibus, ac de liberis Civitatibus, quæ Evangelio nomen dederunt. Inprimis quid de tota nostra doctrina & de ministris Ecclesiarum. Vix fuere unquam scripti ulli famosi libelli atrociores & truculentiores.* Anno M. D. LVI. in 8. Excerpta heic exhibentur e libro Italice scripto, cujus

Verba velut tinctum singula virus habent:

Q. scilicet Jacobo Moronessæ, Monachi Cælestini Typo Martini Lutheri, cum privilegio Papæ & Reip. Venetæ edito Venetiis apud Gabrielem Jolitum de Ferrariis & Fratres A. M. D. LV. En tibi speciminis gratia quosdam ex eo flosculos! Pag. 3. ita Moronessa maledicentissimus: *Dicturus sum in hoc libro de moribus, de vita, de doctrina & de morte Martini Lutheri, monstri horribilis Saxoniæ, fugiendum non solum a nobis Christianis, sed etiam ab omnibus Barbaris & Scythis, imo etiam a dæmonibus inferni, tanquam hostem naturæ, proditorem patriæ pestem proprii sanguinis, inimicum totius humani*

mani generis, æternam mortem sui ipsius, & omnium qui illum sequuntur. Pag. 77. *Quid est Lutherus nisi idolum abominationis, manifestus infidelis, bestialissimus belial, caliginosa nox errorum, nequitia absoluta, via non minus perniciosa quam nova, domus certissima mortis, verus spermologus, hoc est, novorum verborum & legum somniator, fictus & novitius Christianus, Apostata, Sacrilegus, Adulter atque ambitiosissimus, qui tandem repentina & subitanea morte sublatus est.* Pag. 290. audit ipsi beatus Lutherus instrumenmentum diabolicum, vas damnationis, arca ignorantiæ, scandalum orbis notabile: pag. 305. templum superbiæ, fornax avaritiæ, sentina luxuriæ, fluxus & refluxus gulæ: pap. 313. animal brutum, bestia silvestris, monstrum ingens & horrendum, superans omnes mortales omni magno scelere: pag. 332. apostata, ambitiosus, sacrilegus, indoctus, adulter, impius, homicida, proditor sui ipsius & suorum omnium, perfidus, invidus, irreligiosus, sentina omnis turpitudinis, mulus, equus, serpens mortiferus, monstrum cornutum, horrendum, immensum: pag. 337. pestis Germaniæ, damnatio suæ sectæ, hæresiarcha seculi sui, corruptor mentium Catholi-

tholicarum, initium bellorum civilium, suscitator sepultarum hæresium, idolum abominationis, præcursor Antichristi, & paulo minus quam Antichristus: pag. 339. nequam, sceleratus, reprobus, barbarus & crudelissimus homuncio, indoctissimus, bestia insensatissima, draco venenatissimus, pestis mundi, insidiæ animarum, latrocinium vitarum: pap. 362. fumus omnium sepultarum hæresium, generalis præfectus locustarum, princeps abyssi: pag. 394. servus Satanæ, organum diaboli, tenebræ divinarum literarum, fructus perniciosissimus, pestis Christianismi, damnatio infinitarum animarum, venenum consanguineorum & vicinorum suorum: pag. 395. apostata nequam, verus partus diaboli, singularissimum idolum abominationis, stans in loco sancto. Pag. 400. his utitur verbis: *Lutherus constanter persuasit incestum & sacrilegium, non solum laicis, sed etiam religiosis: & confisus latibulis Germaniæ, clamabat contra vicarium Christi, vixitque in gratia omnium Herodum & impudicarum Meretricum Germaniæ.* Pag. 431. *Conversatio Lutheri fuit summe hæretica: in conclavi, ubi mortuus est, neminem voluit præsentem nisi ferociores, & magis male-*

maledictos hæreticos, qui sint in Germania, Jonam & Michaëlem, veros secretarios suæ diabolicæ doctrinæ. Voluit illic etiam adesse duos filios, veluti hæredes ejusdem doctrinæ, & Comitem suum Dominum, & Comitissam suam Dominam, veluti defensores ejusdem diabolicæ doctrinæ. O quæ familia, quam fideles socii, quam suavis consuetudo! Talis fuit Macarii, Benedicti, Francisci Seraphici? Tandem mortuus est hæretice, nam illud verbum, quo usus fuit: Sic Deus dilexit mundum! *in fœtida latrina oris sui horribiliter putebat pravitatem hæreticam: nam voluit inferre, quod Christus datus fuit mundo, ut solus pateretur pro peccatoribus, qui salvarentur solis meritis & passione Christi, non autem per ulla propria merita, sicut ipse fecit, qui nullum verbum dixit de pœnitentia &c.* Scilicet commune fatum habuit Megalander noster cum divo Paulo, de seipso suisque συνεργοις testante: ὡς περικαθαρματα τȣ κοσμȣ ἐγενηθημεν, παντων περιψημα ἑως ἀρτι. 1. Cor. IV. 13. & cum primis Christianis, tot conviciis, tot morsibus a gentilibus laceratis, quibus teste Terrtulliano (*n*) *Christianus*

(*n*) Apologet. Cap. II. De calumniis Paganorum in veteres Christianos sparsis integro tractatu, Kilonii A. 1668. in 4. edito, egit Christianus Kortholtus.

stianus homo erat *omnium scelerum reus, Deorum, Imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicus.*

6. De editione prima *Canonum Concilii Tridentini*, quæ Bibliothecam Perillustris Dni. de Krafft decorat (*o*), hæc habentur in Sagittarii Introductione ad Historiam Ecclesiasticam (*p*): *Canones ac Decreta hujus Concilii primum Romæ* CIↃ IↃ LXIV. *in fol. a Paulo Manutio publica cum autoritate & complete prodierunt*, — — *Editio hæc rarissima, & charo olim pretio in Gallia vendita. Et quanquam additum sit Pontificis privilegium, gratiam tamen apud plures hac editione non iniit Manutius, utpote intempestiva. Differt hæc sæpe ab aliis, typosque præfert majusculos ac nitidissimos, atque extat in Bibliotheca Guelphica.*

7. *Andreæ* Dudithtii *de Horebovizza, quondam Episcopi Quinque-ecclesiensis, Oratoris & Consiliarii Cæsarei, Orationes in Concil. Trident. habitæ, Apologia ad D. Maximil. II. Imp. Commentarius pro conjugii libertate. Cum appendice Epistolarum DD. Impp. & PP. German. orationum ac scriptorum*

(*o*) Vid. Tom. III. p. 154.
(*p*) Tom. II. p. 1444. edit. D. J. A. Schmidii.

rum aliquot de communione sub utraque specie, connubio sacerdotum, ecclesiæ reformatione, Synodique Trident. potiss. actionibus. Edita studio ac opera D. Quirini Reuteri Palatini, Profess. in Academia Heidelbergensi. Offenbachi A. CIƆ IƆCX. in 4. Hic liber in Sagittario-Schmidiana Introd. ad Hist. Eccles. T. II. pag. 1442. rarioribus annumeratur. Dilucidius ejus contenta exhiberem, cum mihi sit ad manus, nisi id factum jam esset a summo Viro J. A. Fabricio *(q)*.

8. *Victorii Siri Historia annorum* 1640. *sqq.* in laudata Introductione (*r*) rarissimum opus vocatur.

9. *Jo. Cochlæi Historia Hussitarum*, Moguntiæ A. 1549. in fol. excusa ibidem (*s*) dicitur rarum at virulentum scriptum.

10. De *Petri Martyris Anglerii Epistolis* ita *Bæclerus (ſſ)* ad Bar. de Boineburg. *P. M. A. M, Epistolæ multæ frugis sunt, sed intelligentibus. Displicet autem editorum consilium tam pauca exemplaria & parca ma-*

nu

(*q*) in Bibliothecæ Græcæ Volum. XI. p. 706.
(*r*) Tom. II. p. 131.
(*s*) l. c. p. 265.
(*ſſ*) in epistola, Argentor. A. 1670. d. 12. Maji data, e qua excerpta exhibet Cel. Struvius in Actis literariis Tom. I. Fasc. VI. p. 23.

nu publicantium, ut semper rarus maneat liber. Patinus Medicus Parisiensis exul hic excudi curavit numismatum antiquorum Tomum. Videtur vir valde bonus esse, & in re numaria vetere promptus, medicus quoque eruditus, cui debetur etiam editio novissima P. M. A. M. epistolarum. Illæ notæ singulis epistolis præfixæ notant Petrum Martyrem Anglerium Mediolanensem. Epistolarum ipsarum tria tantum exemplaria ad nundinas Francofurtenses allata, & unum statim te occupasse retulit Simon Pauli.

11. Idem in Bibliographia Critica (*t*) *Huc pertinent Navigationes*, ait, *in Indiam Orientalem omnes, ad* 40. *vel* 50. *hodie rarissime omnes simul haberi possunt*, &(*u*): *Navigationes Americanæ plurimæ cum figuris æneis seorsim editæ; sed raro haberi possunt.*

12. Idem l. c. p. 767. *Hanc laudem* (*quod sint optimæ*) *habent omnes editiones Latinæ Patrum ab Erasmo procuratæ, quæ propterea in Gallia etiam & Italia ambiuntur, & magno ære redimuntur.*

13. *Missale*

(t) edit. Krausianæ p. 394.
(*u*) l. c. p. 396.

13. *Missale secundum ritum Ecclesiæ Bremensis*, Argentorati A. MDXI. fol. auspiciis Joannis, Archiepiscopi Bremensis editum adeo rarum esse scribit Cel. J. H. von Seelen (*x*), ut testetur Dietericus a Stade, quod per 42. annos, quibus eo tempore Secretarii in Consistorio Stadensi munere functus erat, unum tantum ejus exemplar videre sibi licuerit. De hoc Missali laudatus Stadenius in præfatione Manuali Ecclesiastico, *Kirchen-Hand-Buch*, Stad. 1710. 8. Maj. edito, præfixa consulendus est.

14. *Otfridi, Monachi Weissenburgensis, Evangeliorum librum: veterum Germanorum Grammaticæ, poëseos, theologiæ præclarum monumentum*, de quo Tom. III. p. 19. sqq. disserui, *a Flacio Basileæ* M. D. LXXI. *in* 8. *vulgatum*, inter rariores libros rarissimum nuncupat Seelenius (*y*), eumque ex hac editione totum suos in usus descripsisse Stadenium memorat. Exemplar Otfridi edit. Flac. quod fuit in Bibliotheca Gudiana, magno pretio redemisse C. S. Schurzfleischium, in Vinariensem Biblio-

(*x*) in Memoria Stadeniana p. 129.
(*y*) l. c. p. 62.

thecam inferendum, idem refert (z). Qua occasione Lectoribus meis nunciandum est, prelum jam Ulmæ strenue exerceri in excudendo B. Schilteri Thesauro Antiquitatum Teutonicarum, in quo Otfridus agmen ducet.

15. Codicem Biblicum, dialecto Saxoniæ inferioris Lubecæ MDXXXIII. fol. typis exscriptum valde rarum appellat Seelenius (a), dataque opera de eo in Selector. Literar. Specim. V. egisse se ait.

16. *Merici Casauboni Commentatio de quatuor Linguis, Pars I. Londini* 1650. in 8. *Ut rarus hic liber*, verba sunt sæpe laudati Selenii (b), *in quo de Hebraica & Saxonica Linguis (pars enim posterior de Græc. & Lat. Ling. nunquam edita est) docte disseritur, aliquando cum accessionibus quibusdam recudatur, dabo operam, si vitam dederit & vires Numen benignissimum.*

17. *Bonaventuræ Vulcanii Opus*, quo *de Literis & Lingua Gothorum* agit, & variarum Linguarum specimina exhibet, Lugd.

(z) l. c. p. 68.
(a) l. c. p. 70.
(b) l. c. p. 77.

Lugd. Bat. 1597. in 8. editum, rariſſimum idem appellat (*c*).

18. De *Gudmundi Andreæ Lexico Islandico*, ſive Gothicæ Runæ vel Linguæ ſeptentrionalis Dictionario, quod in lucem produxit Pet. Jo. Reſenius, Hafn. 1683. in 4. maj. idem vir eruditiſſimus conferatur (*d*).

19. *Paræneticorum veterum Pars I. cum notis Melchioris Haiminsfeldii Goldaſti.* Adjectæ Cunradi Rittershuſii JC. conjecturæ in Panegyricos veteres. Inſul. ad Lac. Acron. 1604. in 4. Secunda pars lucem haud vidit. De hoc libro ita Jo. Riddarſtierna Hamb. d. 19. Dec. 1694. ad Stadenium (*e*): *Verlange von dem Hn. Secretario einige Nachricht, wo doch des Goldaſti Parænetici Veteres zu finden, und wann ſie getrukt, qua forma, an ſeparatim, an vero junctim cum aliis Goldaſti operibus. Denn ich ſie tauſendmal geſucht in Bibliotheken und nachgefragt, aber niemals können zu ſehen bekommen.* Cui Stadenius A. 1694. d. 24.

 Dec.

(*c*) l. c. p. 84. de hoc libro conf. omnino l. c. p. 322. ſqq.

(*d*) l. c. p. 85. ſqq.

(*e*) l. c. p. 188.

Dec. præter alia respondit (*f*): *Nactus ego sum hanc partem primam ex Bibliotheca Conringiana, & profecto non vili pretio, quia in bibliopolis non reperitur, nec nisi semel separatim est edita.*

20. *Simonis Pauli Miscella Lectionis antiquæ* Argentor. 1670. in 8. impressa rarissimum librum nominat Seelenius (*g*).

21. *Gysbert Japix Friesche Rymlerye, in trye dielen forschaet*, librum Lowardiæ 1681. in 4. publicatum, rarissimum tum alibi, tum in ipsa Frisia esse testatur idem (*h*).

22. *Das Helden-Buch mit synen figuren.* Hagen. A. M. D. IX. fol. Raro obvius liber eidem audit (*i*).

23. *Joannis Cotovici*, Ultrajectini, militis Hierosolymitani, *Itinerarium Hierosolymitanum & Syriacum*, Antverpiæ 1619. in 4. maj. editum, rarum hodie monumentum vocat Jo. Oldermannus (*k*).

Ex

(*f*) l. c. p. 191.

(*g*) l. c. p. 95.

(*h*) l. c. p. 98.

(*i*) l. c. p. 99. ibidem in sequentibus alii quoque hujus generis libri rariores memorantur.

(*k*) in Programm. de Geographiæ Græcæ lumine in veterum autorum monumentis legendis, p. 9.

Ex epiſtolis Thomæ Reineſii, ſummi Polyhiſtoris, ad J. A. Boſium cognovi, illum avide quæſiviſſe ac deſideraſſe hunc librum, tandemque ab hoc obtinuiſſe. Nuper & ego potitus ſum.

24. *Martini Buceri ſcripta*, ipſo auctore curante *in Germania*, ſenſim ſenſimque *excuſa*, haud facile obvia ſunt, magni merito æſtimanda. De iis ita Gerh. Jo. Voſſius (*l*) ad Hugonem Grotium Amſtelod. 1642. d. 17. Junii inter alia ſcripſit: *Conſulendæ ſunt editiones illæ, quas nobis Germania produxit: non quæ ex ſententia Calvini caſtratæ prodierunt Genevæ. — — Cum vero omnia fere Buceri ſint moderatiſſima, tum imprimis præfatio in Commentarios ſuper quatuor Evangeliſtas in editione Argentoratenſi* A. M. D. XXX. *quæ & ipſa præterita in editione Rob. Stephani Anni* CIↃIↃLIII. Exempli gratia ibidem Voſſius producit locum e Buceri Commentar. in Pſalmum II. qui in editione Rob. Stephani A. CIↃIↃLIV. caſtratus ac interpolatus legitur. Scripta quoque ejus Anglicana, quæ ſingulari volumine Conradus Hubertus, Buceri quon-

(*l*) in Epiſtolis, Auguſtæ Vindel. recuſis A. 1691. fol. 447.

dam per annos XVIII. administer, evulgavit Argentorati A. MDLXXVII. rariora esse testatur Summe Rever. D. Alb. Meno Verpoortenius (m).

25. *Classicum belli sacri adversus Hugonem Grotium Papistam ab omnibus Lutheranis suscipiendi decantatum a Jo. Seyfferto Ulmensi*, & secunda vice impensis auctoris A. 1643. in 8. editum ita disparuit, ut rarissime conspiciendum se præbeat. Libellus est exiguus, tribus tantum plagulis constans, Axelio Oxenstirnæ, tum Sueciæ Archicancellario inscriptus, ex meris convitiis, iisque atrocissimis in Grotium, Virum sui nominis & vere magnum, & forte etiam nugis consutus. Non equidem ignoro, esse, quæ jure in Grotio Theologi puriores desiderent: interim haud quaquam meo probare possum calculo istum adversarios, tantis alias meritis conspicuos, confellendi modum, quo usus est Seyffertus. Accipe quædam ejus maledicentiæ specimina, e quibus de reliquis judicare facile poteris. Pag. 5. ipsi Grotius vocatur lupus, Cupido inverecundissimus & pro-

(*m*) in Commentatione historica de Martino Bucero. p. 50.

propudiosissimus, Babelicæ Veneris conciliator. p. 7. Abaddon, furiosus Satanæ Apostolus, Rex locustarum infernalium, cujus sanguinem canes lincturi sint, id est, satyricorum festivissimorum exquisitissimi, cantilenis & emblematibus Grotio parentaturi, cujus arma lotrices cauponæ loturæ sint, hoc est, cujus libri adversus orthodoxiam dissеminati, detergendis Analyticis posterioribus Aristotelis adhibendi, aut seplasiariis inservituri sint: pag. 9. molitoris animalculum, leonina pelle, tragico fastu superbiens, aurium prominentia & vocis ruditu proditum: p. 11. canis: p. 15. asinus pollentissimo onere gravatus, nugator magnus, major, maximus: p. 25. androgynus, proditor execrandus &c. pag. 40. literas ad Hengerum datas his verbis obsignat: *Vale, & Papistæ Grotio maturam mortem mecum imprecare.* De hoc libello ejusque auctore ita Gerh. Joh. Vossius (*n*) Amstelod. 1642. 3. Non. Novembr. ad Andream Rivetum: *Nescio, an videris Ulmensis illius maledicentissimum ac omnis violentiæ plenissimum scriptum, quod hic adversus Grotium prodiit. Homo is docentem me audivit, ut*

(*n*) in Epist. CCCCLXV. f. 456. Part. I.

ajunt, qui norunt. Atque aliquis, qui a pluribus novit annis, mira mihi narrat de vita hominis anteacta. Liberalissimus est in donando quæ scripsit, sed hactenus me ne compellavit quidem, ϰ̓ ὀ Φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. *Vellem non abusus esset parte litterarum tuarum, quam opusculo præmisit, quasi patrocineris tot mendaciis, quæ nihil ad* Ecclesiæ *negotium. Tales magis causæ obsunt, quam juvant. Et video hominem fanaticum nec assis hic fieri, nec ab aliis, ni qui similes amant labris lactucas. Egone istud probarem dicendi genus, qui (quod hic promere liceat) ne in amicissimo quidem, & multis partibus ut doctiore, sic modestiore, probare potui quod tam multa inspersisset, quæ nihil ad causam pertinerent? Quale illud* περὶ ἀποςασιας *non ecclesiastica, sed civilis.*

26. *Jo. Baptistæ Crispi Gallipolitani Quinarius primus de Ethnicis Philosophis caute legendis.* Romæ. 1594. fol. Summe rarum esse hunc librum, paucissimisque, imo ne maximis quidem librorum helluonibus, visum ostendit πολυμαθεςατος Heumannus, qui eum quoque copiose & curate recensuit (*o*), tantæ raritatis causam esse

(*o*) Act. Philos. Volum. II. p. 922. sqq.

esse judicans, quod confuse admodum atque invenuste scriptus paucos emtores repererit. Possidet hoc opus amicissimus meus Bruckerus, qui raritatis originem ex odio eorum, qui conciliationes Scripturæ S. & philosophiæ gentilis instituerunt, præsertim Ficini & Steuchi, in quos sæpe insurgit Crispus, facilius derivandam esse in literis ad me datis censet.

27. *Comitis Scipionis Agnelli Disceptationes deideis in tres libros distributæ, Venetiis.* 1615. in 4. Librum hunc rariorem esse & in paucorum manibus ait Morhofius (*p*). Recenset eum eleganter, uti solet, Clar. Brukerus (*q*).

28. *Augustini Steuchi Eugubini opus de perenni philosophia*, Basileæ A. 1542. in 4. editum libris rarioribus accenset laudatus modo Bruckerus (*r*). Quanti istud fecerit Julius Cæsar Scaliger, ex vita ejus, a filio Josepho descripta, cumque aliis biographiis a Guilielmo Batesio Londini

 A. 1681.

(*p*) Polyhist. liter. Tom. II. L. I. C. 7. p. 41.

(*q*) in Historia philosophica doctrinæ de Ideis p. 74. sqq.

(*r*) in præfat. Historiæ Philos. doctr. de Ideis præmissa.

A. 1681. vulgata, patet, ubi p. 413. hæc inter cætera Leguntur: „ In Atheos, quorum „ illud seculum feracissimum erat, inex„ piabili odio flagrabat. Petrus Rufus Con„ siliarius Aginnensis, qui illi ob doctrinam „ charissimus erat, ut qui & summus Pe„ ripateticus & juris civilis Romani con„ sultissimus esset, hoc morbo animi labo„ rabat. Nunquam cessavit, donec ami„ cum sæpe convivio adhibitum, aut di„ sputationibus confectum, aut precibus „ delinitum, ad meliorem mentem revo„ casset, tradito illi Augustini Eugubini de „ perenni philosophia opere, quod illi vi„ am ad veri Dei cognitionem muniret, „ quandoquidem a Rufo nunquam expri„ mere posset, ut sacra Biblia consuleret, a „ quibus Rufi animus abhorreret. Et sane „ ea lectio Rufo salivam movit adeo, ut „ totum se protinus ad theologiæ studium „ converteret: in quo tantum profecit, ut „ nemo acrius aut veram pietatem defen„ deret, aut atheismum oppugnaret. Erat „ enim acerrimus & acutissimus disputator. In hoc ipsum opus digitum intendere mihi videtur C. S. Schurzfleischius, ad fratrem (*s*) scri-

(*s*) in Epistol. Arcan. Tom. I. p. 567. in quo opere passim libri rariores memorantur.

ſcribens: *Dic, quæſo, ubi nanciſci queas Plotinum Steucbumque Eugubinum, in quo tantopere ſibi quidam hic placet?* Cæterum ex eo Paulum Scalichium librum de juſtitia æterna fere totum enormi plagio exſcripſiſſe alibi (*t*) indicavi: qua occaſione ſimul annoto, ejus Scalichii opera junctim Baſileæ cura Jo. Oporini A. 1559. in 4. publicata (*u*) itidem rarius comparere.

29. De *Roberti Parkeri* libro *de deſcenſu Chriſti ad inferos*, Amſtel. 1611. excuſo, ita ad me memoratus ſæpe Brukerus, qui illum poſſidet: *Rariſſimum eſſe vel inde patet, quod in nullis ferme Bibliothecarum catalogis, imo nec in Ittigiano & Carpzoviano, appareat, multoque pretio olim quæſitum eſſe, ex ore Celeb. Syrbii audivi haud ſemel. Cauſam raritatis vel in paucitatem exemplarium, vel in odium auctoris ab Epiſcopalibus, Presbyterianos (quorum tubam & facem noſtrum fuiſſe Pearſonius in Vindic. Ignat. ait) tum ex Inſula exturbantibus, illi conflatum, quod eum quoque exulem fecit, conjicio. Scriptum enim librum hunc contra Bil-*

(*t*) In Commentatione de vita & ſcriptis Pauli Scalichii, inſerta Bibliothecæ Bremenſ. Claſſi VII. p. 1049.

(*u*) quorum recenſum dedi. l. c.

Bilsonum, Wintoniensem Episcopum, doctrinam ipsam cum reliquis Episcopo-Satrapis labefactantem, non negat in præf. Parkerus, in qua plura notatu admodum digna deprehendere est.

30. *Jo. Pesseratii de litterarum inter se cognatione ac permutatione libellum*, Parisiis MDCVI. editum, qui in Illustris Uffenbachii Bibliotheca instructissima extat, rarissimum non minus quam eruditissimum vocat, paucisque etiam nostro ævo doctis hominibus conspectum Celeb. J. H. Majus, Fil. Giessensis, Academiæ ornamentum (x).

31. Epistolarum Rabbinicarum libellum, cujus titulus est אגרות שלומים sive *Epistolæ salutationum*, Basileæ An. 1603. impressum, inventu esse perquam rarum, & corvo rariorem albo, distractis dudum & inter ipsos Judæos exemplaribus, scribit Jo. Buxtorfius, trium Buxtorfiorum in Profess. Linguæ Hebrææ in Acad. Basil. Successor, avitam gloriam strenue propagans (y).

32. Q. *Sectanii Satyræ. Editio novissima cum notis Anonymi, concinnante P. Antoniano.*

(x) in Specimine Linguæ Punicæ in hodierna Melitensium superstitis p. 19. sq.

(y) in Catalectis Philologico-Theologicis p. 276.

no. Liber primus (z). *Amstelodami apud Elsevirios* (uti titulus fert, sed verius Romæ) MDCC. in 4. Librum hunc apud nos rarissimum nominat Cel. Heumannus (a), addita ejus descriptione, & quibusdam inde excerptis.

33. *Illustrissimi ac Potentissimi Regis, Senatus Populique Angliæ sententia, & de eo Concilio, quod Paulus Episcopus Romanus Mantuæ futurum simulavit, & de ea bulla, quæ ad Calendas Novembres id prorogavit*, Declarata A. cIↄ Iↄ XXXVII. eodemque anno Wittebergæ per Joannem Lufft in 8. impressa. De hac, quam inter reculas meas servo, Celeb. Theod. Hasæus (b): *Ejus exempla ita evanuere, ut mihi quidem neque vel unicum usurpare oculis, vel, ubi aliquod lateat, indagare licuerit.* Hanc declarationem, oppido commemorabilem, a me cum ipso communicatam, in Bibliotheca Bremensi Vir modo laudatus recudi curavit, atque ita Viro Doctissimo diligentissimoque, qui hactenus sub Irenæi

(z) Posteriorem librum pariter editum esse, sed sibi nondum visum ait Heumannus.

(a) in Schediasmate de Libris Anonymis & Pseudon. p. 48. sqq.

(b) in Biblioth. Brem. Class. V. p. 508.

Irenæi Bibliophili nomine latere voluit, eruditam illam dissertationem, eidem Bibliothecæ (*c*) insertam, elicuit, qua historia Concilii, quod Sec. XVI. Mantuam primum, dein Vincentiam indictum erat, illustratur. Ibi Vir hic præstantissimus in notis (*d*) de hoc Anglorum scripto ita fatur: *Raritatem exempli, quod Witteberga MDXXXVII. apud Jo. Lufft procusum perbibetur, ipse nunc agnoscere necessum habeo, quando ea mihi nondum contigit felicitas, ut vel unicum potuissem indagare.*

34. *Joannis Rosini Vitas trium Saxoniæ Electorum Friderici, Joannis & Joannis Friderici*, Jenæ 1602. in 4. editas inter rariores libros refert Christianus Junkerus (*e*).

35. Eisdem annumerat idem (*f*) *Selectiores vereque theologicas Clarorum Virorum, Martini Lutheri D. Phil. Melanchthonis, D. Basilii Monneri, Justi Menii, Jo. Mar-*

(*c*) Class. VIII. p. 164. sqq. in ea dissert. aliorum quoque hujus generis rariorum scriptorum notitia exhibetur.

(*d*) p. 166.

(*e*) in dem guldenen und silbernen Ehren-Gedächtniss Lutheri. p. 439.

(*f*) l. c. p. 156.

Marcelli, D. Matthæi Razenbergeri, D. Casp. Crucigeri, D. Jo. Langi, Ægidii Mechleri, ad D. Fridericum Myconium, magni nominis Theologum conscriptas quondam Epistolas, in communem Ecclesiæ usum evulgatas a M. Cyriaco Snegassio, Past. ac Sup. Vin. Adjuncto. Schmalkaldiæ in 4. absque anni indicio. Libellus hic, tres tantum philyras cum dimidia implens, ob molis exilitatem oculis se nostris rapidissime subduxisse videtur.

36. *Georgius Ederus*, J. U. Doctor & Maximiliani II. Imp. Consiliarius aulicus A. 1573. Dillingæ *evulgavit librum quendam, quo acerbissime insectatus est Protestantes.* Hunc peculiari decreto, immortalitate dignissimo, Augustissimus ille Imperator mox prohibuit, atque supprimendum curavit. Exhibet istud ex Goldasto (*g*) exquisitæ eruditionis Vir Jo. Christophorus Colerus in Anthologia, sive Epistolis varii argumenti ad illustrandam potissimum Historiam ecclesiasticam & literariam comparatis (*h*), bonæ frugis plenissimis, ibidemque spem nobis facit, fore, ut alio tempore de Edero ejusque libro pluribus disse-

(*g*) Tom. III. Constitut. Imper. f. 575.

(*h*) Tom. I. Fascic. I. p. 2. sqq.

disserat, quod avide expectabunt mecum omnes rei literariæ amantes.

37. *Gabrielis Antonii Erdôdy*, *Episcopi Agriensis in Hungaria*, *Opusculum theologicum*, *in quo quæritur: an & qualiter possit Princeps, magistratus, dominus Catholicus in ditione sua retinere hæreticos; vel contra pœnis, eos aut exilio ad fidem catholicam amplectendam cogere?* Carolum VI. Imperatorem nostrum Gloriosissimum, quem DEus servet! damnasse, fiscoque adjudicavisse, ex eodem (*i*) didici.

38. *Jongelini Notitia Abbatiarum Cisterciensium*, Coloniæ Agrippinæ apud Jo. Henningium A. MDCXXXX. forma ordinis maximi edita, opus rarissimum a laudato Colero l. c. (*k*) recensetur.

39. *Quéstion Royale, où est montré, en quelle extremité principalement en tems de paix, le sujet pourroit être obligé de conserver la vie du Prince aux dépens de la sienne. a Paris.* 1609. *chez Toussaint du Bray, avec privilege du Roy.* in 12. Libelli hujus, ab Abbate de S. Cyrano de αὐτοχειρίᾳ scripti, inque ipsis Galliis rarissimi, notitiam dat Præ-

(*i*) p. 7.
(*k*) p. 9. sqq.

Præstantissimus Colerus (*l*) e Commentariis, qui inscripti sunt: *Memoires Chronologiques & dogmatiques pour servir à l'histoire ecclesiastique* &c. (*m*)

40. *Vita & mors Juvenis ornatissimi Heliæ Putschii Antwerpiani, per Cunradum Rittershusium JC. & Antecessorem Acad. Norimberg. amicitiæ summæ ergo descripta. Multis egregiarum virtutum exemplis referta narratiuncula, ad imitandum juventuti proposita editaque. Accessere Θρῆνοι φίλιοι, a variis consecrati honori memoriæque ejusdem Putschii.* Hamb. 1608. in 4. raro hodie occurrere dicitur Cel. J. H. von Seelen (*n*).

41. *Ægidii Gelenii*, Archiepiscopi Coloniensis Consiliarii Ecclesiastici & Historiographi *Liber de admiranda sacra & civili magnitudine Coloniæ*, editus Coloniæ Agrippinæ 1645. in 4. hodie rarior eidem (*o*) vocatur.

(*l*) p. 29. sqq.
(*m*) Tom. II. ad A. 1638. p. 111. sqq.
(*n*) in Orat. de Præcocibus Eruditis p. 57. ibidem p. 39. Francisci Grudei Crucimanii Bibliotheca Galliæ, Parisiis A. 1584. fol. vulgata inter rarissimos libros refertur.
(*o*) in Commentat. de festo Lanceæ & Clavorum &c. p. 19.

42. *Andreæ du Saussay Librum de mysticis Galliæ Scriptoribus*, qui lucem vidit Parisiis A. 1639. in 4. idem hodie parum obvium nominat. (*p*).

43. *Historia Apollonii Tyrii*, liber eroticus, Græco-barbara lingua exaratus, ad modum rhythmorum nostrorum, Venetiis A. 1563. in 4. excusus, rarissimus audit Theod. Hasæo (*q*), qui ejus exemplar possidet.

44. *Melchioris Goldasti Politica Imperialia*, Francof. ad Mœn. MDCXIV. fol. Inter Goldastianas collectiones hanc & raritate & præstantia commendabilem esse, observatur in Biblioth. Brem. (*r*) Ejus *Suevicarum rerum Scriptores*, ibidem A. MDCI. in 4. impressos raritate reliqua Goldastiana opera superare asserit Illustris Jo. Burk. Menkenius (*s*). Exemplum illius Bibliotheca nostra publica ex ipsius collectoris dono possidet, qui ei manu sua hæc inscripsit: *Quod salutare sit Ecclesiæ Scho-*

(*p*) l. c. p. 27.
(*q*) vid. Cel. Heumanni præfat. Lactantii Symposio præmissam, p. 17.
(*r*) Class. VIII. p. 182.
(*s*) In Catalogo Historicorum Langleti du Fresnoy, p. 188.

Scholæque Memmingana! Hos Suevicarum rerum Scriptores Bibliothecæ publicæ destinat atque consecrat in perpetuam grati sui animi memoriam Melchior Haiminsfeldius Goldastus Helvetius U. J. D. gratissimus quondam alumnus.

45. *Andreæ Eudæmon-Joannis Cydonii, e Societate JEsu, ad actionem proditoriam Edouardi Coqui Apologia pro R. P. Henrico Garneto Anglo, ejusdem Societatis Sacerdote. Coloniæ Agrippinæ.* A. MDCX. in 8. Agitur hic caussa Henrici Garneti, ob pulverariam, quam vocant, conjurationem in Anglia extremo supplicio affecti, isque impudenter in sanctissimorum martyrum numerum refertur. Cum liber haud facile inveniatur, ex eo huc transscribam testimonium Joannis Wilkinsoni Angli, Seminarii Audomaropolitani alumni, de spica (si Diis placet) miraculosa, cujus & effigies æri incisa ibi conspicitur, ex autographo desumptum (*t*).

Ego Joannes Wilkinsonus gravi mor- „
bo laborans, & a medicis sine spe vitæ „
derelictus, Deo & sanctis ejus faciam „
S 2 „ ur-

(*t*) quod extat p. 354. sqq.

„ utcunque satis. Exponam (ut hac me
„ religione exolvam) modum, quo spicam
„ inveni, in qua imago B. P. Garneti con-
„ spicitur. Pridie ejus diei, quo P. Gar-
„ netus extremo affectus est supplicio, in-
„ gens animo quasi extrinsecus injecta cu-
„ pido spectandæ cædis incessit, ut reliquia-
„ rum ejus aliquid inde domum referrem.
„ Spem vero ita certam concepi fore
„ omnino, ut voti compos fierem, ut du-
„ bitare non potuerim, quin aliquid per id
„ tempus essem visurus, quo Sancti sui
„ Deus innocentiam testaretur, cumque
„ mihi subinde ejusmodi cogitatio recursa-
„ ret, eam iterum atque iterum conabar
„ abigere, ne miraculum ibi expectans,
„ ubi necessario expectandum non erat,
„ Deum tentando irritarem; postero vero
„ die eo me summo mane contuli, reli-
„ quosque omnes antevertens proximum
„ carnificinæ locum occupavi. In eodem
„ ibi vestigio hærebam, dum adesset Gar-
„ netus, tantus vero ab adventu Patris con-
„ cursus equitum fieri cœptus est, populi
„ numerus tantus utique fuit, ut captum
„ antea locum tenendi potestas non esset.
„ Itaque rejectus eo sum, unde loquentem
„ exaudirem ægerrime, notavi tamen quæ-
dam,

dám, quæ mihi non parum solatii attule- „
runt. Illud primum fuit, indusium Pa- „
ter sic aptarat, ut illud amictu omni per „
carnificem de more detracto nullus cœli „
spiritus eventilare posset, & casta illi „
membra detegere, quod mihi magnum „
modestiæ & puritatis argumentum est vi- „
sum. Alterum fuit, quod cum scalæ „
jam essent amovendæ, manibus in cru- „
cem compositis ante pectus, quamvis „
aliquantulum illæ demitterentur, crucis „
tamen effigiem supra cor Patris eousque „
expresserunt, donec ille extremum Deo „
spiritum redderet. Atque hoc eo mihi „
majorem admirandi materiam dedit, „
quod divinitus mihi concessum Patri vi- „
deretur. Ipse enim moriens orarat „
Deum, ut sibi a corde dominicam cru- „
cem nunquam avelli pateretur. Adverti „
præterea cum beati Martyris decisum ca „
put populo spectandum proponeretur, „
vultum omnino eundem fuisse, eundem „
colorem, qui vivo fuerat, spirantique. „
Denique hoc etiam memoria & cogni- „
tione dignum putavi, quod faustas populi „
acclamationes, quibus ille diuturnam „
Regi salutem tali in re ac tempore solitus „
est comprecari, audivi sane nullas, quod „

„ mihi indicio non levi fuit, populo jam
„ tum Patris innocentiam fuisse & perspe-
„ ctam videlicet & probatam.

„ Membris quatuor in partes dissectis,
„ & una cum capite corbi impositis (ut de
„ more gentis suo quæque loco affigeren-
„ tur) secessit paulatim turba: ego propius
„ accedens, medius inter currum & locum
„ supplicii constiti, cumque ibi diutius
„ persisterem, nec minori quam antea stu-
„ dio flagrarem, nonnihil mecum reli-
„ quiarum asportandi, in manus mihi de-
„ venit, nescio quo pacto, illa nunc adeo
„ celebris & mirabilis spica. De carnifici-
„ na quidem in corbem, quo Garneti ca-
„ put ac membra demittebantur, arida simul
„ stramenta conjecta sunt non pauca, utrum
„ tamen spica hæc mihi de carnificina, an
„ vero de corbe accesserit, nunquam au-
„ sim affirmare, id unum vere dixerim,
„ hujusmodi spicam haudquaquam humo
„ missam in me prosiluisse, cum antea hu-
„ mi non jaceret. Hanc ego spicam eo-
„ dem die Dominæ N. matronæ ob catho-
„ licam pietatem spectatissimæ tradidi. Illa
„ Crystallinæ inclusit thecæ, quæ cum bre-
„ vior esset, factum est, ut spica levius
„ inflecteretur. Paucis post diebus Domi-

na

na N. nobili cuidam viro sibi pernecef- „
sario obtulit contemplandam, qui atten- „
tius intuitus, præter vultum, inquit, ho- „
minis aspicio nihil. Novitate vocis in- „
expectatæ ego pariter & D. N. defixi, „
etiam spectaculo inhæremus, & quod „
ante minus adverteramus, humanum & „
ipsi vultum adspicimus, quem alii præ- „
terea novæ hujusce rei momento tempo- „
ris vel spectatores, vel testes advocati „
conspexere. Atque hæc est verissima (uti „
Deus novit) Garnetanæ spicæ historia, cu- „
jus ipse cognitionem divini honoris & „
gloriæ incrementum putavi, si minus in „
tenebris abdita delitesceret, quin & illud „
in divinæ spem gratiæ nihil de me vel con- „
fitendum esse duxi, vel prædicandum, „
quod per triduum ejusmodi post spicam „
mihi divinitus comparatam, animo sensi „
me solito vehementius æstuari, & cœle- „
sti quadam luce non vulgariter impleri. „
Quem novum animum tenerem, non- „
nisi a Deo peculiariter manasse, constan- „
tissime credebam, singulari videlicet B. „
martyris merito ac beneficio, quem ego „
in cœlis videbar intueri, ut non infimis „
sanctorum virorum ordinibus adscriptum, „
sic meritissima gloriæ laurea mirifice reful- „

„ gentem : quo tempore contigit, ut P. „ Hollando Societ. JEsu sacerdoti, qui cum „ per id tempus forte versabar, de rebus „ piis, beatique Patris Garneti morte Dis- „ serenti omnino statuerim Beatissimæ Dei- „ paræ Virginis opem ac preces (quas P. „ Garnet. fugiente jam spiritu suppliciter „ imploravit) artem esse unicam ad Numen „ humano scelere graviter commotum di- „ cto citius tranquillandum. Postero vero „ die iisdem animi sensibus inflammatus, „ magna quædam de divina gratia cogitare „ cœpi. Alias enim visus sum Dei justi- „ tiam intueri adeo sinceram & incorru- „ ptam, ut nemo ejus posset nutui refra- „ gari, alias mirificam ejusdem potesta- „ tem, charitatem & bonitatem tantam „ erga res creatas omnes, ut utramque „ fortunam subire unusquisque, si ita Deo „ videretur, animo non forti solum, sed „ æquo deberet. Ad hæc sensi peculiares „ quosdam in me motus existere, adeo „ ardentes atque efficaces, ut ne mini- „ mum quidem ex humanis omnibus alio „ complecti studio viderer, quam quo ipse „ me diligebam, de me vero quasi de vi- „ lissimo capite humiliter omnino abjecte- „ que sentire, neque unum omnium esse,

cui

cui possem salvis legibus anteferri. Si „
quos forte pueros aliosve ludibrio esse „
cernerem, tantum divina in ipsis ima- „
gine capiebar, ut humi procumbens fi- „
nem nullum, si liceret, fecissem illo- „
rum pedes osculandi. Catholicæ Eccle- „
siæ veritas efficax admodum, & quæ Deo „
niteretur, longe clarissima mihi videba- „
tur; honorem Sanctorum reliquiis & „
imaginibus habitum, nec non ceremo- „
nias, quæ inter Catholicos usurpantur, „
& prodesse plurimum, & pietatem non „
leviter stimulare judicabam. His ad- „
didi, hæresim esse satanæ illecebram ac „
laqueum, quo incautæ mortalium men- „
tes misere capiuntur. Alia permulta, „
quæ mihi in mentem veniebant, silen- „
tio prætereo, quod valetudinis vitio „
adempta potestas est eorum memoriam „
repetendi. Hoc non omittam, quod „
cum antea non semel aut iterum divino „
me obsequio penitus totumque tradere „
destinassem, per id maxime tempus re- „
ligiosi famulatus consilium, quippe ra- „
tum magis ac firmum, maturescere vi- „
sum est: cum autem dubitarem, quem „
potius eligerem, nunc ob oculos po- „
nens Carthusianorum ordinem, nunc

„ alios diversos : Societatem Jesu cæteris „ prætuli, in eaque statui coadjutoris mu„ nus exequi , de doctrina veritus, ne „ non ad sacerdotium satis esset : verum „ deinde, cum ex nonnullis didicissem, „ doctrinam me cum studio & exercitatio„ ne assequi posse, huc serio animum ap„ puli, unde protinus expeditis, quibus in „ Anglia implicitus eram, negotiis, quic„ quid mihi forte evenerat, in pecuniæ „ summam coëgi, mecumque has in par„ tes comportavi, ut studiis operam na„ varem, quæ velim, fratri meo ad hoc „ vitæ institutum conferatur, qui tamen, „ si id nolit, erogetur eis, quibus hæc vi„ vendi ratio in animo est, qua meo ju„ dicio nulla Deo acceptior excogitari „ potest.

„ Equidem (immortales Deo gratias „ habeo) jam inde propositum strenue ursi, „ unas solum accepi literas, quibus scri„ ptum erat matrem, nisi eam reviserem, „ dolori succumbentem brevi esse moritu„ ram, quibus lectis ambigere aliquan„ tum cœpi, quid agendum esset: cum au„ tem perendie Missæ sacrificio interessem, „ in Evangelio lectum est : Qui reliquerit „ patrem aut matrem &c. propter me, cen-

tuplum

tuplum accipiet in hoc mundo, & vitam „ æternam possidebit. Quo factum est, quæ „ Dei benignitas est, ut initum jam consi- „ lium magis ac magis in dies singulos fir- „ maretur. „

Mendaciorum, e quibus totus hisce liber constipatus est, indignitate motus Isaacus Casaubonus, mitissimi alias ingenii, & maximæ moderationis Vir (*u*), auctorem mendacissimum nebulonem, portentosissimum falsarum rerum hamaxarium, certum & germanum Cretensem, *ὃ το ϛομα ἀρας καὶ πικρίας γεμει*, vocare veritus non est, qui & hujusce operis gustum aliquem Frontoni Ducæo, ejusdem Ignatianæ societatis sodali, exhibet (*x*), mendacitatis & impudentiæ vela hic pandi, obtrectationi, maledicentiæ, virulentiæ & harum virtutum matri calumniæ egregie hic litari afferens. Ipsa quoque, contra quam Cretensis ille spicula sua direxit, actio in Henricum Garnetum, cæterosque, qui Jacobum Britanniæ Regem & Regni ordines pulvere fulminali e medio tollere conjurarunt, ex Anglico a G. Camdeno

(*u*) in Epistolis, a Grævio Magdeburgi editis in 4. p. 747.

(*x*) l. c. p. 786. sqq.

deno Latine versa, editaque Londini 1607. in 4. ad manus mihi est, rarius itidem obvia.

46. *Vita & Martyrium Edmundi Campiani Martyris Angli e Societate Jesu. Auctore Paulo Bombino ex eadem Societate. Editio posterior ab Auctore multis aucta partibus & emendata. Mantuæ, apud fratres Osannas Ducales Impressores.* CIↃ IↃCXX. in 8. Raritatem hujus libri vel inde conjicies, quod in instructissimarum Bibliothecarum catalogis plerumque frustra eum quæras, paucissimisque (*xx*) citatum videas. Hanc solum editionem pro suo partu agnoscere Auctor in præfatione indicat, lectorem ita compellans: *paucis te monitum volo, quæ ab hac Mantuana dissentiant Campiani mei editiones a me pro meis non tolli. Fluxerunt illæ ab Antverpiensi prima, quæ a nimis benevolo curatore, inter imprimendum, me absente, faciem alicui, quam pro mea neutiquam agnoscerem, accepit. Et vero exempli non optimi res est, alienos libros ab arbitrariis quibusdam judicibus, quasi liberos, parenti-*

(*xx*) Nec in Lexico Universali Basiliensi, ubi Tom. I. f. 722.) Campiani vita summatim enarratur, ejus fit mentio.

rentibus inauditis, indefensos mutilari, aut peregrinis quibusdam notis inuri. Sub calcem operis hoc suæ superstitionis monumentum auctor posuit: *Deo Laus B. Q. V. M. M. & Beatissimo nostrorum Martyrum Anglorum Principi Edmundo Campiano.*

Una sit merces operi, beate o
Martyrum princeps mihi, Campiane,
Pectus intactum. Titulis id unum
Insere nostris.

47. *Cautio criminalis, seu de processibus contra sagas liber. Ad magistratus Germaniæ hoc tempore necessarius, tum autem Consiliariis, & Confessionariis Principum, Inquisitoribus, Judicibus, Advocatis, Confessariis reorum, Concionatoribus, cæterisque lectu utilissimus. Auctore incerto Theologo orthod. Rinthelii, typis exscripsit Petrus Lucius typogr. Acad.* NDCXXXI. Hanc libri editionem rariorem esse scribit Celeb. Fr. Gu. Bierlingius (*y*), auctoremque ejus Fridericum Spee, Paderbornensem, e Societate Jesu, nominat.

48. *Far-*

(*y*) in Comment. de Pyrrhonismo historico, p. 238.

48. *Farrago poëmatum Hasisteynii cum appendice epistolarum ejus per Thomam Mitem, Nymburgenum. Pragæ.* 1570. in 8. De hoc libro laudatus modo Bierlingius (z) conferri meretur.

49. *Inscriptiones sacrosanctæ vetustatis: non illæ quidem Romanæ, sed totius fere orbis summo studio ac maximis impensis terra marique conquisitæ, editæque per Petrum Apianum Mathematicum & Bartholomæum Amantium Poëtam Ingolstadii* A. MDXXXIII. in fol. ex ea ratione minus obviæ mihi videntur, quod in ædibus Apiani, ejusque sumtibus typis exscriptæ fuerint. Privatam enim is typographiam domi habuit.

50. *Memoires pour servir a l' histoire des Animaux*. Paris. 1671. in fol. maj. cum splendidissimis figuris. Opus idcirco rarissimum, quod perpauca exempla sint excusa, eaque maximam partem inter optimatis aulæ Gallicanæ distributa. Nescio an partem hujus operis vel ipsum opus efficiat *Representation de quelques animaux, avec leurs anatomies, en 38. pieces, gravées par le Clerc*

(z) l. c. p. 112. sqq.

le Clerc & autres, quod volumen in Bibliotheca Du Boisiana extitit (*a*).

51. *Exactissima Infantium in limbo clausorum Querela adversus divinum judicium apud æquum judicem proposita. Apologia divini judicii contra Querelam Infantium. Infantium ad Apologiam divini judicii Responsio. Æqui Judicis super hac re sententia. Autore Antonio Cornellio Juris utriusque Licentiato doctiss. Lutetiæ apud Christianum Wechelum in via Jacobæa sub scuto Basiliensi, anno* M. D. XXXI. *mense Januario.* in forma quadruplici. De libro hoc rarissimo consulendus omnino est Vir summus P. Bælius (*b*).

52. *Emanuelis Chrysoloræ Erotemata Linguæ Græcæ, in compendium redacta a Guarino Veronensi, & cum notis Pontici Virunii Ferrariæ apud Joannem Mazochum* A. 1509. in 8. impressa, tantæ sunt raritatis, ut Bern. Moneta unicum duntaxat eorum exemplar Parisiis, idque in Bibliotheca Mazariniana, extare autumet (*c*).

53. *L'Histoire & plaisante Chronique du Petit-Jean de Saintre.* A. 1523. d.

20.

(*a*) vid. ejus Catalog. P. I. p. 250.
(*b*) in Diction. Art. *Wechel.* f. 2862. sq.
(*c*) in Menagian. Tom. III. p. 38.

20. Junii apud Philippum le Noir, literis Gothicis in 4. Libellus exiguæ quidem molis, sed ob raritatem magno pretio vix parabilis, de quo disserit Bern. Moneta in Menag. Tom. III. p. 185. sqq.

54. *Jacques Leschassier Observation de la Renunciation au Vellejan.* Paris. 1598. in 8. *de la Representation.* ibid. 1598. in 8. *Observation de la Digamie.* ibid. 1601. Libros satis raros appellat Vinc. Placcius (*d*).

55. *Pauli V. P. M. Excommunicationis sententia adversus Serenissimum Ducem ac Senatum & universum Dominium Venetum ob decreta sua &c. Et pro iisdem diversorum gravissimorum Sereniss. Reip. Veneta cum Theologorum tum JCtorum responsiones. Francof.* 1607. in 4. Hunc librum rarioribus annumerat, ejusque contenta recenset idem Placcius (*e*).

56. *Consilium Gregorio XV. exhibitum, cum præfatione & censura J. G. V.* 1623. in 4. Leidæ. *Joannem Gerhardum Vossium*, verba sunt Placcii (*f*) *elicit fultus etiam ipsius Vossii filii Isaaci autoritate Colo-*

miez

(*d*) in Theatro Anonym. fol. 103.
(*e*) l. c.
(*f*) l. c. f. 122.

miez Melanges Historiques pag. 34. rarum librum asserens. Quod expertus adeo sum, in nullo Bibliographorum, quos bene multos evolvi, eundem vel nominatum reperiens.

57. *Adr. Baillet des Satyres personnelles ou des Anti. à Paris.* 1689. in 8. Raritatem hujus operis agnoſcunt Junckerus (*g*), Placcius (*h*) & Serpilius (*i*).

58. *Jo. Thrithemii Liber octo quæstionum ad gloriosissimum Imp. Maximilianum I.* qui nec inter opera ejus hiſtorica 1601. Francofurti edita, nec inter opera ejus ſpiritualia a P. Jo. Buſæo Soc. Jeſu Moguntiæ 1604. in f. impreſſa extat; ſed tantum inter Paralipomena Opuſculorum Petri Bleſenſis & Jo. Trithemii a jam laudatò P. Buſæo Moguntiæ typis Balthaſaris Lippii A. 1605. in 8. edita, ideoque ob raritatem ſuam minus eſt cognitus, judice P. Lambecio, in Lib. II. de Bibliotheca Cæſar. Vindobon (*a*).

(*g*) im Guldenen und Silbernen Ehren-Gedächtniſs Lutheri p. 5.
(*h*) in Theatro Anonym. f. 182.
(*i*) in Epitaphiis Theologorum Suevorum. p. 20.
(*a*) vide Reimmanni Bibliothecam Acroamaticam, pag. 177. ſq. unde hæc hauſimus.

59. *Georg. Batei Elenchus motuum nuperorum in Anglia cum Thomæ Skynneri continuatione* in ipsa etiam Anglia summe rarus esse dicitur Aulo Apronio (*b*). Eorum, quæ Bateum agnoscunt auctorem, editio Amstelodamensis An. 1663. in 12. mihi ad manus est. In prima parte simul Juris regii & parlamentarii brevis enarratio, in secunda de Caroli II. Regis mirabili e prælio Wigorniæ effugio relatio exhibetur.

60. *Biblia Sacra ex Sanctis Pagnini translatione, sed & ad Hebraicæ linguæ amussim ita recognita, & Scholiis illustrata, ut plane nova editio videri possit. Lugduni apud Hugonem a Porta.* A. 1542. fol. In hac editione curanda Mich. Servetus, Villanovani nomine usus, correctoris officio functus est, qui & præfatione ac notis marginalibus, quas Calvinus alicubi impertinentes & impias vocat, eam instruxit. Biblia hæc rarissima nominat Michael de la Roche (*c*), ne unicum quidem exemplar a se indagari potuisse asserens. Hinc etiam atque

(*b*) in Itinerario Germanice scripto. p. 84.

(*c*) Bibliotheque Angloise Tom. II. Part. I. pag. 91. sq.

que etiam ſuos lectores obſecrat, ut, qui iſta (*d*) poſſident, nec non Geographiam Ptolomæi, ejusdem Serveti cura editam, pariterque haud facile obviam, ſecum communicent, quæ vel in præfatione vel in notis ſint memorabiliora. Fortaſſis publica auctoritate ex odio Serveti, aut ſaltim indefeſſo Calvini, hoſtis ejus acerrimi, ſtudio hi libri ſuppreſſi ſunt, ac hominum oculis ſubtracti.

Pſalter des Küniglichen Propheten Davids geteutſcht nach warhafftigem Text der Hebraiſchen Zungen. Impreſſum Auguſtæ Vindel. An. 1523. ſumtibus Doctoris Sigismundi Grymm in 8. Verſio hæc rariſſima debetur Caſparo Ammano, Theol. Doctori, qui eam Joanni Böſchenſtainio Eslingenſi, ſuo in Hebraicis præceptori, inſcripſit. In fine acceſſit ejusdem hymnorum aliquot Biblicorum & Böſchenſtainii precum Salomonis 1. Reg. VIII. 23. ſeqq. ex fontibus translatio Germanica, viciſſim Ammano dicata. En tibi quædam ex Pſalterio ſpecimina: Pſalm. II. 1. ſqq. *Warum habent geſtürmt die Geſchlächt und die Völcker werdend*

T 2

(*d*) unum adſervari in Bibliotheca Cardinalis Imperialis, ex ejus Catalogo cognovi.

dend rhöden eytelkhait. Sye werden sich thon stellen dye Khünig des erdtreichs, und dye Secretarii haben sich berathen mit ain ander, wider GOtt und sein Gesalbten. Wir wöllen zerbrechen yre Bundtremen, und wellen hinwerfen von uns yre dicke sailer. V. 7. *Ich wird erzölen das Gesatz Gottes, Got hat gesagt zü mir, mein Sun bist du, ich hab heut geadelt dich.* Psalm. XXIII. 1. sq. *Got ist mein hirt, ich würd nit geprechenhafftig. In die Wonungen des Grass er thon hauren mich. auff den Wassern der rüwungen würt er füren mich.* V. 4. *Auch ob ich gan wird in dem tal des schatten des tods, so wird ich nit fürchten das böss, wann du bist bey mir, dein stab und dein Kruck die werdend tröstten mich.* Psalm. LVIII. 5. *Ir Zorn ist gleich dem Zorn der schlangen, als ainer stumende nater die do würt verschoppen ir or.* Psalm. LXXIII. 25. sq. *Was ist zü mir im himmel, und bey dir nichts würt mich gelusten auf erdtreich. Volendet ist mein flaisch und mein hertz, ain störkin meins hertzes und mein tail ist Got ewigklich.*

62. In hujusce opellæ parte III. p. 166. sqq. nonnulla de *Æg. Gutmanni Offenbahrung Göttlicher Majestät* dixi, tum adhuc dubius, num secunda ejus editio, quæ

Franco-

Francofurti vel potius Halberſtadii A. 1675. prodiit (*e*), æque rara ſit, ac prior. Interim vero ex Celeberrimi Reimmanni Introductione in hiſtoriam litterariam Germanorum (*f*), omnia ejus exemplaria, pauciſſimis elapſis, publica auctoritate ſuppreſſa, ac fiſco adjudicata fuiſſe, comperi.

63. Vix usquam conſpicies quinquaginta quinque *Epigrammata* Græca & Latina *in Paulum V.* Pont. Max. qui Pariſiis A. MDCVIII. die XXII. Nov. quendam, Bartholomæi Burgheſii nomine ſe pro ejus filio venditantem, comburendum curaſſe traditur, unicam tantum philyram complentia, in forma octuplici absque anni locique nota edita, arguta omnia, pleraque vero aculeatiſſima. Ut aliquem eorum guſtum habeas, en tibi quædam ex iis, quæ minus acerba videntur.

(*e*) non Amſtelodami, uti l. c. Celeb. Struvium ſecutus dixi.

(*f*) Lib. II. Sect. III. p. 415. b. ubi quoque ex Colbergio, quendam Ducem Wirtembergenſem aliquot mille florenorum pretio huncce librum deſcribendum ſibi curaſſe, refertur.

XVI.

Maluit Herodis porcus quam filius esse,
Imposuit durum, qui tibi, Roma, jugum.
Si foret hoc Pauli Cæsar dilatus in ævum,
Mula Papæ is mallet, quam satus esse Papa.

XXXI.

Igneus est flamen Jovialis in urbe Quirini,
Ejus ut in Venetos fulmina jacta docent.
Illa quidem in ventos. Iterum arripit igneus ignes,
Atque urit gnati viscera sacra sui.

XXXV.

Pontificis magna est Pauli omnipotentia: quid ni?
Quem fecit gnatum, non facit esse suum.

XLI.

Burghesius.

Pendeo. Dic, qui sis? pater est mihi Papa. quis ille?
Romanus, quonam nomine? Burghesius,
Qui factum? me non agnovit. Quid? nothus ergo es?
Immo, legitima conjuge Papa caret.
Sed cur conflagras flammis? id moris habetur.
Ut quem Papa neget noscere, flamma voret.

LI.

Quem dedit ante Venus, Veneris nunc, Paule marito
Burghesium reddis, nonne amor ille calet?

Cenotaphium Bartholomei Burghesii, in quem nuper ultimo laquei supplicio ignisque sævitum est Lutetia Parisiorum die XXII. mensis Novemb. CIƆ IƆCVIII. *quod se dicoret filium Papæ, qui nunc sedem occupat, Pauli V.*

Ne quære nomen tu, nefandum ne audias,
Quod me perire fecit. Opereat male
Nomen! quod ipsum vita dum negat mihi
Invito, iniqua mors dat ecce posthumum.
Aëre pependi, post crematus ignibus,
Deinde est in auras sparsus atque aquas cinis,
Et sic jacens ubique jaceo nullibi:
Quæ est dicta demum pœna Papæ filiis.
Vos sapite Reges, & cavete dum licet.

Tantum hac vice de libris rarioribus. Alio tempore D.V. plura dabimus.

XII.

ADDENDA
ET
EMENDANDA.

PRæter alia minoris momenti errata in Parte III lege p. 34. lin. 18. pro angustæ angusti. pag. 54. lin. 2. pro sextus l. septimus. p. 147. l. 6. pro exemplo l. extemplo. p. 149. l. 20. pro Mucentio l. Mucantio. p. 170. lin. 21. pro rescisseret l. resciscceret. p. 171. l. 10. pro sex ex & alabastro l. & sex ex alabastro. p. 235. l. ultima pro stromata l. scommata. p. 281. sq. duplici vice Hermippum in Hermispum transformavit typotheta. p. 290. l. 20. pro ἐξεσιας l. ἐξεβιας.

Part IV. p. 303. lin. 7. pro Scama l. Scema, quod pro schema posuit poëtaster. pag. 550. l. 7. pro comes l. cuneo.

Ad Part. III. p. 275. sq. De Joanne Keilio legi omnino meretur Clar. Lud. Melch. Fischlinus in Supplem. ad Memor. Theolog. Wirtembergens. p. 208. sqq.

Ad Part. IV. p. 303. Carmen hoc jam adjectum esse Justiniani Institutionibus, Moguntiæ A. 1468. cum Glossis in fol. per Petrum Schœfferum excusis, e lexico Universali Basileensi didici. Part. I. f. 646. artic. *Buchdruckerey*, & Part. II. f. 629. art. *Guttenberg* (*Johannes*), quanquam in fine a nostro paululum discrepare videatur.

Ad pag. 501. sqq. Epistola Pii IV. Pont. Max. licet typis exscripta jam alias fuerit, nimirum in Epistolis Gallicis amœbeis Leibnitii & Pelissonii de Tolerantia Religionum, & de controversiis quibusdam theologicis, quas in Otio suo Hanoverano sive Miscellaneis Leibnitianis recudi curavit Vir Celeb. Joach. Frid. Fellerus, ubi p. 360. seqq. illud Pii Breve exhibetur: nec non inter literas secretiores Ferdinandi I. pro obtinenda eucharistia sub utraque in gratiam Maximiliani II. ad Pium IV. missas, cumque aliis huc spectantibus a Venerabili Abbate J. A. Schmidio Helmstadii A. 1719. in 4. vulgatas, pag. 31. sqq. nondum tamen eam epistolam meæ opellæ inseruisse pœnituit, quia brevis est & maxime memorabilis, ac ob argumenti affinitatem merito literis Jo. Philippi Archiepiscopi & Electoris Mogunt. quas pag. 507. dedimus, jungenda. Heic vero

vero obſervare lubet, Breve iſtud, quod vocant, Pii circulare fuiſſe, ad Archiepiſcopos & Epiſcopos Germaniæ miſſum. Laudatiſſimis autem illis Ferdinandi conſiliis vehementer obſtitiſſe Philippum II. Hiſpaniarum Regem, ex Epiſtolis amœbeis Leibnitii & Peliſſonii modo citatis p. 403. ſqq. cognovi. Hinc Pius in epiſtola ad Archiepiſcopos & Epiſcopos, quorum diœceſi ſubjectæ erant regiones vel urbes, Philippo parentes, diſerte excepit partes, in quibus Rex ille temporale dominium aut jus aliquod habuit (vid. Amoen. lit. P. IV. p. 504.), cum ad alios hujus non meminerit, vid. Literas Ferdinandi &c. a D. Schmidio editas pag. 33.

Ad Part. V. p. 57. B. Dürrius in Diſſert. Epiſt. ad Perilluſtrem Führerum ab Haymendorff, ſeptemvirum quondam Reip. Noribergenſis &c. mirum eſſe ait, quod Philippus Melanchthon Fauſti præſtigiatoris mentionem haud fecerit, cum ejus circiter ævo vixiſſe tradatur. Producam igitur locum ex Jo. Manlii Locorum communium collectaneis, ex lectionibus præcipue Melanchthonis hauſtis, pag. 38. ſq. edit. Budiſſ. Anno 1565. ubi ſequentia de eo narrantur:

Novi

„ Novi quendam nomine Faustum de „ Kundling, quod est parvum oppidum, „ patriæ meæ vicinum. Hic cum esset „ scholasticus Cracoviensis, ibi magiam di- „ dicerat, sicut ibi olim fuit ejus magnus „ usus, & ibidem fuerunt publicæ ejusdem „ artis professiones. Vagabatur passim, dice- „ bat arcana multa. Ille Venetiis cum vel- „ let ostendere spectaculum, dixit se volatu- „ rum in cœlum. Diabolus igitur subve- „ xit eum, & afflixit adeo, ut allisus humi „ pene examinatus esset: Sed tamen non „ est mortuus. Ante paucos annos idem „ Joannes Faustus, postremo die sedit ad- „ modum mœstus in quodam pago duca- „ tus Wirtenbergensis. Hospes ipsum al- „ loquitur, cur mœstus esset præter mo- „ rem & consuetudinem (erat alioqui tur- „ pissimus nebulo, inquinatissimæ vitæ, ita „ ut semel atque iterum pene interfectus „ sit propter libidines) ibi dixit hospiti in „ illo pago: Ne perterrefias hac nocte. „ Media nocte domus quassata est. Mane „ cum Faustus non surgeret, & jam esset „ fere meredies, hospes adhibitis aliis, in- „ gressus est in ejus conclave, invenitque „ eum jacentem prope lectum inversa fa- „ cie, sic a diabolo interfectus. Vivens

„ adhuc

adhuc habebat secum canem, qui erat „
diabolus, sicut iste nebulo qui scripsit „
de vanitate artium etiam habebat canem, „
secum currentem, qui erat diabolus. Hic „
Faustus in hoc oppido Wittenberga eva- „
sit cum optimus Princeps Dux Joannes „
dedisset mandata de illo capiendo. Sic „
Norimbergæ etiam evasit, cum jam inci- „
peret prandere, æstuavit, surgitque sta- „
tim, solvens quod hospiti debebat, „
vix autem venerat ante portam, ibi „
veniunt lictores, & de eo inquirunt. „
Idem Faustus magus, turpissima bestia, „
& cloaca multorum diabolorum, vane „
gloriabatur de se omnes victorias, quas „
habuerant Cæsariani exercitus in Italia, „
esse partas per ipsum sua magia. Idque „
fuit mendacium vanissimum. Id enim „
dico propter juventutem, ne statim „
talibus vanis hominibus assentiantur. „
Ingenue tamen fateor, me nondum a me impetrare posse, ut narratiunculas has aliasque de Fausto e fabellarum anilium numero eximendas esse censeam. Manlii enim fidei non adeo multum tribuendum, cum sua absque judicio consarcinaverit, atque plura alia Melanchthoni adscripserit, quæ ab eo dicta fuisse minus est verisimile.

Non

Non igitur dubito, has relationes eodem habere loco, quo eam, quam immediate his de Trithemio præmisit: Abbas Trithemius Spanheimensis fuit magnus magus; in quodam forte itinere (sicut mihi Pirchaimerus narravit) cum venisset in diversorium non bene instructum, quidam per jocum dixerunt: Domine Abbas, cura nobis bonum ferculum piscium; iste tantum pulsavit fenestram, ac statim venit quidam portans lanceam instructam luciis coctis. Dignissima certe historiola, quæ a garrulis nutricibus puerulis plorantibus ad nauseam usque præcinatur! Cæterum egregia sunt, quæ magnæ eruditionis ac exquisiti judicii Vir, D. Frid. Guil. Bierlingius de Fausto habet in Comment. de Pyrrhonismo Historico p. 158. seqq.

Ad pag. 81. sqq. Paralipomena ad Jo. Aventini Annales Bojorum, quæ nec in aliis, nec in Celeb. Gundlingii editione reperiuntur, in Actis litterariis ex Manuscriptis erutis, Fascic. VIII. p. 20. sqq. publicavit illustris B. G. Struvius ex editione ejus operis Cisneriana Basil. A. 1580. quam Bibliothecæ publica Jenensis possidet, & in cujus frontispicio margineque ea adscripta sunt.

Jo

Jo. Aventini vita Germanico idiomate conscripta legitur in Parnasso Boico sive *Neu-eröffnetem Musen-Berg, worauff verschidene Denk-und Leswürdigkeiten aus der gelehrten Welt, zumalen aber aus denen Landen zu Bayrn, abgehandlet werden.* Part. VII. p. 28. sqq. Opus hoc publicæ luci exponitur Monachii, complectens varias observationes philologicas, historicas, geographicas, genealogicas, literarias &c. Ibi annus Aventini natalis p. 30. dicitur MCCCCLXXVII. ex quodam ipsius Manuscripto, cum Zieglerus contra A. CIϽ CCCC LXVI. natum eum fuisse tradiderit. pag. 34. memoratur, varios Codices Manuscriptos, ipsi ex Bavariæ Monasteriis Principum commendatione concessos, Bibliothecis, unde petiti erant, ab eo restitutos haud esse, inque Electorali Bibliotheca extare Catalogum Manuscriptorum alicujus Monasterii, cui sequentia inscripta sint: *Aderat ante multos annos Joannes Aventinus, & Collega ipsius Caspar Bruschius, qui libros præcipuos hinc ad aulam secum abduxerunt, quos Monasterio necdum restitutos pernovimus, eosque Monasterii titulo insignitos scimus.* In eadem Bibliotheca Aventini Apparatus, ex Manuscriptis & publicis monumentis collectus, tribus vel

quatuor

quatuor tomis, iisque haud exiguis constans, adſervari p. 41. nunciatur.

Ad pag. 97. ſqq. λείψανα illa Lambeciani operis, ab Illuſtri, Uffenbachio mecum gratioſe communicata, jam typis exſcripta fuere, duas plagulas implentia, ſed pro ineditis fere habenda ſunt, cum jam nusquam compareant.

Erratorum extantiorum, quæ ob auctoris a prælo abſentiam irrepſere, index in parte ſequenti exbibebitur.

F I N I S.



AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES,

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

TOMUS SEXTUS.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI,
MDCCXXVII.



MAGNIFICO ATQVE GE-NEROSISSIMO

DOMINO, DOMINO

IO. SIGISMUNDO HARTLIEB DE WALSPORN,

INCLVTÆ REIP. PATRIÆ CONSULI SENIORI ET H. T. REGENTI

NEC NON

SCHOLARCHÆ LONGE MERITISSIMO

DOMINO ET MÆCENATI SVO

DEVOTISSIMO ANIMI CVLTV ÆTERNVM SVSPICIENDO

Hoc, quicquid eſt libelli, demiſſe dicatum conſecratumque cupit

J. G. SCHELHORNIUS,

Ad



AD TE festinat, VIR GENEROSISSIME, quem Venerabili TVO NOMINI nuncupatum conspicis, libellus hicce, tenuis quidem & incomtus,

at devotus animi mei TIBI devinctinctissimi index, in ipso limine enarraturus stricte & concise, quæ prolixo etiam atque copioso sermone digne edisseri nequeunt, causas ad id cultus observantissimi genus me non tam permoventes, quam compellentes fortissime. Scilicet haud recentia tantum sunt ac nupera exoptatissimi TVI favoris,

quæ

quæ publicam gratæ mentis professionem jure quodam suo a me exposcunt, documenta, sed a longo tempore & ipsa prima mea pueritia repetenda. Memini enim, nec unquam sine ingenti voluptate recordor, TIBI jam olim, cum tenellus tiro in eodem, in quo nunc TVA & Incluti nostri Magistratus benevolentia docentis partes sustineo, Ly-

ceo Pieridum castra sectari inciperem, non displicuisse exilia balbutientis meæ ætatis tentamina. Neque vero dein exuisti propensam in me voluntatem, sed eadem cum meis annis incrementa capiente in ipsas me Academias prosecutus es, inque Alma Salana perjucundo frui voluisti Generosissimi, cujus jam optimis consiliis non absque insigni

emolumento utitur communis patria, quemque Patronum nunc colo, Filii contubernio, ut teſtis ſic eſſem oculatus cum reliquarum Ejus virtutum, tum præcipue indefeſſi illius ardoris, quo in ipſa Themidos adyta feliciter penetravit. Hodienum quoque devota mente in Eorum mihi referendus es numerum, qui meis quali-

buscunque conatibus & ſtudiis bene volunt, eaque provecta cupiunt. Præterea cum Eccleſiæ Scholæque noſtræ ſuprema auctoritate præſis, vigilique ſollicitudine pro earum ſalute excubes, TIBI potiſſimum, VIR MAGNIFICE, otii negotiique mei rationes reddendas eſſe cenſeo, ſperans, fore, ut levidenſe munuſculum hoc

hoc chartaceum, in quo memorabilia historiæ reformationis Ecclesiæ patriæ tabulario publico adjutus delineare annisus sum, in obsidem maximæ meæ erga TE observantiæ placido vultu accipias, meque desideratissimo TVO Patrocinio tueri, beare ac fovere pergas. Ego autem perpetuus ero rarissimæ TVÆ in Deum pie-


pietatis, incomparabilis in tanto fastigio modestiæ ac lenitatis, atque cæterarum præstantissimi animi dotium, quibus dudum omnium bonorum civium amorem & reverentiam TIBI conciliasti, admirator, nulli unquam TVORVM clientum in TE suspiciendo, in TE venerando primas concessurus.

Ser-


Servet TE, MÆCENAS, propitium Numen in ſuaviſſimæ Patriæ præſidium & dulce decus, in Eccleſiæ Scholæque noſtræ tutamen diutiſſime vegetum, ac cum Generoſa TVA Proſapia omnigena felicitate cumulatum, faxitque, ut ſupra nepotes, in avitæ gloriæ ſpem jam alacriter ſuccreſcentes, ulterius plures Natos Nato-

rum,

rum, & qui naſcentur ab illis, lætus videas! Ita vovebam Memmingæ A. R. S. MDCCXXVII. d. 17. Januar.



SVMMA HVIVS TOMI.



S. P. D.



B. C. D.

I.

ANALECTA AD HISTORIAM CONFESSIONIS TETRAPOLITANÆ,

In quibus

Simul haud pauca, Reformationis Ecclesiæ Memmingensis historiam concernentia, exhibentur.

§. I.

Haud facile ulla historiæ ecclesiasticæ pars tantopere eruditorum industriam exercuit, tamque copiose, curate & solerter tractata fuit, quam ea, quæ res tempore emendati a Deo, Luthero alio-

rumque ministerio cœtus divinioris gestas complectitur. Fundum hunc post Jo. Sleidanum non minus prospere quam diligenter excoluit præsertim Illustrissimus Vitus Ludovicus de Seckendorff, Vir pietatis, doctrinæ, prudentiæ aliarumque virtutum laude etiam post fata longe florentissimus, qui si nihil aliud præstitisset, vel solo Commentario historico & apologetico de Lutheranismo immortalem nominis gloriam apud omnes bonos promeritus esset. In ea vero litium tunc inter istos quoque, qui a Romana ecclesia secessionem fecerant, exortarum diversitate, in ea rerum memorabilium affluentia non potuit non post felicem & largam messem aliis relinquere spicilegia: neque in hominem, etsi studiosissimum, cadere videtur, omnia hic ἀξιογνωςα ita exhaurire, ut non semper quædam curatius excutienda aliorum sedulitati supersint. Mihi tum demum absoluti quid & consummati expectandum videtur, si suæ quisque civitatis res ejus ævi notabiliores sollicite, fideliter ac studio, quanto potest, maximo exponat, sed instructus documentis publicis & authenticis, sed aditu ad ea etiam, quæ alias summopere celantur, gaudens. Quam vellem,

vellem, ut illo otio fruerer, iisque me viribus munitum cernerem, quæ ad historiam reformationis ecclesiæ patriæ plene & ἀκριβῶς enarrandam sufficerent! A bono enim cive alienum arbitror, in exteris investigandis gnavum & curiosum esse, domestica autem negligere. Sed quum nec mea imbecillitas, neque temporis, quo me circumscriptum esse video, angustia, neque hujus opellæ limites prolixam & plenam earum rerum tractationem mihi permittant, animo sedet, ea præcipue heic commemorare, quæ historiæ Confessionis tetrapolitanæ lucem aliquam affundunt. Inter omnes namque constat, Memmingam quoque meam illam Divo Carolo, Imperatori Augustissimo in famigeratissimis istis comitiis Augustanis A. MDXXX. cum Argentorato, Constantia & Lindavia exhibuisse. Non vero integram ejus Confessionis historiam (quæ nonnisi suppetiis Argentinensium, Lindaviensium & Constantiensium, a quibus tamen nunc post mutata sacra nihil subsidii sperandum adhibitis, perfici potest) tibi polliceor, sed analecta tantum, eaque, quæ potissimum patriam meam concernunt. Idem saxum jam volvit Theologus

maximæ & eruditionis & famæ D. Gottlieb Wernsdorffius, in dissertatione peculiari, Wittenbergæ A. MDCCXXI. quarta vice typis exscripta, quam hac exercitatione in nonnullis supplere & illustrare conabor. Ad quod rite perficiendum mearum esse partium duco, ecclesiæ patriæ faciem a primis repurgatorum in ea sacrorum initiis ad exhibitam usque confessionem ἄνευ παθῶν delineare, confessionis deinde fata describere, ac ejus quoque historiam literariam adjicere, inspersis & in fine annexis variis documentis, quæ meæ narrationi fidem conciliare possunt. Concessu enim incluti nostri Magistratus, cujus laus non infima est, quod literas fovet, & literatis favet, mecum ex tabulario publico benevole communicavit, quæ huic instituto inservire videbantur, Consultissimus & Amplissimus D. Jo. Sigismundus Schützius, J. U. Licentiatus & Tabularum publicarum apud nos Director optime meritus indiesque merens, Patronus meus debita observantia colendus, cujus singularis humanitas publice heic mihi prædicanda est.

§. 2.

§. 2

Non autem incongruum videtur, hac occasione pauca præmittere de ecclesiæ patriæ ante emendatam religionem statu. Scilicet nec eam reliquit intactam curiæ Romanæ insatiabilis illa & decantatissima auri cupido, quæ in ipsis tenebris, quibus olim ante Lutheri ævum orbis obfuscatus erat, viris piis & cordatis tot flebiles gemitus, tot graves querelas & suspiria, libertatem anhelantia, elicuit, ac reformationi posthac ansam præbuit. Neque Memminga mea caruit veritatis testibus, sub jugo intolerabili gementibus, at masculis tamen & intrepidis. En unum instar omnium, dignissimum meo judicio, cujus nomen oblivioni in qua hactenus jacuit, eripiatur. Est is Bernhardinus Bide, liberalium artium Magister, cujus carmen prolixum legere mihi licuit, Anno circiter MCCCCLXXX. vernaculo sermone compositum, si poëſin spectes, pro ejus ætatis genio asperum satis & horridum, si res ipsas, grave & memorabile. Cecinit illud occasione litium, quas recensere hujus loci haud est, inter aliquot reciprocatarum ob præceptoriam (liceat voce bar-

bara uti, qua ſummam in monaſteriis ordinis S. Antonii indigitant dignitatem) obtinendam, quam ſibi tandem vindicavit Gerardus quidam, mali commatis homo, bullis, quas vocant, pontificiis, auro redemtis, munitus, detruſo iſto, qui rite electus, & ab Epiſcopo Auguſtano confirmatus erat. Eas igitur altercationes referens vir modo laudatus, graviter invehitur in nundinationes Romanas, quibus cuncta venalia erant, nec inter cætera aſſeverare dubitat, Romæ eo proceſſiſſe lucri ſtudium, ut, ſi quis forte decretum pontificium deſideraverit, in quo ſtabiliatur, non dari amplius orcum, terrificum reſonantem fremitu, umbrisque triſtibus tetrum, modo nummis bene inſtructus ſit, non difficulter illud obtinere queat. Accipe ipſa Poëtæ verba, ipſas ejus querimonias:

Innerthalb in ſieben Jaren
möcht einem billich worden ſeyn grauen,
mit Biſchöff, Aebten und Pralaten;
die all Bullen brachten,
aine über die andern,
das iſt den Römern ein ſchanden:

wann ich silber und gold hett,
ich mein luter ich wett
Brieff, Bullen und Instrumenten bringen
gar liederlich und ringen,
dass kein hell nie wär;
das wären gutte mär.
merk einer, wie ich dem nach wolt gan,
ich wollt mir Instrument machen lan
uff die wort, die sind war,
niemand mag mir sagen zwar,
sit Jesus hat die hell erstört,
so han ich nie gehört,
welcher darnach ein stein daran hab tragen,
mir künt es nie keiner sagen,
so mag ich sprechen wie vor
die hell hat weder thür noch thor,
wan es was dazemal kein zimmerman,
der das thor kint henken an,
dorum sag ich, wenn ich geld het,
so waiss ich wol ich wett
Bullen von Rom bringen,
ich hett es ein guter dingen,
das die hell nicht wieder gemacht wer
und einer zu allen örtern hinauss säch

In sequentibus eo vehementiæ progreditur auctor, ut ipsum etiam exitium Romæ imprecetur, illamque juris & æqui

omnis expertem eo tempore fuisse asserat. Sed hæc & alia missa faciens, operæ pretium esse arbitror, heic inserere Maximiliani I. Imperatoris gloriosissimæ memoriæ mandatum, ex autographo a me descriptum, quo Memmingensibus severe A. MDXV. interdixit, ne a familiæ Dominicanæ monachis Augustanis, indulgentiarum mangonibus, loculos sibi emungi patiuntur.

Wir Maximilian von Gots Gnaden Erwelter Romischer Kayser zu allenn zeiten Merer des Reichs Germanien, zu Hungarn, Dalmacien, Croacien, &c. Kunig, Erz-Herzog zu Osterreich, Herzog zu Burgundi zu Brabannt und Pfalzgrave, &c. Empieten unnsern und des Reichs lieben getreuen Burgermeister und Rat der Stat Memmingen unser Gnad und alles guet. Lieben Getreuen. Unns ist glaublich angelangt, wie die Brueder Ordens zu Augspurg in verschiener zeit von Bäpstlicher Heiligkeit ain Indulgennz und Ablass zu Bauung irs Closters daselbs zu Augspurg auf Ewr und etlich annder unnser und des Reichs Stat erlangt, und in Crafft desselben Ablas ain merkliche Summa gelds darauf einpracht haben,

haben, und noch für und für einbringen sollen. Dieweil dann solchs on unnser als Römischen Kaysers wissen und verhengnus beschehen ist, und die vom heiligen Geist in Saxea zu Rom (a) auch solch Indulgenz und Ablas erworben, die wir dann denselben vom heiligen Geist, in betrachtung, das sölch Gelt allain zu underhaltung der

U 5 *Armen*

(a) Ordinis S. Spiritus institutum est, miseros, valetudine & ætate infirmos, pauperes, orphanos & expofititios suscipere. Ejus igitur curæ demandata sunt Nosocomia & Xenodochia, inter quæ caput effert magnum illud & amplissimum hospitale Romanum, cui adjacet templum S. Spiritus in Saxia, ita vocatum a Saxonibus exulibus, qui Caroli M. ævo Romam venisse, ac in ea regione templum, B. Virgini Mariæ consecratum, ædificasse dicuntur, prout refert Maximilianus Misson in Itinerario Part. II. p. 736. edit. Lipf. 1713. Hunc ordinem seculo a Christo nato duodecimo instituit Guido ex Comitibus Montis pessulanis, de cujus primatu jam a longo tempore disceptant Romani & Montis pessulani. Qui illis eum tribuunt, etiam extari, se nominant fratres Ordinis S. Spiritus Romæ in Saxia, quale Monasterium Memmingæ hodienum floret. vid. Petri Saulnier Galli, Romanæ domus Professi Diss. de capite Sacri Ordinis S. Spiritus, in qua ortus, progressusque ordinis totius, ac speciatim Romanæ domus amplitudo, prærogativum jus, & œconomia differuntur, edit. Lugd. 1694. in 4. & alia scripta, quorum P. H. hujus opusculi p. 421. sq. memini.

Armen dürfftigen um Goz willen und zu Goz diensten und kain ander sachen angelegt wirdet, auf ir bete, auf Ewr und etlich annder unnser und des Reichs Stet zuvor zuegelassen haben. Demnach und damit durch solch der Prediger oder annderer Ablas unnser und dess Reichs unnderthannen nit erschöpfft, und die vom heiligen Geist mit Iver Indulgenz verbindert werden, so empfehlen wir Euch bey vermeydung unnser sweren ungnad und straff ernstlich gepietend und wollen, das Ir alles das Gelt, so die benannten Prediger oder yemands annder ausserhalb der vom heiligen Geist in Saxea also erlangt, in Arrest und verpot leget, und das bis auf weiter unsern bevelch nyemands volgen, auch hinfüro solchen Ablas unnd Indulgenz der Prediger Munich, noch yemands anndern, sonder unnsers wissen, in Ewr Stat weiter nit publiciren, ausgeben anschlahen noch verkunden lasset, sonnder unns dieselben zueschiket, und dawider ganz kayn annders thuet, damit wir nit geursacht werden, in annder weg gegen Euch zu handlen. Daran thuet Ir unnser gefallen, und Maynung. Geben in unnser Stat Ynsprugg am sybenden tag des

Monats

Monats Marcy, nach Cristi Geburt funff-zehenhundert und im funffzehenden, unnser Reiche des Römischen im dreyssigsten und des Hungarischen im fünff und zwainzigsten Jaren, &c.

Ex his litteris, oppido memorabilibus, patet, Imperatori Optimo Maximo cognitum fuisse atque perspectum satis indulgentiarum abusum, ac valde displicuisse istiusmodi veniarum nundinationem, cumprimis tum a Dominicanæ familiæ sodalibus institutam. Felicem igitur eo nomine Memmingam meam æstimo, cui Cæsaris mandato cautum fuit, ne ab ejus farinæ agyrtis & institoribus, cœlum venale crepantibus, opibus suis insidias poni pateretur.

§. 3.

His præmissis ad ea accedo tempora, quibus Deo duce & auspice purioris religionis dogmata, spissæ antehac caligini immersa, dulcissimæ patriæ restitui cœperunt. Initium A. MDXXIII. factum, Senatu primo paululum renitente, postea connivente, denique annuente & promovente. Equidem exorientes sensim divi-

næ veritatis radios restinguere, atramque nobis noctem rursus offundere omni nisu conatus est Christophorus, Episcopus tum Augustanus, litteris eo anno die solis post divisionis Apostolorum Dillingæ ad magistrarum nostrum datis, in quibus eum laudat, quod Lutheri partibus nondum accesserit, de civibus vero quibusdam, ejus dogmata jam sequentibus, conqueritur, eosque repressos cupit. Nonnulla inde delibare, ab hoc loco alienum haud esse autumo.

Wiewol ir und die Ewren unns bißher, und besonder, seid die betrüglich Lere und underweysung Martini Luthers und seiner anheng aufgestanden ist, alwegen für Cristenlich und beständlich beruembt worden seyen, so lanngt unns doch an, wie sich etlich wenig der Ewrn ungelert Layen auch verweysen lassen, und darzue understanden haben sollen, ander mer zu Inen zu verweysen, das unns, wa dem also, Ewer und Ewers loblichen Communs halb gar layd und missfellig wäre. Dann wiewol der Luther und seine anheng anfangs von ètlichen der kirchen-diener missbreuchen, und andern viel Cristlicher und gue-

ter

ter leren geschriben, so haben sy doch darunder so viel betrüglichs giffts eingemischt, daraus bißher khain besserung oder meerung göttlichs Lobs, sonnder nicht anders dann hinlessigkeit, leichtfertigkeit und ergernus gegen Got und der welt erwachssen, und größlich zu besorgen ist, wa Got der Herr nit mit sonndern Gnaden darein sehen, daß daraus nicht anders, dann ganz verfurren und verderben der Seelen, Leib, Eeren und guts erfolgen werd. Dann so man nicht mer vasten, beichten, bethen, Meßhören, die Mueter Cristi, und ander sein lieb heiligen nicht mer in Got eeren, und um Ir fürbitt gegen Gott anruffen, sonnder meniglich nach seinem freyen willen leben, und zu yeden zeiten die bißher verbotten Speiß nach seim gevallen und wollust niessen, und anders mer thun solt und möcht, wie dann die Lutherischen gar übel davon schreiben uud leren, so würd dardurch nicht allein der ganz Cristenlich glaub und geistliche Oberkeit vertrukt, sonnder auch dem weltlichen Regiment alle gehorsam entzogen, zu lets groß Plutvergiessen daraus erwachsen, und alles wesen zu nichten werden &c. &c.

Sed

Sed in vacuas auras Præsulem questus suos frustra effudisse, sequentia edocebunt.

§. 4.

Mei autem instituti ratio potissimum a me flagitare videtur, ut nunc ostendam, qui qualesque fuerint, quorum præcipue opera patria Romani Pontificis partes deseruerit. Inde enim apparebit, quam mentem tum, cum in Comitiis Augustanis suam Confessionem cum reliquis tribus civitatibus Cæsari exhiberet, foverit in articulo de sacra Coena, ita ambigue concepto, ut nescias, num Lutheri, an Zwinglii sententiæ urbes illæ quatuor calculum suum adjecerint. Notum etenim est, utrumque mascule quidem & fortiter Romana impugnasse dogmata, verum non convenisse inter se in nonnullis fidei capitibus, præsertim in articulo de sacra synaxi, hincque natos esse dissensus acerrimos, ac lites, ne hodie quidem prorsus sopitas.

§. 5.

Primus igitur, qui Pontificum statutis apud nos publice se opponere ausus est, fuit Christophorus Schappeler, SS. Theologiæ

logiæ Licentiatus, Sangallensis origine, in æde primaria Memmingæ, S. Martino olim dicata, verbi divini præco, Udalrico *Zwinglio* amicissimus, quem etiam Tiguri A. 1523. ipse invisit, ejusque consiliis usus, redux e suggestu ea profiteri non veritus est, quæ monachis & sacrificulis, quorum culinis & ventribus male sic consulebatur, bilem moverunt, trucemque eorum iram in illum concitarunt, avide contra ejus Sermones excipiente maxima civium parte, Evangelii cupida, & avitæ superstitionis pertæsa. Hæreseos ergo dicam mox ei scripserunt adversarii, principiis obstandum esse rati, & quem argumentis refellere nequibant, convitiis aggressi sunt. Ægre autem id ferente nostro magistratu, ac severe interdicente, ne amplius probris eum lacesserent, ipsi vicissim quoque omnem moderationem graviter commendante, clam eum variis criminationibus Episcopo Augustano reddiderunt invisum, ac acerrima illius in eum provocarunt odia. Res igitur eo tandem processit, ut Schappelerus A. MDXXIV. d. 13. Jan. a Præsule Augustano sequenti formula, minarum plenissima, citaretur.

„ Chri-

„ Christofferus Dei & Apostolicæ
„ sedis gratia Episcopus Augustensis, di-
„ lectis in Christo nobis devotis divino-
„ rum cooperatoribus Ecclesiæ parochia-
„ lis Sancti Martini oppidi imperialis
„ Memmingen, ceterisque salutem in
„ Domino. Tenore presencium vobis
„ & cuilibet vestrum in solidum sub
„ pena indignacionis mandamus, ut sta-
„ tim visis ac receptis presentibus no-
„ stra ex parte premptorie citare cu-
„ retis Christofferum Schappeler, asser-
„ tum beneficiatum, atque predicato-
„ rem dicti oppidi Memmingen, ut
„ feria sexta post festum Conversionis
„ Sancti Pauli proxime ventura compa-
„ reat coram nobis in oppido & castro
„ nostris Dillingen, nobis super non-
„ nullis articulis sibi objiciendis in justitia
„ responsurus, sub excommunicationis,
„ suspensionis a divinis ingressis ecclesia-
„ rum, ac etiam privationis omnium &
„ singulorum beneficiorum suorum, que
„ obtinet & in posterum obtinebit, atque
„ inhabilitatis ad illa & alia obtinenda,
„ confiscationisque omnium & singulo-
„ rum bonorum fisco nostro applican-
„ dorum penis. Quod si dictus Christoffe-
„ rus

rus in prevato citationis termino, ut„
præfertur, comparere curaverit sive„
non, nos nihilominus ad declaracio-„
nem penarum predictarum ipsius di-„
ctante contumacia procedere curabi-„
mus justitia mediante, dictoque cita-„
to de cetero non alibi nisi in valvis sive„
portis ecclesie parochialis prefati oppi-„
di Dillingen per publicam proclamatio-„
nem edicti citato & vocato. Datum in„
dicto castro nostro Dillingen Anno &c.„
vigesimo quarto die tercia decima Men-„
sis Januarii sub sigilli nostri impressione.„

§. 6.

Quum vero minus consultum videretur magistratui, ut in aperta se mitteret pericula Schappelerus, Episcopum tam per literas, quam legatos eo permovere conatus est, ut non Dillingæ, sed Augustæ Vindelicorum, quæ sedes episcopalis est, ei, uno vel duobus ordinis Senatorii Viris stipato, comparere, causamque suam agere liceret, fide prius ipsi publica data, ne insons vel in carcerem detruderetur, vel ad supplicium raperetur. Verum Præsulis animus quibusvis precibus flecti haud potuit, legatique re infecta domum re-

diere. Atque ita anathematis fulmine in eum sævitum est, valvis templi S. Martini noctu appensa, sed, antequam innotesceret, ad magistratum delata schedula, quam hic descriptam exhibebo:

„Hic auctoritate ordinaria denunciatur
„excommunicatus ac declaratur Chri-
„stofferus Schappeler predicator oppidi
„Memmingen ob non paricionem mo-
„nitorii. Contra eum decretum & exe-
„cutum instante fisco R. P. & D. D. Epi-
„scopi Augustensis.

§. 7.

Prolixum foret, referre omnia, quæ deinceps hac in re ultro citroque gesta sunt. Sufficiat dixisse, senatum ulterius tam suam, quam concionatoris sui causam egisse mascule & apud Imperii Ordines, Noribergæ congregatos, & apud fœderis Suevici socios, quibus Memmingenses suspectos ac invisos reddere moliebatur Præsul Augustanus, tandemque A. MDXXIV. d. 7. Decembris eucharistiam prima vice sub utraque specie administratam esse. Eo ipso autem anno in festo nativitatis Christi horis vespertinis in ipso D. Virginis templo,

plo, sacrificis omne fere illud tempus, quod sermoni sacro habendo destinatum erat, cantillando, fumigando aliisque ritibus absumentibus, non leves exortæ sunt turbæ, quæ tamen rursus, Joanne Kellero, Consule, maximæ auctoritatis viro, aliisque sex e Senatorum ordine intervenientibus, sopitæ fuerunt. Ji enim populo, a monachis se deludi indigne ferenti, ac illas ceremonias nauseanti promiserunt, se curaturos, ut propediem magistratus auspiciis disputatio publica in curia inter Schappelerum ejusque adversarios institueretur.

§. 8.

Anno igitur MDXXV. postridie Calendas Januarii auctoritate publica in curiam convocati fuere omnes monachi & sacerdotes, heic degentes, ut cum Schappelero inirent colloquium. Proposuit autem is eorum disquisitioni septem articulos e solis sacris litteris, non e priscis doctoribus aut pontificum decretis dijudicandos, quorum summam hic recitare haud piget. I. statuit, confessionem, quam vocant, auricularem non esse necessariam. II. invocationem Mariæ aliorumque Sanctorum

rejiciendam. III. decimas in novi fœderis ſcriptis non flagitari. IV. ſacram cœnam non eſſe ſacrificium, ſed recordationem certiſſimæ remittendorum peccatorum promiſſionis, a Deo factæ, & Chriſti morte firmatæ. V. purgatorium e ſacra Scriptura adſtrui haud poſſe. VI. ſacramentum cœnæ integrum ſub utraque ſpecie, non mutilatum, juxta mandatum Chriſti omnibus Chriſtianis, id petentibus, diſpenſandum eſſe. VII. unicum ſpirituale ſacerdotium omnibus fidelibus eſſe commune. De his ergo capitibus per quinque dies publice coram Senatu diſceptatum fuit præſide Ulrico Wolffhardo, artis ſalutaris Doctore, Viro eruditione & virtutibus ornatiſſimo. Cum diſputantes, tum eos, qui e qualibet tribu auditorum occuparunt ſubſellia, longo ordine (*b*) recenſet Vir non incelebris D. Chriſtophorus Schore-

(*b*) Fuit inter hos Waltherus Iſenberg, cui debemus librum hodie perrarum & fere incognitum, hoc titulo gaudentem: *Wie die mechtige Erb - Künigreich und fürſtenthumb Hiſpania, Hungern, und Gelldern zu den löblichen Heuſern Oeſterreich und Burgundi kommen ſein biſs auf unſern allergnedigſten Herrn, Herrn Karl Erwölten Römiſchen*

Schorerus in Chronico Memmingensi (c). Eo vero eventu res acta fuit, ut victor decerneretur Schappelerus, qui postea alios viginti quinque articulos, ceremonias ecclesiasticas aliaque concernentes conscripsit, quos Zwingliana sapuisse dogmata annales & manuscripti & typis excusi testantur.

§. 9.

His ita gestis eodem anno, qui plenus turbarum per integram ferme Germaniam a rusticis motarum fuit, haud pauci quoque ruris nobis vicini coloni furibundo illi Corydonum seditiosorum agmini se junxerunt. Sed Georgius Truchsessius Walpurgus, Suevici fœderis Imperator, cum suis copiis superveniens, facile rusticorum greges repressit ac dissipavit, &

 quia

---

schen und Hispanischen &c. Künigen &c. als den rechten natürlichen Erbherrn derselben Erbkünigreichen &c. Impressus est A. 1520. Augustæ per Joannem Schönsperger in fol. figurisque ligno incisis ornatus. E. dedicatione ad Carolum V. didici, auctorem olim Div. Maximiliano fuisse ab epistolis.

(c) Pag. 63. seq. Is præsidem Disputationis Fuchshardum nuncupat, sed minus recte, notante id jam olim ad marginem viro historiæ patriæ peritissimo.

quia nostrorum etiam civium nonnulli in collusionis suspicionem venerant, quosdam capite plecti jussit, alios exilio mulctavit. Inter illos fuit M. Paulus Höppen, ludi Latini apud nos moderator. Ab eodem quoque seditionis insimulatus Schappelerus fuit, atque hinc ad supplicium expetitus, qui vero magistratus & civium, qui amore ejus toti calebant, opera vix trium horarum spatio ante, quam quæreretur, in patriam evasit.

§. 10.

Ordo itaque nunc poscit, ut dispiciamus, jurene an injuria seditionis, nefandi illius criminis, reus peragatur Schappelerus. Mihi quidem res nondum iis argumentis confecta esse videtur, ut turpi illa macula eum merito notandum esse censere queam. Fateor præcipuis Suevici Fœderis sociis fuisse seditionis commotæ suspectum, sed præter ejus culpam hanc ipsi invidiam conflatam esse judico ab Episcopo Augustano, cujus maximo ille premebatur odio, ut e superius dictis patet. Suevicum fœdus potissimum constituebant Imperator, immortali memoria dignissimus, sed eo tempore reformato-

ribus

ribus nimis infensus, Præsules Moguntinus, Salisburgensis, Bambergicus, Wirzburgensis, Aistetensis, ipse Augustanus, Guilielmus & Ludovicus fratres Bavariæ Principes, aliique, quibus gratus esse haud potuit concionator Zwinglii partibus favens. Et quis nescit gravamina illa, quæ posthac a quibusdam imperii civitatibus contra istud fœdus fuere exhibita? (*d*). Quis porro ignorat, teterrima innocuis reformatoribus ab inimicis imputata fuisse scelera, ut Vatinianum omnium in eos provocaretur odium? Non diffiteor, rusticos quoque Memmingensium ditioni subjectos turbas excitasse, &, articulis quibusdam Magistratui exhibitis, jugum excutere voluisse: sed nullibi, licet sedulo inquisiverim, deprehendere potui, eorum tumultuum culpam a Senatu in Schappelerum fuisse conjectam. Evolvi monumenta ejus ævi authentica haud pauca, ipsas etiam tabulas publicas, quas protocollum vocant, nec inveni, unquam in illarum turbarum discussione nisi honorifi-

(*d*) Vid. illustr. Jo. Phil. Datt Volumen Rerum Germanicarum, sive de Pace Imperii publica libros fol. 430. seqq.

cam Schappeleri mentionem fieri. Perlustravi præterea quædam scripta, ipsius Schappeleri manu exarata, in iisque animum, a ciendis seditionibus prorsus alienum observavi. Nec nullius momenti esse reor, quod Alexander Majerus, Ordinis S. Spiritus eo tempore Memmingæ Magister, constantissimus pontificiarum partium assecla, in commentario MSto de rebus ejus ævi notabilioribus, ad ipsum præsertim & ejus monasterium Memmingamque pertinentibus, de seditione rusticana, in qua & ipse multa perpessus fuerat, disserens, Schappeleri ne verbo quidem meminerit.

§. II.

Non me fugit, postulata illa rusticorum sive XII. articulos de Libertate Christiana Schappelero a nonnullis adscribi, at nondum id evictum, aut extra omnem dubitationis aleam positum esse patet e verbis illustriss. Sekendorfii *(e)*, qui, si quisquam alius, curate & feliciter, tot quippe subsidiis instructus, in istiusmodi

res

(e) In Comment. de Lutheranismo Lib. II. Sect. III. §. 3. f. 6.

res inquisivit: *Transdanubianis tribui debent articuli illi duodecim, quorum autor etsi a Luthero taceatur, ab aliis tamen nominatur Christophorus Schaplerus, Zwinglianæ doctrinæ apud Memmingenses ecclesiastes: notant id Sleidanus in margine Lib. VI. p. m. 128. & Achilles Gassarus in Annal. August. hoc anno: excusat autem eum autor historiæ belli rusticani Petrus Gnodalius, eo argumento, quod subactis postea a Suevici fœderis ducibus apud Memmingam cohortibus rusticorum, & supplicio in civitate ipsa de aliquibus sumto, Schaplerus a civibus, ejus innocentia motis, clam in patriam, Sancti Galli oppidum, dimissus fuerit.* Immo eo ipso anno in lucem publicam in quarti ordinis forma vernaculo sermone prodiit Sebastiani Lotzeri Apologia, pro Memmingensi civitate & ejus pastore scripta, tam raro hodie obvia, ut libellis deperditis propemodum accenseri queat. En integrum ejus schedæ, unicam modo philyram implentis, titulum: *Entschuldigung ainer frummen Christlichen Gemain zu Memmingen mit sampt ihrem Bischoff und trewen Botten dess Herrn Christoff Schappeler Prediger allda, von wegen der empörungen, so sich bey uns begeben &c. Im Jar 1525. Sebastian Lotzer*

der jünger von Horb jez in Memmingen. Ibi auctor Schappelerum laudibus effert, ac per animæ salutem jurans testatur, eum adeo omni seditionis concitatæ culpa vacare, ut potius graviter auditores suos a dissidiis atque turbis semper dehortatus sit, & contra iis pacis studium summopere commendaverit. Accipe quædam ejus verba? *Also thut unser frummer Christlicher Prediger, er sagt yederman die Warheit reichen und armen, nach innhalt des Wort Gotes, und stelt Christum da myten auf den plann, wer denselben annimpt, ist im ain lieber Bruder, er sey reich oder arm, da siebt er kain person an, dann er sucht allain die eer Gots und unser seel hail, Gott wölle in lang mit seynen Göttlichen Gnaden bewaren uns zu underweysen &c. Und wiewol in etlich beschuldigen, er mache auffrur, sag ich bey meiner seel hail, das er uns alweg mit fleis darfür gebeten hat, uns ermanet styffstig stil und freintlich zu sein, er hat auch von den enperungen nie nichts gewist, untz die geschehen sind sagt alweg, het ich das gewist, wolt wol darvor gewesen sein mit der hylff Gottes.* Sed ipse tandem suam peroret causam Schappelerus. Eum enim sub Christophori Sertorii nomine latere arbitror

tror, cujus literas A. 1525. ad Zwinglium exaratas publicæ luci exposuit summæ eruditionis vir, Jo. Henr. Hottingerus *(f)*, cum eo anno non alium ecclesiasten, Christophori nomine insignitum, nisi Schappelerum Memminga habuerit. Ita autem is inter reliqua: *Evangelii doctrinam, crucis verbum, nedum ministri a Deo legati, sed & plebs infima hominis viam sulcantes, extremis viribus, at sinistris simul iniquis armis jam jam in unum, quo nescio Spiritu, coëuntes fovere, tueri atque manu tenere passim satagunt. — — — Jam tandem in ancipiti re pendente, nec Evangelium, nec pietatem, nec æquitatem denique illam præ se ferunt, sed feroci animo armis alterutrum in sese digladiant sanguinolentis: hinc castra, monasteria domosque exteras metentes, atque spoliantes, bona quæque diripiunt; illinc pagos, villas ac viculos incendio periment: scilicet justitiæ prætextu vindicantes sese absque ullo habenæ moderamine, atque mansuetudine spiritus &c.* Ex his literis, familiaribus & ad amicum scriptis, in quibus alias ipsa pectoris arcana pandere solemus

(f) In Histor. Eccles. N. T. Secul. XVI. Part. II. p. 515. sqq.

lemus absque fuco, apparere puto animum, istas turbas plane abhorrentem, licet in altera quoque parte nimiam in rusticos tumultuantes severitatem minus probare videatur Schappelerus.

§. 12.

Ex hactenus itaque dictis quilibet æqui rerum æstimatores facile judicabunt, quo censu habenda sint ea, quæ personatus Timotheus Cæsarinus Basilius, vel potius J. D. Kutke, deserto puriori cœtu Pontificis nunc castra sequens, gravis, si Diis placet, auctor, cujus scurrile ingenium e Dialogis vernaculo sermone (g) editis orbi innotescere cœpit, in Politica Catholica, libro convitiorum plaustris onusto, de rusticorum seditione differens p. 451. his verbis non ita pridem tradidit: *Ihr erster Rädels-Führer war anfänglich* Christophorus Schaplerus, *ein eifriger Lutheraner, welcher*

(g) h. t. *Drey Fast- und* Abstinenz-*Täge, welche in der Catholischen Kirch den* 28. 29. *und* 30. Junii Anno 1725. *einfallen; wovon zwey Augspurger Herren Studenten, ein Catholischer, nahmens* Elias, *und ein Lutherischer,* Ezechiel *genannt, in vertraulichem* Privat-Discurs pro & contra disputiren &c. *Augsp.* 1725. in 4.

welcher aus dem einfältigen verführten Volk sich eine grosse Armee auf die Baine gebracht, und dieselbe nicht nur mit Gewöhr, sondern auch mit Geschüz und Artillerie *versehen hatte. Bald nach dem dieser in einer unglüklichen Schlacht darauf gegangen*, succedirte *ihm in noch grösserm Ansehen der schon gemelte* Thomas Müntzer, *ein Lutherischer Prediger &c.* Hæc quasi ex tripode pronunciat Vir, canina nobilitatus facundia: tot autem nobis mendacia obtrudit, quot lineas. Cum enim tantum absit, ut primus rusticani belli concitor fuerit Schappelerus, ut ne fautor quidem ejus dici jure queat, haud difficulter judicabit lector, veri amans, quam fidem mereantur reliqua, magnam scilicet manum ex imperita & seducta plebecula in certamina eum convocasse, armis atque tormentis bellicis instruxisse, ipsum denique in acie infeliciter cecidisse, succedente in ejus locum Thoma Munzero, famoso illo ac turbulento impostore. Eo certe tempore, quo post stragem rusticorum ad Francohusam die Lunæ post Cantate, id est, 15. Maji A. MDXXV. factam Munzerus supplicio affectus fuit, sacro suo munere adhuc Memmingæ functum esse Schappelerum,

rum, a civibus amatum & æstimatum, testantur annales nostri, cum manuscripti, tum impressi, qui eum die Lunæ post Ascensionis festum h. e. d. 29. Maji ultima vice sermonem sacrum apud nos habuisse memorant. Revocatum igitur ab umbris in dias luminis oras fuisse, statuendum est, si vera sit Basilii relatio. Quin & e tabulis publicis didici, A. MDXXVI. die lunæ post ferias Bartholomæi magistratum nostrum ab eo accepisse literas: & A. MDXXXII. d. 5. Aug. Ambrosium Blaurerum Senatui nunciasse, a civibus nonnullis se rogatum ut pro eo in officium suum restituendo intercederet. Martinus autem Crusius, rerum Memmingensium apprime peritus, utpote qui scholæ nostræ ab A. MDLIV. ad A. MDLIX. laudabiliter præfuit, Sangalli eum post fugam suam ad senectutem usque docuisse scribit (*b*). En ejus verba: *Ante annos octoginta circiter ibi* (Memmingæ scil.) *Doctor Theol. vixit, Jodocus Gainus Gyntzburgensis, vir præstans & prophetico spiritu præditus, qui inter concionandum innuebat: instare tem-*

(*b*) In Suevicorum Annalium Paraleipom. f. 82.

tempus, quo Antichristus spiritu oris Domini esset conficiendus. Eum secutus est Christophorus Schapplerus Sangallensis, Theol. Licentiatus, qui aperte in errores Pont. Romani invectus, & avide auscultatus est. Delapsus autem in suspicionem rusticani tumultus, cum a fœderatis Sueviæ quæreretur ad supplicium, mire elapsus in patriam est, ibique usque ad senectutem docuit. Petrus denique Gnodalius, præcipuus rerum in bello rusticano gestarum scriptor, postquam multis ejus viri integritatem, assiduam sacrarum literarum meditationem, zelum & vehementiam in vitiis hominum reprehendendis notam fuisse retulisset, addit: *Quare etiam ejus innocentia Memmingensibus probata, cum Confœderati de aliis supplicium sumsissent, cives innocentia ejus moti, eum clam in patriam Sancti Galli, Helvetiæ oppidum dimisere, ubi uxore ex honesta familia ducta, ita vixisse perhibetur, ut & populo gratus fuerit, & integritatis & innocentiæ laudem a plerisque retulerit.* (*bb*). Sed ad alia progrediamur.

§. 13.

(*bb*) f. 134. Scriptorum Rerum German. Schardii Tom. II. edit. Giess. 1673.

§. 13.

Schappelero suffectus fuit, qui aliquamdiu jam cum ipso docuerat, Simpertus Schenckius, Carthusiani antea ordinis monachus, observantissimus itidem Zwinglii cultor, quod si non aliis documentis constaret, vel solæ illius ad hujus, in prælio occisi, viduam A. MDXXXI. d. 9. Nov. datæ literæ (*i*), prolixæ & magnificis Zwinglii elogiis scatentes, evincerent. Nec mirum id: nam e monumentis coævis cognoscere mihi licuit, a Tigurinis Schenkium nostræ civitati concessum, ab iisque post rusticanos motus & Schappeleri fugam revocatum, a nostro autem magistratu, id deprecante, dimissum haud fuisse. Is, cum Suevici fœderis ducenti equites & nongenti pedites belli rusticani tempore in civitatem nostram intromissi essent, citatus coram eorum tribunis Diepoldo de Stain, Euthalio Sigismundo de Berg & Leonhardo de Gundelsheim comparuit, atque sic caussam suam egit, ut ipsi ab illis permissum fuerit, ulterius heic loci verbum Dei prædicare.

(*i*) Quas exhibet J. H. Hottingerus L. c. p. 667. sqq.

dicare. Verum posteaquam matrimonio uxorem, haud renitente senatu, non ita multo post sibi junxisset, eodem anno a fœderatis Sueviæ magistratui nostro, ut eum cum uxore recens ducta urbe expellerent, mandatum fuit. Ipsas eorum literas, cum breves sint, huc apponere visum est.

Röm. Keys. und Hyspanischer Königl. Majest. Chur-Fürsten und anderer Stend des Punds zu Schwaben Potschaften, Hauptlewt und Räte, jez zu Ulm versamelt,

Unnsern günstlichen grus, fründtlich und wyllig dienst zuvor. Ersamen und Weisen, besunder lieben und guten freündt. Aus nottürftigen Ursachen ersuchen wir Euch bey euern Pflichten, damit Ir gemainem Bund verwandt sein, mit ernst bevelebend, das Ir zu Stund Ewern Prediger, der ein Kartausser gewest ist, und sich in kurz mit einem Weib verbewrat haben sol, mit sampt demselben seinem Weib, als unnüz Personen aus Ewer Stat treiben und weisen, und das nit waigern. Das wollen wir uns zu Euch entlich versehen. Datum den XIIII. tag July Anno &c. XXV.

Perſpicis inde, qua ratione ſe geſſerint fœderis Suevici primates erga Evangelii miniſtros, a Pontifice non ſtantes. Equidem cives magno numero magiſtratui libellum ſupplicem *(k)* exhibuerunt, majorem in modum obſecrantes, ne privarentur præcone, quem maximo complectebantur amore; at ipſe Schenkius pacis ſtudio, & ne ex ejus præſentia civitati incommoda enaſcerentur, ceſſit atque ita patria mea per integras ſedecim hebdomadas Evangelii miniſterio prorſus caruit.

§. 14.

(k) Cujus ſubſcriptio eſt: *E. F. W. underthenige, Gehorſame Mitburgere und zunfftygen Man und Frawen in einer groſſen Anzal bie zugegen.* Ibi inter alia hoc Schenkium teſtimonio ornant: *So nun am maiſten an einem guten fridſamen* Prædicanten *gelegen, und dan E. F. W. und wir Herr Zimprecht Schenken nit anderſt dann für ein frumen Criſtenlichen, fridſamen und gozforchtigen* Prediger, *auch in allem ſeinem thun und laſſen eyns eyngzogen, erbern, ſtillen, züchtigen Wandel und Weſens erkant, und bei Ime erfunden haben, das Er ongeſcheucht ſeins Leibs und Lebens und groſſer gefahr und geverlichkeit für und für nit allein wider die auffruren, ſondern wider die auffruriſchen dapffer geſtritten und geprediget, und wa Er nit dermaſſen ſo hart wider Sy geſezt, das zu beſorgen, wa es Got nie ſonderlich fürkommen, noch greſſer und erſchrokenliche auffruren von den auffruriſchen erwachſen ſein mecht &c.*

§. 14.

Tum vero rogatu Senatus ex Helvetia quoque ab Ambrosio Blaurero, Constantiensis *(kk)* civitatis Reformatore, missus ad nos fuit Georgius Gugy, qui tamen mox sub ipsa fere muneris sacri initia Anno MDXXVI. urbe iterum ejiciendus fuisset, si in omnibus ad fœderis Suevici nutum se prorsus componere voluisset noster magistratus. Nam & is seditiosum sermonem habuisse arguebatur. Facillima scilicet hæc visa est ratio, Evangelium ejusque ministros omnium exponendi odio. Verum non ejus modo patrocinium in se suscepit Senatus, sed & ex spontaneo exilio revocavit Schenkium, quem magni tum nominis fuisse, exinde concludo, quod ab Argentoratensibus & Campidonensibus postea expetitus, atque ab Ulmensibus A. MDXXXI. cum Martino Bucero & Joanne Oecolampadio aliisque ad ritus sacros constituendos, & ecclesiam ordinandam fuerit adhibitus. Vehementis autem ac fervidioris

 ingenii

(kk) A Constantiensibus aliquandiu etiam Memmingæ posthac commodatum fuisse Joannem Vannium: Hottingerus l. c. docet.

ingenii plura dedit documenta, e quibus unum heic memorare lubet. Nempe A. MDXXVIII. e suggestu (*l*) asserere non dubitavit; *diaboli inventum esse superstitionis plenum* (*es seye ein Teuffelswerk und Abgötterey*) *organorum musicorum in ædibus sacris usum*: idque eo successu, ut senatus consulto organum in S. Martini templo destruendum decerneretur. Cumque civium unus, ne id fieret, rogaret, dictitans, ab ejus equidem usu abstineri posse, haud vero opus esse, ut prorsus confringeretur; acerrime reprehensus fuit ab Eberhardo Zangmeistero Consule, judicante, dignum eum fore, qui capite truncaretur, si ad justitiæ rigorem res expendenda esset (*Er wäre werth, dass man ihn um den Kopff kürzer machte*). Neque dubium mihi est, Schenkio consentiente & applaudente, posthac A. MDXXXI. altaria confracta, imagines sculptas templis ejectas, easque, quibus sedes nonnullæ exornatæ erant, naribus ac digitis fuisse mutilatas, quales hodienum supersunt, rigidæ illius εἰκονομαχίας testes.

§. 15.

(*l*) Vid. Christ. Schoreri Chronicon Memmingense. p. 69.

§. 15.

Plurimum præterea civitas nostra tribuere solebat monitis atque auctoritati Theologi non incelebris, Ambrosii Blaureri, Constantiensis, e nobili gente prognati, cujus genealogiam Gabriel Bucelinus, Ord. Bened. Monachus, in Constantia Topo - Chrono - Stemmato - Graphica (*m*) exhibuit. Ejus vitam & res gestas exposuit post Melchiorem Adamum (*n*) Clariss. Fischlinus in Memoria Theologorum Wirtembergensium resuscitata (*o*). Scriptis ibi recensitis adjicio sequentia: 1.) *Warhafft Bericht der handlung zwyschent Bruder* Anthonyn Vicary *Prediger - Ordens yez* Predicanten *im hohen Stifft zu Costanz und* Ambrosi Blaurern *vor ainem Ersamen Rat daselbst beschehen, uff den ain und zwainzigsten Tag dess Winmonats* Anno MDXXV. in 4. 2.) *An die Fürsichtygen, Ersamen und Weysen Burgermaister und Rhat der Christelichen Reichsstatt Memmingen kurz, ainfältig, aber*

(*m*) Part. III. p. 18. sqq.
(*n*) In Vitis German. Theolog. p. 413. sqq. edit. Francof. 1653. in 8.
(*o*) Part. I. p. 18. sqq. conf. Supplem. p. 10. 12. &c.

aber warhafft und in Gottes Wort gegründte Anzaygung Ambrosi Blaurer, *das die Päpstisch Mess dem raynen Glauben in Christum Jesum entgegen, und deshalb bey inen billich unleydenlichs irrtums verdacht und angestelt seye.* in fol. 1530. 3.) *Ain New geschicht wie ain Kneblin bey Isne umb zwelff Jar wunderbarliche Gesicht gehabt und von mancherlay tröuung der Straff Gottes darin geret habe. Durch* Ambrosium Blarer *beschrieben.* M. D. XXXIII. in 4. *(p)* Duos numos, in ejus honorem cusos, repræsentavit Christianus

---

(p) Hoc scripto, unica duntaxat plagula constante, Blaurerus testis αὐτόπτης, visiones & ecstases pueri duodecennis memorat, de iisque judicium fert. Nempe Christushofii, in pago Truchsessiorum Walpurgensium ditioni subjecto prope Isnam, Imperiale oppidum, is post cœnam obdormiens, clausis oculis post vehementes rugitus ventris, stomachum perturbantes, non sine dolore, ad sudoris usque effusionem, varia sæpe elocutus est, quæ a Deo sibi præcepta esse perhibebat, integram simul passionis dominicæ historiam enarrans, & calamitates, Germaniam ex justo Dei judicio pressuras, præsagiens. Blaurerus eam rem diaboli operationi adscribebat. *Das obgemelt und mer hab ich selbs gesehen und gehört, und wol gemerkt, das es ain gar schwarzer Teufel aber in einem weissen Mentalin ist, wiewol das Kind onzweiffel unschuldig und frum ist, auch stil und ain gut Wort hat, muss aber solche angst haben, das wir alte storren*

nus Junckerus, ὁ μακαρίτης, in Luthero aureo & argenteo (*q*). Multum usum & maximam familiaritatem ipsi cum Zwinglio & Oecolampadio intercessisse, comprobant plures epistolæ, ab eo & ad eum scriptæ, quas Historiæ Ecclesiasticæ N. T. inseruit J. H. Hottingerus, qui in opere illo egregio passim quoque varia de ipso notatu digna prodidit. Præsentiam realem eucharisticam eum haud statuisse, demonstravit Reverendissimus Tubingensium Cancellarius, Theologus πολυμαθέστατος D. Christoph. Matthæus Pfaffius (*r*).

§. 16.

Hujus consilio non pleraque solum majoris momenti apud nos gesta sunt, sed & ipse nonnunquam accersitus fuit ad res ec-

 clesiæ

storren an ihm lernend, was wir wol wert seyen, dieweil das jung grien holz solches leiden muss, dan Gott schlecht also den Löwen das bindlin vor &c. Est penes me epistola prolixa & erudita Wolfgangi Rychardi, Medici quondam Ulmensis, qua Blaureri judicium refellitur, ac exemplis physicisque rationibus ostenditur, ista omnia affectui melancholico deberi.

(*q*) *In dem guldenen und silbernen Ehren-Gedächtniss* Lutheri. p. 159. sqq.

(*r*) In Comment. de Actis Scriptisque publicis Ecclesiæ Wirtemberg. p. 21. sqq.

clesiæ nostræ ordinandas, quod præcipue A. MDXXVIII. factum. Tum enim constitutum erat, missam abrogare, quam adhuc sacrifici in monasteriis celebrare solebant. Convocatis igitur in curiam omnibus & urbis & agri Memmingensis sacerdotibus, jubente Senatu, ab Ambr. Blaurero demonstratum, missarum sacra optimi Salvatoris institutioni ac verbo divino repugnare, iisque interdictum, ne amplius ea peragere auderent, nisi prius justis & solidis rationibus contrarium evicerint. Misit equidem postea, ab illis excitatus Joannes Eccius (s), acerrimus evangelicæ veritatis hostis, ad magistratum eam in rem literas, vehementes & bili in Blaurerum effusa turgidas cum tractatu de Missa, sed refutatus ab hoc cum in curia, tum e cathedra sacra publice, adeo nihil effecit, ut potius missarum solemnia prorsus apud nos antiquata fuerint, nec ad annum usque MDXLVIII. quo rebus prius A. MDXLVI. a Protestantibus infeliciter gestis mulcta 80000. florenorum

(s) In subscriptione litterarum vocavit se Joannem *Mayer von Eck*, unde verum viri famosi nomen perspici potest. Alterum vero Eccii assumsit ab Eck, pago nobis vicino, in quo natus est.

norum Cæsaris gratiam redimere coacta civitas nostra interimisticam, quam vocant, formulam recepit, unquam celebrata. Cumque nondum quiesceret Eccius, rixosi ingenii vir, magistratus tandem nomine & auctoritate publico scripto, cujus titulum §. 15. exhibui, abrogatæ missæ rationes Blaurerus exposuit, eumque confutavit. Episcopus quoque Augustanus immiti epistola magistratum nostrum propterea reprehendit, atque rem omnem ad Suevici foederis optimates detulit, quo factum, ut A. MDXXIX. Joannes Kellerus Consul & LegatusMemmingensis e fœderatorum consessu *(t)* exclusus, domumque non sine acerba comminatione remissus fuerit. Quin & ab invidis fama dispersa, prorsus a nostris eucharistiæ usum sublatum, ad ipsius Megalandri Lutheri aures penetravit, qui idcirco gravibus litteris, horum analectorum appendici a me insertis, senatum compellavit. Nec metus & periculi expertem fuisse Memmingam meam, ex epistola Blaureri ad Zwinglium A. 1529. d. 11. Aug.

(t) Meminit ejus quoque Sekendorfius in Comment. de Lutheranismo Lib. II. p. 129.

Constantiæ exarata (*u*) liquet, ubi inter alia: *Contrahuntur undique nescio quæ copiæ, nec quisquam satis conjicere potest, in quem usum, aut quid conentur. — — Vehementer nunc timent sibi Memmingenses mei, ne oppugnentur: nam expugnari illos posse tam non credo, quam stat mihi certissima de Christi præsidio fiducia. Proinde Te per communem Servatorem nostrum Christum etiam atque etiam obtestor, ut pro singulari prudentia & authoritate, qua vales apud Tuos, nihil non tentes, quo Memmingensibus, Isnensibus, Campidonensibus & aliis nonnullis securioribus esse liceat. Olfacis, quid velim, & scio Te alioquin in eo esse, ne optimi quique crudelissima tyrannide istorum opprimantur, admonere tamen visum est, quod Memmingensibus meis unice consultum cupiam.*

§. 17.

Hisce vero doctoribus usa Memminga non potuit non Zwinglii partes sequi, quem etiam tanti habebat, ut ministerio per eum prospici suo A. MDXXIX. voluerit, docentibus id literis Wolfgangi Capitonis, ab Hottin-

(*u*) Vid. Hottingeri Histor. Eccles. Sec. XVI. Part. II. p. 461. sq.

Hottingero (*x*) vulgatis. Mirum ergo non est, eam in celeberrimis Comitiis Augustanis A. MDXXX. cum sententiam mutare nollet, a Principibus Evangelicis in confessionis societatem admissam haud esse, atque eo adactam, ut cum civitate Argentoratensi, Constantiensi, Lindaviensi, Latino & vernaculo sermone per Hedionem peculiarem exhiberet confessionem, a Martino Bucero festinanter conscriptam, & a quatuor istis civitatibus Tetrapolitanæ nomine communiter gaudentem. In ejus capite XVIII. de Eucharistia hæc habentur: *De hoc venerando corporis & sanguinis Christi sacramento omnia, quæ de illo Evangelistæ, Paulus & sancti Patres scripta reliquerunt, nostri fide optima docent, commendant, inculcant. Indeque singulari studio hanc Christi in suos bonitatem semper deprædicant, qua is non minus hodie, quam in novissima illa cœna, omnibus, qui inter illius discipulos ex animo nomen dederunt, cum hanc cœnam, ut ipse instituit, repetunt, verum suum corpus verumque suum sanguinem vere edendum & bibendum, in cibum potumque animarum, quo illæ in æternam vitam alantur, dare per Sacramenta digna-*

(*x*) L. c. p. 513.

dignatur, ut jam ipse in illis, & illi in ipso vivant & permaneant, in die novissimo in novam & immortalem vitam per ipsum resuscitandi. Licet autem hæc verba ita sint concepta, ut cum Lutheri sententia congruere videantur; ex hactenus tamen dictis constare arbitror, Memmingenses iis juxta Zwinglii mentem usos fuisse, ut spiritualis tantum per fidem, non realis corporis & sanguinis Christi præsentia iis assereretur, quod & ex Confessionis Apologia aliquanto apertius apparet. Capite XXII. de statuis & imaginibus equidem profitentur, earum usum esse liberum, ita tamen, ut facile pateat, eos potius omnes e templis prorsus remotas & abolitas voluisse. Sunt & alia, quæ post Joannem Pappum (y) & Theologos Agentoratenses ei coævos in ea desideravit Abrahamus Calovius (z): videlicet articulos de peccato originali, libero arbitrio, pœnitentia, peccati causa, utraque specie cœnæ dominicæ plane esse omissos, alios obscure propositos, articulum de justificatione papistis etiam palpum obtru-

(y) Vid. ejus refutat. libri Bipont. contra agend. Eccles. Argent. p. 458.
(z) In Fxegemate Augustanæ Confessionis. Cap. I.

obtrudere, ἀντίθεσιν denique non attingi, sed nudam articulorum θέσιν proponi. Verum hæc summæ festinationi, qua Confessio conscripta est, tribuenda esse censeo, de qua laudati Pappi verba (*aa*) historiam confessionis illustrantia; apponi merentur: *Mit den* original *Schreiben Herren Jacob Sturmen, und Herren Matthis Pfarrers, als der Gesandten auf dem Reichstag A.* 1530. *ist darzuthun und zu beweisen, dass sie keine solche zuvor zu Strassburg angestellte* Confession *mit sich auf den Reichstag gebracht, oder auch ihnen nachgeschickt worden, sondern demnach weder die* Protestirende *Stände, und derselben anwesende Rhäte und Gesandte, noch die* Theologi *sich ihrer annehmen, noch zu gemeiner Confession sie zulassen wollen, dass sie allererst in gröster Eil ihnen zween* Theologos *zuschiken begehrt, und als dieselbe endlich zu Augspurg ankommen, in wenig tagen und grosser Eile der Stätte* Confession *anstellen lassen, also dass sie auch in einem Schreiben Dato den* 21. *Junii bekenken-*

(*aa*) In lib. cit. sive *wahrhaffter und wolgegründeter Widerlegung dess unwahrhafften und falschen berichts, so wider die Strassburgische Anno* 1598. *ausgegangene Kirchen-Ordnung zu Zweybrüken Anno* 1603. *getrukt worden &c.* p. 274.

kennen, daſs ſie ſo viel zeit und weil nit haben, daſs ſie ſolche Confeſſion *zuvor allher* (Argentoratum ſcil.) *hätten ſchiken, und beſichtigen oder berathſchlagen laſſen können.*

§. 19.

Scopo autem noſtro maxime congruum eſſe videtur, ipſum Auguſtiſſimum Imperatorem Carolum V. confeſſionis oblatæ hiſtoriam in conſtitutione, finitis comitiis publicata *(bb)*, ita ediſſerentem audire: *Folgends haben uns die Geſandten unſer und deſs H. Reichs Städt, Straſsburg, Coſtanz, Memmingen und Lindau ihre Bekanntnuſs ihres ſondern Glaubens in Schrifften übergeben, welche wir für uns ſelbſt, auch durch viel gelehrte tapffere* Doctores *der H. Schrifft vieler* Nation *mit höchſtem fleiſs vorleſen und erwegen laſſen, und nachdem wir aus derſelben ihrer eigen übergebenen Bekänntnuſs vernommen, auch ſonſt glaublich bericht, und für ſich ſelbſt offentlich, daſs die gedachten vier unſer und deſs Reichs Städt, nicht allein im Glauben von aller andern Frey- und Reichs-Städten, ſonder der ganzen Teutſchen* Nation, *auch*

(*bb*) Vid. *deſs H. Römiſchen Reichs Abſchiede* fol. 247. edit. Francof. A. 1707.

auch der gemeinen Christenheit abgesondert, und die schwere Irrsal wider das hochwürdige Sacrament, dergleichen der Bildstürmung und anderer Sachen unterzogen, und biss anhero viel widerwärtiger Sect gestattet, dieselben auch unter den gemeinen Mann Teutscher Nation ausgebreitet, und in dem Büchlein, so hin und wider umgetragen, begriffen seynd, welches weder ihnen noch sonst niemands zustehet oder gebührt: So haben wir Gott dem Allmächtigen zu Lob, zu Förderung der Seelen Heyl, zu Erhaltung Christlicher Lieb, und insonderheit zu Ruh, Wohlfahrt und Einigkeit Teutscher Nation durch die Gelehrten der H. Schrifft von vielen Nationen, auch mit tapfferm Rath unser und dess H. Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, so allhier versammlet, darauf ein Gegen-Bericht, in dem Evangelio und H. Schrifft gegründet, thun verfassen, den wir ihnen von Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen öffentlich haben fürlesen, sie darauf gnädiglich erinnern, ermahnen und begehren lassen; dieweil sie ab solchen unser Confutation ihren Irrsal klärlich vermerkten und verstünden, dass sie von denselben grausamlichen Irrthumern abstünden, und sich mit uns, auch Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen des Reichs und gemeiner Chri-

Christenheit verglichen, das wollten wir uns zu ihnen versehen. Auf solch unser gnädigist Erinnern und Begehren haben der gemeldten vier Städt Gesandten unterthäniglich gebeten, ihnen eine Copey von solcher Confutation zu geben, mit dem Anzeigen, daß sie von ihren Raths-Freunden allein Befehl hätten, was ihnen fürgehalten wird, davon Abschrifft zu begehren, und solche hinder sich zu schiken. Welches ihr Begehren wir ihnen aus beweglichen Ursachen abgeschlagen, und uns dabey erbotten haben, daß wir ihnen dieselbe Confutation zwey oder dreymal widerum wollten fürlesen lassen, damit sie sich desto baß darnach zu richten wissen, und deßhalben widerum an sie gesonnen, daß sie solchem unserm Begehren nachmals statt thun wollten. Dann wo solche Christliche Ermahnung und Erinnerung bey ihnen nicht statt haben wollte (deß wir uns doch nicht versehen) so könnten dieselben vier Städt gedenken, daß wir verursacht werden, uns in den Sachen zu erzeigen und zu verhalten, wie uns als Römischem Christlichem Kayser, Oberstem Vogt und Schirm-Herren der H. Christlichen Kirchen von Amts wegen, unserm Gewissen nach, gebührt, wie vormahls in der Confutation gemeldt ist. Aber auf solch und dergleichen unser gnädigst Erinnern und

Begeh-

Begehren seynd die Gesandten der berührten vier Städt auf ihrer Meynung bestanden.

§. 19.

E re nostra esse arbitror, adjicere heic quasdam notatiunculas, depromtas ex relatione Joannis Ehingeri de Guttenaw *(cc)*, Memmingensis consulis & ad comitia Augustana legati, manuscripta, quam magnificus & Generorissimus Dominus Jo. Georgius de Lupin, Reip. patriæ Consul longe meritissimus, Mæcenas meus demisse venerandus, mecum gratiose communicavit. Didici nimirum exinde, 1.) Imperatorem istis quatuor civitatibus maxime succensuisse, & gravissimas illis minas intendisse, Memmingæ præsertim, utpote Augustæ atque ita etiam Cæsari omnium proximæ, terribiles. 2.) Confutationis auctores fuisse Joann. Fabrum, Eccium, *(dd)* & Cochlæum.

(cc) Cujus familiæ nobilissimæ genealogiam recensuit Gabriel Bucelinus in Constantia Stemmatographica p. 40. sq. e qua videre est, Ehingeri sororem Thomæ Blaurero, Consuli Constantiensi, Ambrosii fratri, nupsisse.

(dd) Non absque remuneratione eos operam suam Cæsari & Pontifici commodasse, docet Jo. Sleida-

læum. 3.) Ehingerum, finitis jam comitiis, cum non amplius adessent reliquarum civitatum legati, clam & inscio Imperatore

---

Sleidanus Commentar. Lib. VII. p. m. 199. scribens: *Faber & Eccius honorarium munus a principibus petunt & impetrant ob scriptas confutationes: operam quoque suam deinceps pontificiæ religionis defensioni pollicentur. Nam hi, sicut alii plerique, cogitabant crescere de Luthero, & Faber quidem postea Viennensem episcopatum est adeptus a Rege Ferdinando. Hinc illud Erasmi Roterodami facetum, quo dicere solebat: Pauperem ac tenuem Lutherum locupletare multos.* Delusum vero aliquando in iis comitiis Eccium a Cardinale Campegio, qui pingue sacerdotium, tum vacans, illi promiserat, aliique dein, quadringentis florenis corruptus, contulerat, refert Jo. Manlius in locorum communium collectaneis, e lectionibus præcipue Melanchtonis congestis p. 372. sq. Est mihi Codex MStus, e reliquiis Bibliothecæ Spizelianæ cum aliisque Augustæ a me redemtus, cui hunc beatus Theophilus Spizelius manu sua præfixit titulum: *Narrationes jucundæ & utiles ex Prælectionibus (ni conjectura fallit) Phil. Melanchthonis exceptæ ac collectæ a diligente ac perindustrio quodam Auditore.* Ibi eadem historiola narratur, additurque, Gumpenbergium fuisse illum, qui Eccio istud sacerdotium præripuit, quem is, e cujus ore hæ narrationes exceptæ sunt, se novisse, cum esset studiosus in Academia Tubingensi, ait, adjiciens, ab eo tempore semper fuisse Romæ, in omni genere scelerum exercitatum, ita ut jam esset perfectus Curtisanus. Ex eodem libello didici, Eccium, qui cum suis Luthero castum matrimonium tantopere exprobravit, a lascivio-

ri

tore, precibus fortassis pretioque, confutationis apographum impetrasse, antea constanter denegatum, idque Argentoratum misisse. Quod a nemine adhuc observatum præcipue notari meretur, cum hinc in probatulo ponatur, qui fieri potuerit, ut scripto illi, non minus prolixo quam acerbo, justa & curata apologia, istud κατα ποδα persequens, opponeretur, in cujus præfatione lector ita compellatur: *Dieses wöllest Christlicher Leser also annemmen, das du nit zweifflest, wo der* confutatoren *Wort angezogen werden, dass dieselbigen in der Warheyt also für Keiserlicher Majestät gelesen sind.*

§. 20.

Confessionem vero Tetrapolitanam, Ulrico Zwinglio non improbante, fuisse oblatam, vel inde palam est, quod is mense Octobri, cum legati civitatum iterum

 Augu-

ri mulierum consortio haud abhorruisse. Sermone enim prius de Ludovici Hetzeri Anabaptistæ, cujus versio Prophetarum Germanica aliaque extant, stupris habito, hæc inibi memorantur: *Ego aliquando Erphordiæ cum Eccio sedebam inter honestas matronas, quarum una erat egregia & luculenta forma, cum ea Eccius colludere incipiebat, quasi in alio loco cum ea versatus.*

Auguſtam ad confutationem coram Cæſare & ordinum conſeſſu audiendum vocati eſſent, ad conſtantiam in iis, quæ antehac profeſſi fuerant, Memmingenſes literis exhortatus ſit, quas in appendice integras ex autographo exhibere viſum eſt, ipſa ejus dialecto & orthographia in majorem rei fidem ſervata, quam rationem in aliis etiam tenere ſtatui. Cæterum plures aliæ urbes, præſertim Suevicæ, interque eas primariæ, Auguſta Vindelicorum & Ulma, licet ipſæ Confeſſioni Tetrapolitanæ haud ſubſcripſerint, idem tamen cum quatuor illis civitatibus inſtitutum ſecutæ ſunt in ritibus ordinandis, exturbandis e templis imaginibus & dejiciendis ſtatuis atque altaribus Zwinglii etiam ac Helvetiorum ſententiam de ſacra Cœna ſi non prorſus ſuo probantes calculo, proxime tamen ad eam accedentes, Eccleſiæ enim Auguſtanæ miniſtri tum erant Michael Cellarius vel Keller Memminga, quo antea ſeceſſerat, vocatus, Wolfgangus Muſculus, Bonifacius Wolfhardus, Sebaſtianus Mayerus, & Theobaldus Nigri, omnes confeſſionis Tetrapolitanæ & Helvetiorum fautores, imo ipſe etiam Martinus Bucerus aliquandiu ibi docuit. Hinc & Catechiſmus A. MDXXXIII.

a paſto-

a pastoribus Augustanis editus, & A. MDLVI. ab Heidelbergensibus recusus, Augustanisque dicatus Zwinglii doctrinam sapit, cujus notitiam Clarissimo Bruckero debeo. Ulmenses vero in constituenda sua Ecclesia cum aliorum, tum præsertim Buceri & Oecolampadii opera A. MDXXXI. usi sunt (*ee*), qui mense Junio ejusdem anni Memmingam quoque invisere, inter cætera εἰκονομαχίαν ibi promoventes. Hinc autem Biberacum profecti, ad Senatum nostrum d. 6. Julii literas dedere, e quibus excerpere quædam juvat. *GOtt sey lob, dass wir in allen evangelischen Flecken ongeferwt bruderlich lieb und treuw spüren und erfaren, auch hie erfinden wir meer dan wir gehofft betten; also mit solchem ernst und onverzagten gemuet schikt man sich in einen rechtschaffnen Gotsdienst, mit abschaffung der Bepstischen Mess, Bilder, und Altar: Wie dan E. W. von Junker Hans Ebinger wol vernemen mag.*

(*ee*) Commercii Ulmensium cum Argentoratensibus & Helvetiis documenta dedit J. H. Hottingerus in Hist. Eccl. Sec. XVI. p. II. p. 570. sqq. conf. Maxime Vener. Domini Jo. Casp. Funckens *kurzgefasste* Reformations-*Historie*. p. 702. sqq. ejusque Appendicem p. 116. sqq.

Allain ein onruwe begegnet den guten frummen leuten darunder, nemlich, so sie erlaubt han menglich, sein Bild und Grabstein zu Jich zu nemmen, erfunden werden etlich, die sich dess nit begnügen, und trachten weiter noch ornat, kleinot, und stifftung auch herauss zu bringen. Des wie E ers. W. nit han wollen verhalten, ob vielleicht Got gnad geb, das alle ding bey euch bekumlicher ausgerichtet wurden.

§. 21.

Nunc reliqua etiam pertexenda sunt. Anno MDXXX. exeunte Protestantes Smalkaldiæ fœderis formulam concepisse refert Sleidanus *(ff)*, non quidem offendendi quenquam, sed sui denfendendi causa, eique continuo subscripsisse quosdam Principes, Comites & Urbes, Argentoratum vero, Ulmam, Constantiam, Lindaviam, Memmingam aliasque civitates sic recepisse, ut ad suos referrent, & intra sextam hebdomadam diserte nunciarent, quid velint. Sed notare mihi liceat, Constantiam, Reutlingam, Memmingam, Lindaviam, Bibe-

(ff) Commentar. Lib. VII. p. m. 204.

Biberacum & Isnam suos tum Smalcaldiæ non habuisse legatos, verum ab Ulmensibus ea de re certiores factos, qui forte in se istud receperunt. Cognovi id ex litteris harum civitatum, ad Joannem Electorem Saxoniæ A. MDXXXI. die Veneris post Purificationis Mariæ datis, quarum exemplum in tabulario nostro publico adservatur. Ex iis pauca delibare operæ videtur esse pretium. *Dieweil unser aller will, Meynung und gemüt vermittelst Göttlicher hilff und gnade endlich dahin gestellt, bey desselben hellen, raynen, und unzerstörlichen wort zu beleiben, auch dabey (wa der Allmechtig mithilfft) ungeacht aller Wagspil, und dess das uns darüber begegnen oder zusteen mag, bis in unser End zu verharren, und wir dann das bedenken gerürter Christlichen verstentnus jüngst zu Schmalkalden, wie gehört, gleichwol durch sonder mitwirkung Gottes des Hailigen Geists begriffen, unser teils, besonder dieweil sich ermelt Christenlich verstentnus allein zur gegenwör, auch merung Göttlichs worts und Christenlicher lieb erstrekt, nit zu verbessern, oder darinn Enderung zuthun wissen, derhalben im Namen des allmächtigen so schreiben E. Churfürstlichen Gnaden wir alle hie-*

unden bemelte Stett (gg) mergedachten Christenlichen verstand, wie der zu Smalkalden verabschidt, hiemit zu, dergestalt und also, das wir denselben unsers teils bewilligt und angenommen. Observandum vero, in conventu Smalkaldico A. MDXXXI. Argentoratenses ac reliquos, qui in comitiis Augustanis a Principum confessione secessionem fecerant, tum demum in fœdus fuisse receptos, posteaquam dogma suum de Cœna Domini copiosius declarassent, ac Saxonicis interpretatione sua satisfecissent (*hh*). Non ergo dubium est, eos Zwinglii jam partes in capite de sacra cœna deseruisse, atque articulum illum Confessionis Tetrapolitanæ ambigue conceptum ad Saxonicorum mentem interpretatos esse. A fœderis enim societate alias exclusi fuissent. Lutherus certe in consilio de ratione, qua cum civitatibus paciscendum sit, Saxoniæ Electori dato (*ii*), Argentoratenses & cæteros in fœdus haud admittendos censuit, ni prius confessi fuerint, substantialem & realem præsentiam eucharisticam, corpusque

(*gg*) Literis his etiam subscripsit Illma.
(*hh*) Vid. Sleidan. L. VIII. p. 226.
(*ii*) Vid. Opp. Lutheri Tom. II. Isleb. p. 134. sq.

que & sanguinem Christi non a fidelibus tantum, sed & ab indignis accipi. Præterea in conventu Francofurtensi, eodem anno habito, de Helvetiis in fœdus recipiendis, quod civitates valde cupiebant, Saxo per legatos respondit: *quoniam de cœna Domini diversum sequantur dogma, non sibi licere societatem cum ipsis ullam coire* (kk). Idem porro Nassovio & Nuenario comitibus, ab Imperatore ex fœdere cum civitatibus inito de eo suspicante, quasi & ipse Sacramentariis accessisset, ad illum missis affirmavit, *si quis sociorum suorum, cujuscunque tandem sit ordinis aut loci, ab Aug. Confessione recedat, & errorem sacramentarium fovere incipiat, bujus se societatem prorsus vitaturum esse* (ll). Cæterum Argentoratenses cum reliquis in Conventu Swinfurtensi A. MDXXXII. Principum Confessioni & Apologiæ subscripsisse, & omnibus suis ministris serio injunxisse, ne quis aliter doceret, quam in ea Confessione & Apologia expressum est, edocent literæ Wolfgangi Capitonis & Martini Buceri, ad Lutherum A. 1537. 19. Jan. Argent. exara-

(*kk*) Vid. Sleid. Lib. VIII. p. 215.
(*ll*) Vid. Kirchneri Hist. Aug. Conf. p. 197.

tæ (*mm*), quam ſubſcriptionem Helvetios, & per ſuperiorem Germaniam quam plurimos indigniſſime tuliſſe teſtis eſt Hottingerus (*nn*), quippe qui exiſtimarint, plus metum hoſtilis Pontificiorum potentiæ, quam veritatis ſtudium in hac Suevorum & Argentinenſium cum Saxonicis conjunctione valuiſſe. Silentio, quoque non prætermittendum eſt, quod, (cum Ferdinandus Romanorum Rex A. MDXXXIV. inter alias conditiones transactionis Cadamicæ Saxoni etiam promiſerit, ſe effecturum loco Cæſaris, ut Cameræ judicium ab omni ſuperſedeat actione contra Proteſtantes, in quibus tamen nec Anabaptiſtæ, nec Sacramentarii, nec id genus aliæ ſectæ (*oo*) ſint comprehenſi) Philippus Landgravius Haſſiæ d. 13. Julii pacis conditiones cum Argentoratenſibus & reliquis civitatibus, fœdere iis junctis, communicans, in epiſtola, cujus apographum apud nos ſervatur, his inter cætera uſus ſit verbis: *Wiewol darinnen ein Wörtlein* Sacramentierer *befunden, welches vielleicht etlichen für beſchwer-*

(*mm*) Quas integras vulgavit Jo. Pappus l. c. p. 45. ſqq.

(*nn*) In Hiſt. Eccl. Sec. XVI. P. V. p. 168.

(*oo*) Vid. Sleidan. L. IX. p. 243.

*schwerlich angesehen möcht werden, so wissen wir doch wol, dass ihr euch dazu nit, sondern für Christen bekennen, und von dem Sa*cramente *und Nachtmal unsers lieben Herrn Jesu Christi viel und ehrlich haltend, ob es aber bey jemands in einen Missverstand sollte zogen werden, und euch desshalben anfechtung begegnen, so wissend ihr vormals unser gemüth, und wie wir einander geneigt, günstig und verwandt seyn, das wöllen wir, ob Gott wöll, steth und unverrukt halten, und uns gegen euch keines wegs bewegen lassen, noch auch in allen gerechten Sachen von euch nit sezen.*

§. 22.

Anno autem MDXXXVI. concordiæ inter Saxonicarum & superioris Germaniæ Ecclesiarum ministros (*pp*) Wittenbergæ initæ, Argentinensium nomine subscripsęrunt Wolfgangus Capito & Martinus Bucerus, Memmingensium M. Gervasius Scholasticus vel Schuler (*qq*), confessi tum, cum

(*pp*) Hujus concordiæ acta diligenter enarrat Jac. Schopperus in Chorographia Germaniæ f. 635. sqq.

(*qq*) Edidit is vernacubo sermone opus de Resurrectione mortuorum, A. 1537. in 8. Norimb. cum præfat. D. Ulr. Wolfhardi excusum, quod eum virum non ineruditum fuisse comprobat.

cum pane & vino vere & ſubſtantialiter adeſſe, exhiberi & ſumi, etiam ab indignis, corpus Chriſti & ſanguinem, ſeque juxta Confeſſionem & Apologiam Principum, Evangelium profitentium, in omnibus articulis ſentire & docere velle. Non tamen prorſus eo tempore rejeciſſe illos Confeſſionem Tetrapolitanam, e variis documentis compertum habeo & exploratum, quæ heic producere nihil vetat. Bucerus in literis ad Memmingenſes Auguſta d. 26. Apr. ejus anni ſcriptis ita fatur: *Was ich bis hieher mit hülff meiner gnädigen Herren zu Strasburg und Brüder daſelbſt zu dieſer* Concordi *gehandelt hab, iſt alles geſchehen auf den Grund unſer* Confeſſion *und* Apologi, *deren auch E. F. W. unterſchrieben haben, darinn dann auch die fernig Verſammlung der Brüder zu Coſtanz, bey dem E. E. W. den F. meinen günſtigen lieben Herrn Eberhard Zangmeiſter, euer Statt Burgermeiſter, mit meinem l. Bruder* M. Gervaſio *gehabt haben, bewilliget, und mir des alles Befehl gegeben.* Lindavienſes ultimo Apr. ita ad noſtros præter alia: *So iſt bey uns kein Zweyfel, es werden die gedachten unſere liebe Freund zu Coſtenz nit underlaſſen, die Iren auch auf den Tag gen Yſennach zu ſchiken, dieſelbigen auch unſer*

ser und unser Prædicanten *Meynung gnugsamlich dieser sach halben verstanden, und dasselb im fall, so es des ye bedürffen sollt, wol anzuzeigen haben: nemlich diese Meynung, das wir bey unser Christenlichen Leer und Glaubens-Bekentnus der Rö. Kay. Maj. unserm allergnedigsten Herrn, in namen unser besonder lieben und guten Freunden, deren. von Strasburg, Costanz, E. E. W. und unser auf jüngst zu Augspurg gehaltnen Reichstag übergeben und volgends darauf auch offentlich in Truk ausgegangnen* Apologi *belieben, uns darvon noch zu ainicher Gleichheit der* Ceremonien *nit begeben, sondern dem heilwertigen wort Gottes und Christenlicher Freyheit Iren freyen uneingefangen Lauff bey uns lassen wollen.* Argentinenses vero d. 28. Aug. itidem ad Memmingenses scripsere, se statuisse, *die angestelte* Art. *als unser usgangen* Confession *und* Apologi *gleich und gemess anzunehmen, und mit unsern Predigern zuzuschreiben.* Quibus Memmingenses d. 7. Sept. responderunt: *Als unser* Prædicant M. Gervasius *Schuler von Witteberg anheimisch kommen, und erstlich uns als dem Rath die gestellte Articul der* Concordi *fürgehalten, und wir darauf die Erklärung derselben, auch das die unser* Confession *Kayserlicher Maj. unserm allergnädig-*

gnädigsten Herrn zu Augspurg übergeben, in einigen weg entgegen oder wieder sey, nit verstehen mögen, so haben wir uns solche Concordi *auch wolgefallen lassen, der zuversicht, die werde zu mehrung Gottes Lob, Christlicher Lieb, und vieler beschwerten gewissen, die sich bisher ab dieser zweyung grosslich gestossen, zu guter Erledigung reichen.* Unde perspicuum esse arbitror, nostros, etsi Confessioni Augustanæ ejusque apologiæ subscripserint, nonnihil tamen auctoritatis tum tribuisse confessioni tetrapolitanæ, sed in capite de sacra synaxi ad mentem illius, quam Principes Cæsari obtulerunt, explicatæ. In ritibus vero sua libertate usi sunt. Hinc hodienum apud nos minus ceremoniarum est, quam in Ecclesiis Saxonicis; in baptizandis infantibus exorcismo locus haud est, atque eandem cum Reformatis dividendi decalogum rationem sequimur, ut ad primam tabulam quatuor præcepta, ad secundam sex referamus, separantes, quæ a reliquis Lutheranis primum præceptum constituere dicuntur, nonumque ac decimum conjungentes *(rr)*. Peccatorum autem

(rr) Eadem decalogi divisio adhuc apud Argentinenses obtinet.

tem confessio, quæ coram verbi divini ministris ante eucharistiæ usum a singulis fieri assolet, Memmingæ demum A. MDCV. introducta est, teste Christophoro Shorero (*ss*). Procedente vero tempore sensim adeo apud nos neglecta fuit tetrapolitanæ Confessio, ut nunc ejus memoria vix superfit, atque unicum duntaxat vel alterum primæ editionis, & Germanicæ quidem tantum, exemplar.

§. 23.

De reliquo Memmingenses quoque cum aliis A. MDLXXVII. Formulæ Concordiæ subscripserunt, suum sic consensum cum puriori Ecclesia testantes. Antea vero A. MDLXXIII. M. Eusebium Cleberum, in templo Martiniano verbi præconem, Zwingliana publice profitentem dogmata, quæ a Crypto-Calvinistis, quos vocant, Wittebergensibus edoctus fuerat, ac ad tetrapolitanam etiam Confessionem provocantem, ab officio remotum dimiserunt, colloquio prius cum ipso a D. Jacobo Andreæ, Theologo

obtinet, cujus adiaphoriam tuetur B. J. C. Danhaverus in Collegio Decalog. p. 16. Lindavienses vero communem consuetudinem sequuntur.

(*ss*) In Chronico Memmingensi. p. 118. sq.

logo Wirtembergico, magistratus auspiciis, sed frustra, habito, cujus acta in tabulario publico extant. Abiit is deinde ad Heidelbergenses ac Sangallenses, & publico quoque scripto suas opiniones defendere conatus est (*t t*).

§. 24.

Argentoratenses autem ab Anno 1531. in omnibus comitiis, colloquiis & conventibus, religionis causa institutis, invariatam Confessionem Augustanam per Theologos suos defendisse, ad officia scholastica & verbi ministerium nonnisi eidem suffragantes admisisse, atque omnes controversias de fidei capitibus inter se exortas, ex illa dijudicasse, per singulos annos procedendo, contra Michaelem Philippum Beutherum prolixe & curate ostendit D. Joannes Pappus, Theologus olim Argentoraten-

(*t t*) h. t. *Eine warhaffte Underweisung von der Person Christi, und der beider Naturen Underscheid, auch rechtem Verstand dess H. Abendmals, samt einer kurzen, aber doch gründlichen Widerlegung der zweien Predigen, so im Jar 73. von* D. Jacob And. *offentlich wider mich ausgangen &c. gestelt durch* Eusebium Clebern, *den geurlaubten und vertribnen Prediger von seiner lieben Kirch, und aus seinem eignen Vatterland, durch Anstifftung und geschwindigkeit* D. Jacobs *und seines Anhangs*. A. MDLXXV. in. 4.

toratensis, plurimis in Christi Ecclesiam meritis conspicuus, in libro superius citato, quo lectores meos, ne in nimiam hæc analecta molem excrescant, remitto, unico tantum verbo monens, symboli loco eos Principum confessionem & Apologiam in Ecclesia sua quidem habuisse, at simul nonnihil, primis præsertim annis, etiam tribuisse tetrapolitanæ Confessioni, sed ad illius mentem expositæ, quod ex superius §. 22. dictis quodammodo patet, ipseque etiam Pappus l. c. p. 24. sq. non inficiatur.

§. 25.

Restat nunc, ut promissi memor ea, quæ ad historiam litterariam Confessionis tetrapolitanæ pertinent, edisseram, ubi primo quædam de ejus auctore, deinde de variis editionibus dicenda veniunt. Martinum Bucerum conscripsisse eam, qui neget, novi neminem, si excipias nescio quem, in Theatro Anonymorum Placcia no (*uu*) memoratum, qui Joanni Sturmio, Scholæ Argentinensis Rectori, & Henricum Kippingium, citatum & a Celeb.

(*uu*) Num. 1704. f. 422.

Wernsdorfio, qui Zwinglio eam tribuit. Pro Bucero autem pronunciant ipsi Reipublicæ Argentoratensis Proceres in Agendis Ecclesiasticis *(xx)*, qui procul dubio e commentariis Jacobi Sturmii, ad comitia Augustana olim legati, aliisque monumentis authenticis illam notitiam hausemerunt, Jo. Pappus in Apologia pro iis scripta passim, Wernsdorfius *(yy)*, Alb. Meno Verpoortennius *(zz)*, aliique plures, quibus & ego non possum non meum adjicere calculum. Fuisse vero Bucerum magnæ eruditionis & prudentiæ virum, uti extra omnem dubitationis aleam positum esse existimo, ita & de ejus sinceritate, candore & fide multos ambigere probe novi. Laudatur ab his, culpatur ab illis. *Qui de eo bene apud nos existimant* (verba sunt *(a)* D. Godofredi Ludovici) *Lutheranum fuisse perhibent, & testem veritatis juxta cum Luthero & aliis id temporis, quo purgari a superstitio-*

(xx) P. 24. 27.
(yy) In Historia Confessionis Tetrapol. p. 17. sqq.
(zz) In Comment. histor. de Martino Bucero. p. 23. sqq.
(a) In memoria Mich. Christ. Ludovici B. Henr. Pippingi sacro Decadum Septenario inserta. p. 801.

perstitione cœpit Ecclesia, probis viris: qui secus, Zwinglianum, sive, quæ famosior hodiè notio est, Calvinianorum asseclam appellant: tanto utrinque cum fervöre, ut, qui nonnisi historiam cupiunt pernoscere, tribuique volunt post funera, quod cum transacta vitâ congruat, malint, integram illam de doctrina Buceri altercationem seponi: cæteroquin in hanc unam sententiam uno velut ore desinere, quod homo longe doctissimus sua omnino laude eademque eximia etiam post mortem dignus, & integerrimus literarum stator superiori ævo cum in vitam lucemque studia revocanda essent, fuerit. Adeo certe Bucerus δια δοξης και ἀτιμιας, δια δυσφημιας και ἐυφημιας cognitus est, ut paucos in hoc ipsi æquiparandos esse censeam. Ex Pontificiis quidam eum tandem Judæorum in castra transiisse, ac filium ex nescio qua fœmina progenitum circumcidisse fabulantur *(b)*, quas nugas plusquam Tellenias responsoque indignas recitasse refutasse est. E nostris nonnulli inconstantiam, κυβειαν & aleatoriam versutiam ipsi exprobrant: alii contra laudibus eum ad sidera usque evehunt. Ex Anglis, inter

(b) Teste Petro Bælio in Diction. Hist. Crit. Art. Bucer. not. (F) fol. 684. Part. I.

quos animam efflavit, Gualtherus Haddonus (c) Augustini in illo acumen, Hieronymi linguarum varietatem & doctrinam, disciplinam Cypriani, Ambrosii auctoritatem, Origenis scientiam, Chrysostomi in docendo perspicuitatem, Bernardi integritatem in vita fuisse, paucis plurima complexus prædicat.

§. 26.

Etsi vero meum non est, tantas componere lites, licebit tamen per æquos rerum arbitros, ingenue hic & breviter, quæ mihi sedeat sententia, exponere. Scilicet rationibus utrorumque diligenter pensitatis in eorum fateor me propendere partes, qui mitius de tanto viro judicium ferunt, censentes, primo quidem a Zwinglio & Helvetiis eum stetisse, sed postea veritatis vi superatum, præsertim a tempore firmatæ cum Luthero & Saxonicis concordiæ, constanter Principum Confessioni Augustanæ ejusque apologiæ adhæsisse. Equidem celebratissimus, dum viveret, Theologus D. Jo.

(c) In laudatione ejus funebri, quæ extat in Vitis Select. Guil. Batesii. p. 276.

D. Jo. Henr. Feustkingius (*d*) cum aliis ejus palinodiam fictam tantum & simulatam fuisse, illumque intra Wittebergam retractasse, sed extra Wittebergam Zwinglianam causam non deseruisse autumat: verum ut ei in hoc adstipuler, nondum a me impetrare potui. Obstat Ecclesiæ Argentinensis, cui optime cognitus fuit Bucerus, ejusque Theologorum probatissimorum de illius orthodoxia judicium: repugnat nubes testium, fide dignissimorum, pro eo militantium (*e*): aliud imperant ipsa Viri summi scripta & acta: prohibent denique Helvetiorum ei συγχρονων testimonia.

§. 27.

Rata se habere omnia, quæ A. MDXXXVI. in formula concordiæ Wittebergæ cum Luthero initæ sua subscriptione firmavit, iterato professus est in conventu Anno insequenti Smalkaldiæ habito, tuncque cum aliis denuo Evangelicorum Principum, or-

 dinum

(*d*) In Palinodia sacra, seu Schediasmate de Retractationibus Theologorum in rebus fidei p. 24.

(*e*) Quos magno numero in aciem produxit Clar. Mart. Dieffenbachius in Appendice Judæi convertendi, nec non in Dissert. epistolica ad B. Rechenbergium scripta, & A. 1697. edita.

dinum ac civitatum mandato relectam Confessionem Augustanam approbavit: præterea ibi tractatui de potestate & primatu Papæ subscripsit, articulis vero Smalcaldicis non item, qui a nostris Concilio, si quod vel Mantuæ vel alibi congregandum fuisset, exhibendi fuerant. Quod quare factum sit, fideliter jam ex legatorum Memmingensium, ibi quoque præsentium, relatione manuscripta exponam. Nimirum cum sexti articuli initium hoc sit: *De Sacramento Altaris statuimus, Panem & Vinum in Cœna esse verum corpus & sanguinem Christi;* Bucerus subscriptionem recusavit, non quod alienum a Luthero in capite sententiam foveret, (assentiri enim istis verbis ex animo se ajebat, eo sensu acceptis, quem Lutherus alias iis tribuat, statuens, panem & vinum esse corpus & sanguinem Christi propter sacramentalem unionem, *sacramentlicher einung halber*, atque ita iis suo nomine libentissime subscripturum esse) sed quod ea loquendi ratio nondum in sua & aliis quibusdam superioris Germaniæ Ecclesiis recepta multis forte offensioni esse posset, Helvetiis præcipue, quos Wittenbergensem concordiam adhuc probaturos spei nonnihil affulserit. Consiliis

igitur

igitur de subscriptione collatis decretum fuit, cujuslibet arbitrio relinquendum esse, an subscribere velit, cum articulos istos suo tantum nomine Lutherus composuerit: hincque iis non omnes subscripserunt, tractatui vero de potestate & primatu Papæ, Confessioni item Augustanæ ejusque Apologiæ omnes & singuli. Quo facto D. Jo. Bugenhagius Pomeranus cunctis, fratrum in Domino nomine compellatis, manum porrexit, eos adhortans, ut agnitam sancti Evangelii doctrinam constanter retinerent, atque unanimiter in omnibus Ecclesiis docerent, Dei opem pro se invicem devote exorantes.

§. 28.

Fefellisse vero Virum optimum, pacisque ecclesiasticæ cupidissimum, spem de Helvetiis conceptam, eventus docuit: non tamen a Luthero in Helvetiorum castra transiisse eum, pluribus argumentis demonstratum dari posset; at cum mihi jam non liceat esse prolixiori, uno tantum vel altero uti constitutum est. Pappus in libro sæpius laudato (*f*) exhibet Buceri literas,

(*f*) P. 93. sqq. verba autem allegata extant p. 111. sq.

Argentor. d. 13. A. MDXLIV. ad Bullingerum exaratas, prolixas, sed egregias lectuque dignissimas, e quibus præter cætera elucet, nulli eum pepercisse labori, ut Tigurinos ad concordiam cum Luthero sanciendam permoveret, verum propterea male ab iis habitum, omnemque ejus rei spem ipsi ereptam fuisse. En quædam illius verba, cum liber parum obvius sit: *In confessione Basiliensi diserte positum est: Dominum dare corpus & sanguinem suum, id est, seipsum suis vere. Item, Symbolis ab ipso Domino per Ecclesiæ ministerium veram & corporis & sanguinis ejus communicationem exhiberi. Memini Vos Tigurinos, ut hanc confessionem daretis, persuaderi ægerrime potuisse: tamen eam quia dedistis tanti in administratione religionis viri, spem certe concordiæ per universam Germaniam constituendæ conceperam, nonnunquam quidem nutantem eam, spem tamen. Porro ubi animadverti vos antea, & in ultimo conventu apud vos habito omnino mutatos, ego vos Domino commisi. Et quanquam gravissimis tunc injuriis & contumeliis essemus, optimus Capito & ego, in urbe vestra affecti, vobis non valde ob id (ut videbamini) irascentibus: nam ipse pro concione nos non fraterne*

terne commendaveras populo tuo: mitto sparsos per urbem rumores ante adventum nostrum, dum aderamus, & post discessum nostrum: mitto quæ isthinc etiam scripta postea, & nunciata sunt contra nos, multa sane inamica & non fraterna. Omnia tamen Domino & tranquillitati Ecclesiarum, præclarisque donis vestris, quibus vos Dominus ornavit, condonavimus, inque vero amore, studio & observantia vestri perstitimus: quæ merito offendebant, omnino dissimulantes: idem & porro faciemus. Quod itaque ad vos attinet, pridem feci id, quod oras: conatum vos cum Luthero in concordiam hac in re reducendi, & vestram (hanc scilicet quam nunc clare profiteris) & Lutheri sententiam conciliandi, quod fieri non posse nunquam non vidi, deposui. Apud alios autem, quibus Dominus mihi plus auditus pro regno suo paravit, concordiam, quæ ipsius singulari beneficio, meo non vulgari studio & labore (ipsi sit gratia Domino, qui hoc dedit) feliciter constituta est, fovere & conservare, ut debeo, dum licet, non desinam. De voto tuo, quo optas hoc negotium cœptum nunquam esse, ipse videris. Equidem gratulor Ecclesiis Christi, quod plurimi doctissimi & sanctissimi viri totque Ecclesiæ diverso voto sunt. — — Sane his ipsis die-

bus ad me delatum est, te aliquando me dignum judicasse, propter fucatam concordiam vapularem. Equidem autem fucati nihil egi unquam: quæ utrinque staret sententia, bona fide utrinque retuli. Concordiam in eo constituendam suasi, in quo & debere & posse constitui non dubitabam, ut faterentur scilicet utrinque; Dari & percipi cum symbolis vere verum corpus Domini; *modum explicarent quique pro ædificatione suæ Ecclesiæ.*

§. 29.

Ipsi insuper Tigurinæ Ecclesiæ & Scholæ Doctores Henricus Bullingerus, Henricus Buchterus, Rudolphus Gualtherus, Conradus Pellicanus & Theodorus Bibliander diserte suum a Bucero dissensum, hujusque cum Luthero consensum testati sunt in literis ad Bucerum (*g*) & cæteros Argentinenses Theologos A. MDXLVII. d. 10. Jan. datis, in quibus rationes enarrant, quapropter juvenes Tigurini, studiis apud Argentoratenses operam dantes, cum iis communi-

(*g*) Leguntur eæ apud Pappum l. c. p. 176. sqq. verba autem citata invenies p. 177. sq.

municare nequeant, ubi inter alia: „Qui ſacramentis nobiſcum communicant, ipſa „ communicatione profitentur, ſe eandem „ nobiſcum habere de ſacramentis fidem. „ Atqui juvenes noſtri non eandem vo- „ biſcum fidem habent. Cur ergo opere „ profiterentur foris, quod intus in animo „ non ſentiunt, aut cur nos juberemus illos „ contra animi ſententiam & propriam con- „ ſcientiam facere? Habent iſti juſtæ æſtatis „ annos, utuntur ratione ſana, intelligunt „ quid utrobique doceatur publice. Cæ- „ terum nihil ab illis requiritur, quam con- „ feſſio Paulina: Panis quem frangimus, „ nonne eſt &c. Verum audite fratres, „ non de verbis Pauli, ſed de ſenſu verbo- „ rum Pauli eſt nobis controverſia. Et fide- „ lis Sacramentorum perceptio requirit ve- „ ritatem & ingenuam eandemque con- „ feſſionem, ſimulationem repellit. Non „ idem eſt D.Bucero & nobis de eo Pauli „ loco judicium, non eadem ſententia, imo „ conveniret nobis egregie cum Bucero, ſi „ ipſe a ſemetipſo non diſſentiret. Ita enim „ de eo loco & de ſenſu verborum Pauli, ſentimus, ſicut expoſitum eſt primum „ quidem in Diſputatione Bernenſi, cui ille „ ſubſcripſit: deinde in enarrationibus „

Evan-

„Evangelistarum D. Buceri: postremo in „Arbogaste ejusdem. Id vero doctrinæ „genus cum ille mutarit, & D. Luthero „beatæ memoriæ diversum sentienti acces- „seritante annos aliquot, ideoque a se ipso „discesserit, diversum ab ipsis sentimus, „sed non diversum a S. Paulo.„ Ne quid jam dicam de eo, quod Principes & Status Evangelici in colloquiis publicis cum Pontificiis habitis, Buceri opera usi sint; quo certe honore illum dignati haud essent, si ejus fides & sinceritas ipsis fuisset suspecta: ne quid de maximis elogiis, quibus Megalandrum Lutherum jure meritoque ornavit (*h*): ne quid denique de illo, quod in Angliam abiens Argentoratensibus D. Jo. Marbachium, a Zwinglianis Isna pulsum, summopere commendaverit (*i*). Non igitur credo defore argumenta fortissima Maxime Venerando Jo. Melch. Krafftio, si ad orthodoxiam Buceri tuendam cum adversariis in arenam descendere opus fuerit (*k*).

§. 30.

(*h*) Vid. Agenda Ecclesiastica Argentoratensia. p. 53. sqq. edit. 1670.

(*i*) Vid. l. c. p. 51.

(*k*) Vid. ejus præfat. Prodromo historiæ Versionis Germaniæ Bibliorum præmissam p. 7.


§. 30.

Tandem ad Confessionis Tetrapolitanæ editiones recensendas accingor. Germanice primum cum Apologia in forma quadruplici Argentorati A. MDXXXI. d. 22. Aug. in lucem prodiit, typis Joann. Schweintzeri exscripta, hoc titulo: *Bekandtnuſs der vier Frey und Reichs-Stätt, Straſsburg, Costanz, Memmingen, und Lindau, in deren sie Keys. Majestat uff dem Reichstag zu Augspurg im XXX. Jar gehalten, ihres glaubens und fürhabens, der Religion halb, Rechenschafft gethan haben. Schrifftliche Beschirmung und verthedigung derselbigen bekantnuſs gegen der* Confutation *und Widerlegung, so den Gesandten der vier Stätten uff bemeldtem Reichstage offentlich fürgelesen, und hie getrewlich einbracht ist.* Deinde recusa ibidem A. MDLXXIX. per Theodosium Rihelium fuit, & porro Biponti A. MDCIV; Latine vero prima vice publicata est Argentorati A. MDXXXI. mense Septembri, absque Apologia, Georgio Ulrichero Andlano impressore, quam editionem rarissimam mecum benevole ex Ulmensi Bibliotheca publica communicavit consummatæ eruditionis & maximi nominis Theologus;

logus, Joannes Frickius, non Ulmæ tantum suæ, sed & Sueviæ nostræ insigne ornamentum, cujus singularem humanitatem ac reliquas virtutes satis prædicare nequeo. Altera vice lucem vidit Genevæ A. 1581. in Harmonia Confessionum, Theod. Bezæ præsertim studio vulgata, quæ editio non sine augmento ibidem A. MDCLIV. iterata fuit h. t. Corpus & Syntagma Confessionum Fidei, quæ in diversis regnis & nationibus ecclesiarum nomine fuerunt authentice editæ, in celeberrimis conventibus exhibitæ, publicaque auctoritate comprobatæ &c. Ex his autem nonnisi binæ illæ editiones, Latina scilicet & Germanica, quæ Argentorati A. 1531. luci expositæ fuerunt, publica auctoritate & consensu quatuor civitatum prodiere. Alteram contra Argentinensem, quam officina Riheliana dedit, suppressam esse opinor, ita tamen, ut quædam ejus exempla elapsa sint, quale & mihi ad manus est. Vix enim typographicos carceres evaserat, cum Perillustris Reip. Argentoratensis Senatus propterea consilium Theologorum suorum exposceret, qui ejus suppressionem maximopere suaserunt, rati, æquum haud esse, ut, insciis ac invitis reliquis

liquis civitatibus, quarum nomine Cæsari olim oblata erat, recuderetur, præterea fore, ut apud cæteros Evangelico-Lutheranos Argentinenses in eam suspicionem incidant, ac si rejecta invariata Confessione Augustana, cui jam olim nomen dederint, Tetrapolitanam rursus probaverint: denique variis inter Ecclesiæ & Scholæ ministros dissidiis & altercationibus fenestras sic aperiri. Consilium hoc, A. MDLXXX. d. 8. Apr. conceptum, legitur in sæpe laudata Apologia, a Jo. Pappo pro Agendis ecclesiasticis Argentinensibus conscripta *(l)*.

(l) P. 456. sqq.



II. AP-

II.

APPENDIX

Siſtens quædam documenta, ad ſuperiorem Commentationem pertinentia (a).

A.

Urbani Regii (b) Conſilium

Et Reſponſum de colloquio Memmingæ ſub Magiſtratus auſpiciis a D. Chriſt. Schappelero A. MDXXV. cum Pontificiis habito.

(a) Omnia ex autographis deſcripta, ſi excipiam libellum ſupplicem, a legatis Argentin. Noriberg. Conſtant. Ulmenſ. &c. Cæſari oblatum, qui infra comparet, litera G. inſignitus.

(b) Præſtantiſſimi & ſummi hujus Theologi duo alia præterea in tabulario noſtro publico ſervantur Conſilia, non moderationem minus & prudentiam, quam eruditionem exquiſitam ſpirantia.

Jeſus

Jeſus iſt Chriſtus.

ERſamen wyſen fürſichtigen lieben Herren und Brüder in Chriſto unſerm ainigen Heiland, Gott ſy gelopt in der ewigkheit, der ewer Wyſsheit ain solchen ernſtlichen geiſt geben hat zu handlen in den allertreffelichesten ſachen unnſers heiligen waren gloubens Ich hab von ewerm geſannten anfang unnd end des freuntlichen geſprechs clarlich vernomen, und bin ſeer erfröwt, das ſich die prieſter auſs gnaden Gotts, dem wort unſers Heils und euch ewer Wyſsheit alls ir von Got ingeſezter Oberkheit, mit bekantnuſs ires irſals underworffen haben, Gott woll beſtetten das er in euch gewirckt hat, amen. Die artickel ſampt irer bewegung hab ich geſechen, an welchen ich kain feel hab, allein uſs chriſtlicher trew will ich uſs ewerm vertrawlichen anſuchen uff das kirtzeſt darzu reden, das mich zur ſach nit untäuglich bedunckt, das wellet von mir uwerm diener gietenclich annemen.

Zu erſt der artickel halb ſo D. Chriſtoff mit ewern prieſtern conferirt hatt,

I. Diewyl dieſe artickel zu unſern zyten alls newe leer und verdechtig von den ungelerten, ouch von den vermainten gelerten Sophiſten geacht werdend, iſt von nöten, das

der prediger mit höchster bescheidenheit sich vleisse darvon zureden, nit mit neid vnnd sturm, sonder mit seinfftem truwem mitliden das die ainfeltigen nit verirrt werdend vnd erschreken, auch muss man vm des starcken Irsals willen, der sich in disen letzsten tagen erhept, vrbittig sin allermenigelich in senfftmutigkheit gutten richtigen bescheid zugeben, dadurch vil ballsstarriger erwaicht vnnd zu erkantnus vnd bekantnus der warheit komend, das sunst mit müe vnnd arbeit geschicht, Als der Oren bicht halb, muss man gutten bescheid geben, da durch dennocht der mutwilligen freuel nit gesterckt werd, vff die oder der glich mainung, Bychten vss Hertzen grund und ernst, syne sünd, ist von nöten, den niemantz wirt frum vnd selig, den die demüitigen bekenner irer nichtigkeit: das soll allweg geschechen dem ainigen Gott durch den rechten obristen ewigen priester Christum, do nit not ist der sünd erzelung von stuck zu stuck sonder ain bekantnus aller sünd in gemein auss hertzlicher begird fromm zu werden, Wo aber sich zutrieg in notwendigen stucken vnsers heiligen Gloubens vnnd in angst der gewissin das iemantz vnderricht bederffte vnnd trost vss der schrifft, hie ist nott das man das selbig in clagweis ainem glerten bekenne

kenne vnd rat forsche, zu solchem hatt man im anfang der christlichen kirchen die priester gebrucht Aber das man alle gedancken, begirden und heimlicheit sampt der sünden vmstenden müsste, by der vnbüld Gottis ins Priesters or runen, das ist ain mönchesschs gedicht on allen grund, Des priestertümbs halber, ist auch schwerlich geirrt worden, dann so wir, die gebrechliche arme menschen zu opfern vnd versönen gebrücht haben, ist darneben, der vnschetzlich verdienst Christi, sein hochwirdigs ewigs priesterthüm, sin vertrettung vnnd gnad, der wellt gantz vnbekannt worden, das vnder tusenden kom ainer gedacht hatt, worum vnnd worzu doch Gott sinen Son in dise wellt gesannt hab. Des fegfeuers halb, hab ich for min meinung erzaigt, ich wayss von keinem fegfeur nach dem leben. Ich lass mir oueh kain artickel des glaubens machen, er habe denn sinen grund in der biblische schrifft, Sunst müssten wir ains ieglichen tollen mönchs oder geitzigen pfaffens trom für ain artickel vnsers gloubens annemmen, das doch vor iaren weder Hieronymus noch Augustinus haben thon Wellen,

Der zechend davon im 3. artickel bedarff wyter erclärung,

War ist es, das der zechend im alten

testament [Num. 18.] *den leuiten von Gott beschaiden ward, aber nun das aaronisch priesterthum. vnnd leuiten nit mer sind, doch an ir statt sind diener der Gmaind, welchen* Paulus 1. Cor. 9. *sunst ir narung verordnet, Man nenns wie man welle, so mag sich ain diener des* Evangeliums *seiner fryheit gebruchen und sin Lybsnarung empfachen Aber welche nit das Euangelium predigen vnnd* Diacon *stand halten denen ist man nichs schuldig, dann was frye liebe thut.*

Zu vnsern zyten aber sind ander zechend, die niemand fordert vss götlichem rechten, sonder vss menschlicher pflicht, ordnung vnd satzung, welche satzung aber ir krafft vss götlichem Rechten hatt, alls wann landsbruch, ainem regenten oder oberkheit zechenden zu seiner underhaltung vergunnt wirt, It. wo dirfftige leut in ainer Gmeind sind, denen sunst nit wol kan fürsechen werden,

Darum ewers zechenden halber der dem spital zugehört, sag ich also, dieweil er armen dürfftigen leuten zugehört, die vor kranckheit vnd allter ir brot nit mögen gewinnen, soll man ymn nit verwerffen, vorauss so er vm frommer leut gellt vnd gutt erkaufft ist, man ist ymn schuldig zu geben, und mag ymn nemen, Wo aber in solchem layen zechenden missbreuch

breuch werend, soll ain von Gott ingesetzte weltliche Oberkheit ain ernstlich insechen haben, vff das dem natürlichen gesatzt vnnd christlicher liebe gleichförmig gehandlt werd, das niemantz vnbillich beschediget, niemantz vnbillich einneme, vnnd also vff beiden theilen christliche trew vnd liebe vnd des nechsten nott wol bedacht werde, Vnd dieweil zu nemen iederman geneigt, zu geben vnwillig ist, soll der prædicant *hie gar wol für sich sechen, do mit niemantz zu vffrur vnd erfüllung süns mutwillens geraitzt werd, beiden partheyen soll vnderschidlich deutlich vnd offt erzellt werden was billich vnd recht ist, die so zechenden schuldig sind, sollen vnderricht werden, wie man iederman solle geben was man schuldig ist, wer sich des widre, der sei nit ain christenmensch,* Ro. 13. *It. welche den zechenden innemen, sollen für sich sechen, das sy die schnur brüderlicher lieb nit vbertretten, vnnd soll also, allenthalb mit ernstlicher bescheidenheit fürgsechen werden, das nienderts christliche freiheit, zu fleischlichem muttwillen vnd aignem nutz misbrucht werde; Dorum fürsechend, lieben Herren, das vff den pfarren dober dem spital zechend kompt, fromm trew, gelert menner sünd, domit im dienst des wort Gottis ain gmaind wol sei ver-*

ſechen, ſo mag die ſach deſter baſs erlitten werden, denn offt wirt der kern dem pfarrer entzogen vnd blibend die ſpruwer, do durch das recht pfarrer ampt nichs verſechen wirt zu erſchrocklichem verderben der armen ſeelen, dörum bedarff es hie uffſechens, will geſchweigen das die richen Spiteler offt vil inkomens haben, do durch, wo rechte ordnung gehallten würd, allen husarmen leuten ainer gantzen ſtatt möcht geholffen werden, das nit ſo vil betler weren, vnnd etwa durch ſolliche hilff fil vbels fürkomen wurd, Es iſt nit gut das allein allweg ain ſpitalmeiſter, oder der ſpital, am ynkomen renten, gillten, zechen vnd derglich erhöcht werd, es iſt der armen, den ſoll es auch vſsgeteillt werden, was iſts das 40. oder 50. menſchen haben allein, douon man alle durfftigen ainer ſtatt möchte underhallten, dorum ſechend in die ſach vnnd leſt euch vmm der barmherzikheit Gottis willen, die armen chriſtlich befolchen ſein, ir hapts wol, es darff allein ainer ordnung, loſt euchs nit ain kleins werk ſin, wo ir fürbetrachtlich vnnd trewlich den armen helfft, nun hapt ir doch ain exempel von vil ſtetten, do ain kaſt der armen vffgericht iſt, alls hie zu Augſpurg vnd an andern orten mer,

Was nun D. *Chriſtoff wider den zechenden*

hat

hat geredt, das ist nit wider euch, wenn ir der sach, wie oben angezeigt ist, nachkomend,

So vil von artickeln.

Jetz anderer sachen halber, so vil Gottis gnad gibt, Mir gefallt vast wol, das ir Sympertum hapt angenomen zu ainem prediger neben D. Christoff, dann er alls frum gelert vnnd bescheiden gerümt wirtt, bin ewerthalben von hertzen fro, O wellte Gott das sólliche mithelffer im wort Gottes ouch zu Augspurg neben mir wurden angenomen vnd ie mer ie besser, der schnitt ist grofs, aber der schnitter sind wenig, Item zwen mögen allweg mer sechen denn ainer, vnd sind die gaben Gottis nit all in ainem menschen, es begibt sich etwo das ainer zu gech vnnd hizig ist, derselb bedarff ains langsammen vnd beschaidnen neben ymm dodurch sein hitz temperirt werde, dorum zwen offt vil guts schaffen mögen, do ainer die sach möcht verderben, Ir wist wol wie grosser fürsichtigkheit, bescheidenheit vnnd wie ains grossen ernsts zu disen ziten nott ist, dorum wo Sympertus nit partheisch, Carlostadisch oder dergleich ist, hapt ir gantz recht vnnd wol thon, darab billich D. Christoff ain fröd haben soll, ich bederfft sollicher leut hie ouch wol, vnnd hab newlich ain angenomen

vſs ains erſamen Wiſen Rats wyſſen willen vnd vergunſt, der iſt erſt von Wittenberg komen.

Der Jartäg Meſſen vnd Vigilien halber.

„Seitomal die Schrifft nit innhallt, das des „Herren nachtmal ain opfer ſei für lebendig vnd für tod, vnnd hatt ſölchs noch „nie keiner mit der Warheit bewert, iſt „wol zugedencken, das aller koſt, ſo vff „Jarteg vnnd ſeelmeſſen biſsher gangen „iſt, vnnutz gegen Gott iſt, will geſchwigen, das man domit den prieſtern zum „geitz vnd irem Irſal verholffen iſt geweſen, derhalb, wie ich newlich ouch hab „geraten, iſt min trewe Warnung vnd ermanung, ir wellet mit aller beſcheidenheit vnd dappfferkheit ſöllich kirchenpreng vnd opfrung abſtellen, 'das gellt „mit guttem gewiſſin zum gmainen nutz „der ſeelen wenden, doch wer vnder den „prieſtern alſo beleiben welle, ynn zulaſſen „vnd ym ſin inkomen geben, hintz das „er geſtirbt, darnach zu ewern henden „nemen, des gemeinen nuz mengel, an „armen leuten, predigern kirchen-die-„nern vnd derglich, damit zu erſtatten, „die prieſter aber ſöllen von irem teglichen „opfern abgewiſen werden, domit die

„ſpis

ſpis der ſeel nit geſchmecht, vnd das„
ainig opfer Chriſti nit geleſtert werd,„
das doch vnſer ainigs gnugſams opf-„
fer iſt für vnſer ſünd, Gefallt mir wol„
das ir alle tag in ieder pfarr nu ain ampt„
hapt, wer da communicieren will, der„
bereit ſich. Form ſöllichs ampts kan ich„
euch nit beſſer geben, dann wie zu Wit-„
tenberg wirt gehalten, das hapt ir wol„
bei euch, allein gefallt mir nitt, das des„
Herrn nachtmal ſoll in die höche aufge-„
hept werden, alls wer es ain opfer, das„
iſt, wider die inſetzung Chriſti, Man„
ſoll ouch bei ainem ieden ampt, des„
Herrn tod mit ainer kurtzen ermanung„
ans folk bedenken, das Teſtament verkun-„
den Do mag man auch ain euangeliſten„
für ſich nemen, zu iedem ampt ein ſtück„
darauſs erkleren zu vnderweiſung des„
volcks, oder ſunſt etwas auſs dem alten„
teſtament nach gelegenheit der zeit,„
vwere diner werden imm ſelben miner„
vnderricht nichs bedirffen, ſi haben ain„
buch genannt formula Miſſæ & commu-„
nionis, hat D. Luther gemacht, gibt ynen„
hierynn beſcheids gnug, der Meſs hal-„
ben, der leere oder predig halb bey dem„
tiſch Gottis, wiſſen ſi ſich nach der zit„

„vnd nach dem volk wol darein zu schi-
„cken,
„Bittend vwere prediger, das all ir arbeit
„weyse vff glouben vnnd liebe das si vm
„eusserliche sachen sich nit zu hitziclich
„stellen, Wenn das wort mit ernst ge-
„brucht, werden eusserliche ding, dorinn
„bisher geirret worden ist, selbs gar bald
„in ain verachtung komen. Ain herz das
„mit liebreichem glouben erleucht ist
„durchs wort, das kan sich fein in die
„eusserliche ding schicken on schaden,
„welches den glouben nit hatt, gebraucht
„ymm alle ding zu schaden.

„Der Nonnen vnnd pfaffen halb.

„Früntliche lieben Herren, vwer Wiss-
„heit weiss nun mer wol vss göttlicher
„schrifft, das vnser eusserliche priester-
„schafft in Blatten, materlichen öl, lan-
„gen recken, ründen pareten vnd sölchem
„gepreng, kain grund hatt inn der schrifft,
„si sind nu diener der gmaind, leut in al-
„ler gstallt wie ander leut, nichts heili-
„ger, dann der gloub heiliget, wer gröss-
„sern glouben hat, der ist heiliger dozu
„dient kein kutt noch blatt. Derhalb so
„sich pfaffen Mönch oder Nunnen vss
„göttlicher gnad selbs erkennen, vnnd
„auss

aufs disem iren geferlichen stand, in ain„
christlichs wesen richten wellen, worum„
wollt man ynen nit helffen zu irem„
christlichen fürnemen, das euangelium„
ist nun so clar gepredigt, das billich die„
lären namen pfaff, mönch, nunn nichts„
mer gellten söllen, sonder allein ain„
christen mensch, Ir söllt euch nit förch-„
ten vm des allten irrigen bruchs willen,„
oder das vnser bischoff darwider sind,„
dann all vnser pomp vnnd leben das biss„
her Bäpst vnd Bischoff im geistlichen ge-„
nennten stand gefudert vnd gebillichet„
haben, ist wider die heilige Schrifft.„
Dorum syt getröst, Gott ist gewalltig,„
mechtig vnd gnedig gnug, sinen Son„
Christum vnnd all christgleubig zu erhal-„
ten in sinen wegen, denn es ist der christ-„
lichen kirchen verheissen, das der hellen„
porten wider sy nit söllen noch mögen„
gesygen, dieselbig kirch ist niendert,„
dann wo man Christum gloupt vnd uff„
sine wort acht hatt. Derhalb lat euch„
die hochen namen pebst Concilia, Vet-„
ter Bischoff vnnd was des dings ist nit„
irren, halltet euch an die schrifft, so„
fart ir gewiss, dann in sachen, den„
glouben in hopt-artickeln betreffende,„
„ist

„ist die schrifft so clar, das euch kainer
„glos von hochenschulen, Concilia oder
„richstagen not ist. Summa was seyen
„wir so zaghafft vnd kleinen gloubens,
„spricht nit Christus Jo. 8. warlich war-
„lich sag ich euch; welcher min wort
„behallt, der wirt den tod nit sechen in
„die ewigkeit. Nu ist es vnns ie alls darum
„zu thun vnd alls daran gelegen, das wir
„dem ewigen tod entrynnen, vor welchem
„kan will vnd mag vnns niemandts be-
„hietten, dann Christus ain Son des le-
„bentigen Gottis, was darff es denn so vil
„forcht, ir wert nit der wellt, dem key-
„ser vnnd Gott mit ainandern dienen kön-
„den. Ist Christus ewer Herr so gloupt
„ouch seinen worten, vnd komend inen
„nach, die ewig warheit hats gerett, es
„wirt auch nit felen, wöllt ir christen-
„leut sein, haltet die wort Christi höher
„denn des Bapsts vnd Keysers Bullen, nu
„sind es doch nur menschen, könden
„euch on den willen Christi nit ain herlin
„krimmen, die not bewert den glouben,
„Dorum halltend vest an ewer bekentnuss
„so ir gethan hept, vnd hapt kein zwei-
„fel Christus ist mitt euch, vnd wenn
„Gott mit euch ist, wer will wider
„euch

euch ſin ? In groſſer eyl, nempt alſo,„
min trewen Rat zu gutten an, vnd was„
eu zuſteet, dorynn ich mit miner ain-„
feltigkheit ewer Wyſsheit dienen kan,„
ſchaffend vnd gepietend, Gottis geiſt„
mit euch. Auguſte.„

V. W.

Williger

D. Urbanus Regius.

B. Jo.

B.

Jo. Eccii ad Senatum Memmingenſem data epiſtola, cum de Miſſa abroganda conſilia agitaret civitas noſtra.

HAnc & ſequentem epiſtolam inſerui non ob præſtantiam, quæ certe nulla eſt, ſed ut novo documento convincerentur mei lectores, Joanem Eccium, quem Hippolytus Maraccius in Bibliotheca Mariana p. 719. unicum prope ſuo ſeculo catholicæ fidei adverſus Lutherum aſſertorem, & hæreticorum omnium ſtrenuum oppugnatorem appellare haud dubitavit, levem potius, imo leviſſimæ armaturæ fuiſſe militem, argumentis plusquam ficulneis & ſtramineis veritatem impugnantem, judice Maxime Vener. Jo. Henr. von Seelen, Viro eruditiſſimo & plurimis in orbem litteratum meritis vere inſigni, in Selectis litterariis p. 384. Simul autem inde quodammodo patet, quare confutatio Confeſſionis Tetrapolitanæ, in qua concinnanda partem etiam habuit Eccius, tot convitiis & criminationibus referta fuerit, de quibus majores noſtri in Apologia conqueruntur.

Scilicet

Scilicet bilem movet impotentis animi viro, quod argumentis ejus pluma levioribus locum haud dederint noſtri. Hinc illæ lacrymæ. Non itaque mirum, confutantes nugatos eſſe, a quibusdam hoſtias in terram effuſas, combuſtas, pedibus conculcatas, parieti affixas ac ſclopetis petitas fuiſſe. vid. Apologiam Confeſſ. Tetrapol. p. 167. edit. Rihelianæ, ubi eæ calumniæ ſatis ſuperque depulſæ ſunt. Miſit vero Eccius ad Senatum noſtrum quoque A. MDXXX. propoſitiones, hoc titulo Ingolſtadii excuſas: *Sub Domini Jheſu & Mariæ patrocinio. Articulos 404. partim ad diſputationes Lipſicam Badenſem & Bernenſem attinentes, partim vero ex ſcriptis pacem eccleſiæ perturbantium extractos, coram divo Cæſare Carolo V. Rom. Imp. ſemper Aug. &c. ac proceribus Imperii, Joan. Eckius, minimus eccleſiæ miniſter, offert ſe diſputaturum, ut in ſcheda latius explicatur, Auguſtæ Vindelicorum. Die & hora conſenſu Cæſaris poſterius publicandis.*

Erber fürſichtig vnd weiſs Herren, „ Ewer Erber Weiſshait ſeyen mein willig „ früntlich dinſt, vnnd was ich gutz ver- „ „ mag,

„ mag, allzeit höchstes fleiss zu voran be-
„ rait. Günstig lieb Herren vnnd früntlich
„ lieb nachpaurn: Es ist mir dise tag an-
„ zaigt worden, wie Ewer Erber Weiss-
„ hait, auss dem das etlich ewer burger
„ vnd einwoner der newen Luterisch sect
„ anhengig sindt, hab in willen „vnnd sey
„ des fürnämen, das Christenlich ampt der
„ hailigen Mess gar abzuschaffen: von dem
„ ich von hertzen erschrocken bin: so ich
„ E. E. W. vnnd der gantzen statt aller eeren
„ vnd guts gunt hab zu allerzeit: dess-
„ halb ich euch zu gut vnd wolfart in gu-
„ ter Christenlicher Brüederlicher War-
„ nung ain Daclaration gemacht, das
„ das opfer der Mess in Byblischer
„ gschrifft gegründet sey, wie Ir on zweif-
„ fel vernemmen werdt: hoff auch gentz-
„ lich vnnd bin der zuversicht Ir meine
„ Herren, werden das in guten früntlichen
„ willen annemen: wie es dan von mir in
„ guter mainung beschähen ist. Vnnd so
„ ich wol erachten khan, das E. E. W. nit
„ sey so hoch in Byblischer Gschrifft geyebt,
„ als diser treffenlicher handel eraischt, so
„ bitt ich euch durch das Blut JHESU
„ Christi: ir wöllen in diser sach nit ey-
„ len, vnnd die bass bedencken, lasst euch
nie-

niemants verhetzen : etwa leüt, die den „
braten verbrennt haben, vnnd wolten, „
das yederman auch in die gfar käm, do „
ſy in sünd : hieten euch, günſtig lieb „
Herren, bedenckt das nit wenig an der „
ſach gelegen, nit ewer ſtat, nit ewer gut, „
nit ewer zeitlich leben: ſonder das ewig le- „
ben das ir verliert, wa ir vnrecht thuet, „
vnnd ewigklich dardurch verdampt wer- „
den, vnnd ewer nachkommen Gotzleſter- „
lich all auff euch sünden werden. Wa ir „
aber ye vermaint, das ewer firnimmen „
gut vnd gottgefellig ſey (wie es dan nit „
iſt, darum ich mein leib vnnd ſeel will „
verpfennt haben) ſo thüet doch das nit „
auſs euch ſelber : Erwart das concilium „
teutſcher nation, wie im Reichstag iſt „
firgenommen : handelnd nichts fir euch „
ſelbs : es iſt noch allezeit vnrecht zethun „
wan das gantz reich ſöllichs firnimpt, „
oder der gmain pundt von Swaben, oder „
gmainer Stand von Stetten : Ir wiſt das „
ir theten wider K. Maj. ewern natürlichen „
vnnd von Gott eingeſetzte oberkait: Be- „
denckt wie gelert die ſeyen, die euch „
auff ſöllich böſe handlung raitzen „
vnd werffen, wa, wie lanng ſy gſtudirt, „
haben: Ich bin all mein tag in der ſchul „

„gwesen, auch allweg nit der geringst
„geacht worden (on rum zu reden) In
„den gaben die Gott einem von natur
„gibt. Es sey mit fehig sein, begreiffen,
„suchen, oder behalten: aber die gotz-
„lesterung khan ich nit finden in der
„heiligen gschrifft, die ewer Simprecht,
„halbsinnig schapler (c), vnd yetz ewer
„falscher prophet der Blarer herauss brin-
„gen: Bedenckt grossgünstig lieb Herren
„so die alten frommen Vätter, die so ains
„hailigen leben gwesen sindt, die gött-
„lich gschrifft so fleissig durchgründt: also
„hefftig wider die welt, tuifel, vnd
„ketzer gestritten: noch dan hat Ir khai-
„ner dise falsche leer in der gschrifft fun-
„den, die ewer verfüerisch predicanten
„firgeben: wiewol zu allen zeiten Irsal
„in der kirchen gwesen sind auch zu der
„apostel zeiten, wie Paulus vnd Johannes
„meldend: Erwegen aber das, das Chri-
„stus

(c) Si vera esset fabula, quam de Schappelero tradit Jo. Daniel Kuttge (ita enim Viri nomen scribendum esse, cum præcedens exercitatio jam sub prælo sudaret, e Dissertationibus Anti-Bælianis Celeberrimi D. C. M. Pfaffii, quarum unam is defendit, cognovi) Eccius profecto eam heic non reticuisset.

ſtus, Paulus, Petrus, Judas Tatteus in- „
ſonnderheit vnns verwarnen vor der „
letſten gferlichen zeit, da falſch Mei- „
ſter aufferſtee wurden : wann die kirch „
geirt hett vom anfang her biſs yez, on „
zweiffel Chriſtus vnd die apoſtel hetten „
vnns auch darvor verwarnt: ſo aber das „
widerſpil wir fünden in Bybliſcher „
Gſchrifft, ſo söllen wir das warnämen: „
die falſchen predicanten ſagen, das Evan- „
geli ſey vil hundert Jar verborgen gele- „
gen, vnd yetz khum es herfir : das fint „
ich nit in der Bibel : das find ich wol, „
wie das Euangelium werd gepredigt in „
aller welt : vnd in der letſten zeit, „
werd es verdunckelt durch ketzerey vnd „
falſch leeren : Kain prophet, Chriſtus nit,
die apoſtel nit, niemant ſagt das das „
Euangelium erſt ſoll auffgeen nach xv c „
Jaren : darum auſs der Gſchrifft ſeyt ver- „
warnet, vor den newen leren, vor den „
auſslendiſchen fremden leren : Ich waiſs „
wol die falſchen verfüeriſchen predi- „
canten, wan ſy mein declaration leſen „
werden, ſo werden ſy die ſprüch Pauli „
auff mich deüten : das kinden ſy mit „
kainer warhait thun : das mag E. E. W. „
auſs dem erwegen : Ich leer nichts neus, „

„Ich ſchreib nichts neus: Sonder was ich
„ſchreib, das will ich zaigen, das es
„gemainklich gehalten iſt worden durch
„die gantz Chriſtenhait vor C. Jaren. 300.
„Jaren, 600. Jaren, 1000. Jaren, 1200.
„1300. Jaren, 1400. Jaren. Aber die
„widerſecher haben die gantz Welt, ſo vil
„Jar wider ſich: Dann ſy khain concili, khain
„richter wöllen gedulden. Günſtig lieb Her-
„ren Ir möchten ſagen, Es thund das auch
„etlich annder ſteet &c. dargegen ſag ich,
„bedenckt aber entgegen, wievil das nit
„thund: bedenckt wie das khain ſtat thut
„in gantzem Welſchland, Franckreich,
„Hiſpania, Engellant, Schottenlant, Poln,
„vnd Hungern: bedenckt das etlich die
„diſer Irrig ſect anhenging gweſt, vnd new
„ordnung angenommen, das ſy die büe-
„berey geſehen, wider hingeworffen ha-
„ben, als Schletſtat, Colmar, Landaw,
„Elenbogen. Bedenckt, das die ſteet die
„new Ordnung angenommen haben, ſo
„gar ainander nit gleich halten, Es iſt ain
„ungleicher zeüg zu Coſtantz vnd Stras-
„burg. Vngleich zu Strasburg vnd
„Worms, vngleich zu Worms vnd Nürn-
„berg: Iſt nirget ain Mainung, wie S. Pau-
„lus lernt: Ja ſy fallen ſelbs von ainem zu
„dem

dem andern; das sy zu Wittenberg,„
9. mal die Mess verendert haben. Dar-„
zu gebiettend lieb Herren, ob schon die„
vil stett vnnd fürsten also theten, ist„
darum nit recht: Es wirt ja ainmal iber„
hannd nimmen: Die luterischen sint des„
gwis: das sy ainmal erhalten werden, es„
geschäch wann es wöll, das die Mess ab-„
gethan würdt: so vil würt der tuifel in„
der Welt vermögen: wie E. E. W. auss„
meiner einfierung der prophezey Danie-„
lis vernimmen wert: das wirt aber ge-„
schehen, wann die bosshait iber hant„
wirt nimmen: wan die liebe viler men-„
schen erkalten würdt wie Christus sagt:„
wann der absal vom glauben khommen„
wirt wie Paulus sagt: wann die Christen-„
lich kirch noch in ewer stat, noch in„
annder stetten sein würdt, sonder flihen„
wirt in die Wüeste, wie S. Johans sagt:„
Es wird ja die Mess zu der zeit des Enti-„
Christ gar darniderligen: will aber E. E.„
W. sich selbs, ain frumme gmain der„
Anti-christischen bosshait, thailhafftig„
machen: wölt ir so weit dem Entichri-„
sten vorlauffen: Thiets nit lieb Herren„
vnd früntlich lieb nachpaurn: Ir möch-„
ten sagen, Ir verstünden nit anders: Da-„

 „niel

„niel hats wol gesagt, man werdts nit „verstan: aber die gelerten verstants, „volgent denselben: dan wiewol ich yederman guts gunn, vnnd wolt das niemants „durch falsche leer verfiert wurde: noch „hab ich ain treffliche mitleiden mit ewer „statt, als die zu nechst meinem vaterland „ist: vnd thet mir zu nechst im vergangen herbst im hertzen wee, das ich also „must firreiten, vnnd nit hinein zu euch „kommen, früntlichen guten nachpürlich „willen zu erzeigen, Dann wa es mir „ye müglich wer E. E. W. vnd gantzer „gmainer stat, früntlichen willen vnd dinst „zu erzeigen: das wolt ich ye von hertzen „gern thun. Hierauff ist mein gar hochfleisig vnd früntlich bitt E.E.W. wölle die sach „bass bedencken: vnnd nichts mit gwalt wider die eer Gottes, wider den dinst Gottes, „wider den gebrauch gmainer christenlichen kirchen firnimmen: sonder vil mer, „wie Ir vnnd all Christen schuldig sint, „Ewer Leib vnd Leben vnd Blut fir vnnsern hailigen glauben zusetzen: verharren vnd bleiben bey gmainer Christenlicher kirchen: Es ist ain Gott, ain tauff, „ain glaub; ausserhalb dietz glaubens „wirt niemants behalten: ainhällig ding söllen

ſöllen die Chriſten glauben, gebeut der„
hailig Paulus, nit ainer das, der annder„
jhens: dann die ſecten, rotten vnd ſpal-„
tung im glauben, ſint verderblich, vnd„
ſchädlich, vnd zuvor wider chriſtenliche„
Liebe, die tringt allein zu ainigkait: Es„
iſt auch burgerlich zu reden, wider alle„
gute pollitzey, ſöllich ſecten in ainer ſtat„
halten: da iſt auſs fried, freud, vnnd ver-„
trawen: waiſt khainer was er ſich zu„
dem nechſten verſehen ſoll: vnnd zu„
vordriſt, iſt wider die Oberkait, denen„
die gehorſam entzogen würdt: vnnd ſich„
ſelbs ſtellen in gferlichait Irs Leibs vnnd„
guts: der armen ſint mer dann der rei-„
chen: der böſen vil mer dan der guten„
der faulen mer dan der die arbeiten der„
narreten vil meer dann der weiſen: Dar-„
um wa ſy iberhant nemmen, ſo felt„
alle erbarkait hin: der arm hauff begert„
nur tailen mit den reichen: Got geb was„
man glaubt: Es haben ja etlich ſtett new„
glauben angenommen: es ſint aber auch„
etlich, die gern wolten: der wein wär„
im faſs: wa ſy nur mit glimpff wider„
herum möchten, daſſelbig betracht E. E.„
W. vor: Wa aber ye diſer achtjärig„
glaub euch ſo wol gefelt, das ir nit wöl-„

„len darvon steen : so thüet doch ains
„zwingen niemants darzu : wer wöll bey
„dem vralten glauben bleiben , bey
„gmainer cristenlicher kirchen , In dem
„glauben , darin ewer älter vnnd vorfa-
„rend seligklich gestorben sind , in dem
„glauben ir geborn sint , In dem glau-
„ben , darinn ir erzogen seit von mu-
„ter milch her ! so thüet denselben kain
„zwang , vergwaltigets nit. Lasst blei-
„ben bey dem vngetailten Rock vnnsers
„Herren , nach anweisung ir conscienz :
„Dann günstig lieb Herren vnnd gut
„Fründ , war mit ich E. E. W. möcht
„herin dinstlich sein ', mit aller müe
„vnd arbeit ; wolt ich deren khaine spa-
„ren vnd gelts schon ain rimen auss
„der hut : E. E. W. wölle ditz mein
„schreiben , bester mainung annimmen.
„Wie es auss gantzem guten hertzen ge-
„schehen ist : Erbeut mich , wie zu ennd
„meiner declaration ich verzaichnet hab :
„dan warmit ich E. E. W. vnnd gantzer
„statt , kindt vnd möcht , dinstlichen ,
„fruntlichen , vnnd nachpaurlichen wil-
„len erzaigen : das wolt ich begirlichs
„fleiss vnnd mit freuden thun. Dar-
„mit seyt Gott dem allmechtigen befol-
hen.

hen. Datum Ingolstat am 5. tag Ja-„
nuary. 1529.„

E. E. Weißhait

Williger

Johann Mair von Eck
Doctor &c.

Den firsichtigen vnnd . . . .
Herren, Her Burger . . . . .
Rat der Stat . . . . . .
mein gros . . . .

Memmingen.

C.

Altera Eccii epistola ejusdem argumenti.

ERberen, firsichtigen vnnd weisen, Ewer Erber Weisshait seien mein willig früntlich dinst, darzu was ich liebs vnnd guts vermag, begirlichs fleiss, zuvoran berait. Grossgünstig lieb Herren, gut fründ, vnd geliebten nachpauren, E. E. W. schreiben bey ewernn lauffenden botten hab ich seines inhalts vernommen: vnd will die notturfft eraischen, das ich auff alle stell ewers schreibens mein antwurt gebe, bitt E. E. W. wölle ab dem khain verdrus entpfahen: vnd bedencken das es geschicht auss gutem vnd euch liebhabenden hertzen: das sey Gott mein zeüg, der ist die höchst warheit. Vnd als anfänglich E. E. W. mir fleissig danckt meins schreibens und iber gesanten declaration, des nit von nöten, dan ich E. E. W. in vil grösserem, mein willig dinst, vnd früntlichen guten willen zuerzaigen, gantz begirig vnd berait bin: dass ich auch vil lieber mit den wercken gmainer statt erzaigen wölt, dann mit blossen worten. Das aber E. E. W. anzaigt wie ir, berüerte mein declaration haben

ben die mainaidigen aufsgeloffen minch Ambrosi Blarer vnd Simprecht *Schencken, lassen lesen vor euch vnd ewer gmain. Ich hab ja wol gehört, in landtmeerss weiss, wie ain sollich fasnacht spil aufs meiner declaration, in hosten truien gemacht, auffgericht worden sey. Das hett ich vermaint E. E. W. war es erlicher vnnd nutzer gewesen, das ir das ain vnparteischen leser hetten ewer gmain vorlesen lassen: aber das der glübdbrüchig truiloss minch der Blarer, seines gefallens, soll daraufs klauben, vnd mein declaration zerlumpen vnd badern, vnd wa es am notwendigesten war, daselbig verschwigen, wie das etlich ewer frumm burger sich beklagt haben, kint ir wol ermessen, mit was fug, vnd eeren söllichs hab mögen beschehen. Ich befilchs aber Gott vnd allen Gotliebhabenden menschen, ob es zu frid gmainer statt, zu göttlicher warhait zu auffen firtreglich sey gewesen, die gotzlesterer so fälschlich vnd vntruilich, den gmainen man zutriegen, mein declaration lassen stuckweiss, auff baderlumpisch vorlesen.*

Ferner schreibt ir, wie die mainaidigen minch mit rainem haiterem Gottes wort vnd byblischer gschrifft mein declaration ablaint haben. Ditz wort acht ich es hab ewer witziger

witziger statschreiber durch die feder flüessen lassen: dann ich khan nit glauben das E. E. W. mainung das sein kindt: Vrsach dann so ir hernach nit wöllt annemmen zu richtern ewer natürlich und von Gott geben Oberkait Kaiserlich Maiestet, auch ander vil treffenlich Herren und commun, die ich euch zu erkiesen und erwöllen firgeworffen hab: unnd so E. E. W. will zu eer dem wort Gottes khain richter leiden: khan ich nit gedencken, das ir euch iber K. M. unnd der Küng, Churfürstl, grauen, freiherren und stett erheben: das ir wolten richten allein: und wolten sunst khain mensch richten lassen. Der dichter diser E. E. W. gschrifft, zaigt an der verlogen minch hab mit rainem, haitern Gottes wort mein daclaration abgelaint: das ist ye geurtailt: Wa aber der benanten richter ainer mein declaration, und des truilosen minchs ablainen gehört hett, warum wolt ir nit leiden, das er auch urtailt, ob der minch gnug than het seiner ablainung oder nit. Darum ditz in khain weg mag verantwurt werden: deßhalb ich E. E. W. söllich unuerstand gar nit zu miß, das in so kurtzer gschrifft, etwan in xx. linien euch selbs widerwertig seyt: aber der dichter, der auff der newen christen art jm sib geet, jetz weiß, jetz schwartz redt,

auch

auch dermassen hat geschriben. Die annder vrsach ist, dann so ich mein declaration gestelt hab auff den eck oder goldstein des lautern wort Gottes, auff alts vnd new testament: wie khan der mainaidig minch die byblisch gschrifft ablainen: so die khain richter oder vrtailer leit, wie ir hernach schreibt: khan nun die niemants vrtailen, wie hat dann der abtrinnig minch die geurtailt vnd abgelaint. Es mocht der dichter sagen, der minch hets abgelaint, er het im ain rechten verstand geben: dargegen sprich ich, sein verstand ist blarerisch, ist nit die gschrifft: darum so er ain mensch ist vnd lugenhafftig mag sein falscher ketzerischer verstand auch wol geurtailt werden. Dann des sey E. E. W. on zweifel, das ich mit der hilff Gottes bass verlegen khan des minchs ablainen, mit gutem grund vnnd byblischer gschrifft, dan der minch nimmer mer, meiner declaration thun mag: des erbeut ich mich vor E. E. W. firgeworffen richtern biss in das feür, als helff mir der lebendig GOT.

Ferner aber zaigt E. E. W. an, wie all ewer priesterschafft nichts sonnders wider des Blarers mainung hab firgewent: Günstig lieb Herren, was solten sy firwenden: wan ir nit glaubt Malachie, Esaiä, den propheten, hailiger

liger gſchrifft new und alts teſtaments: vil weniger glaubt ir ewer prieſterſchafft, ja wie Abraham zu dem reichen man ſprach. Wann ainer von todten aufferſtünd, ir wurden dannoch nit glauben: deſs trag ich mit euch und der gantzen gmain ain hertzlichs mitleiden: das ir durch die ketzeriſch predicanten, dahin gebracht ſeit, das ir mer glaubt zween mainaidigen, truiloſen, abtrinnigen minchen: dan ainer gantzen erwürdige prieſterſchafft: wol wer das ewern vorfarn ain unerhörts ding gweſen: Sy hetten ehe, die notneſten biderberleüt, ir ſtat daran geſetzt, ehe das ſy ſollichs hetten von Inen laſſen ſagen: das ſy den bſchoren truiloſen minchen ſolten mer glaubens geben haben, dan ir prieſterſchafft, ja der gantzen Chriſtenlichen kirchen. Gedenckt an mich, es wirt euch laid werden. Prædixi VOBIS.

Das ir aber darnach euch beklagt, ir ſeit auſs meiner declaration nit verſichert, noch gewiſs, ob die meſs ain opfer ſey oder nit. Was hör ich da Groſsgünſtig lieb Herren. Ir habt begert, ewer würdige und von Gott geſalbte prieſterſchafft, ſoll euch Bybliſche gſchrifft darbringen: das die Meſs ain opffer ſey, dasſelbig hab ich gethan auſs newen und alten teſtament: wölt ir dan der gſchrifft nit glauben:

ben: verſichert der hailig Gaiſt euch nit genug darinn: ſo ich hälle, klare, raine, lautere gſchrifft bracht hab in der declaration, des ich an die richter gern laſſen will: wie kind ir ſprechen, Ir ſeit nit vergwiſt: wölt ir ain andere vergwiſung haben, dan das wort Gottes: Sehen zu das nit Eſaias von euch prophetiſiert hab: die ſehen nit mit iren augen, vnd verſtants nit im herzen. Der dichter möcht ſagen, Ein erberer Rat laſt ſich auf des Blarers ableinung: dargegen ſprich ich, Ich laſs mich auff erkentnuſs Keiſerlicher Maieſtet, vnd annder von mir fürgeworffen richtern: Bedenck nun E. E. W. wa dietz fürkompt in der gantzen welt, für tapfer vernünfftig leut: wer mer glimpfs sölle behalten, Ich oder ir, das ir mer glauben wölt zwin abtrinnigen erloſen verlauffnen minchen, dan Römiſcher vnd Hiſpaniſcher Maieſtet, dan künglicher Maieſtet von Hungern vnd Behem, dan dem Loblichen Pundt von Schwaben, dan Churfürſtlicher Gnade des Pfaltzgrauen am Rhein, dan den Edlen Herren Grauen von Montfort, vnd dem Freyherren von Waltpurg: dan ewern lieben getruien nachpauren Iberlingen vnd Rauenſpurg. Ich acht ye bey allen verſtendigen auff erden, werd den yetz genanten mer truiens vnd glaubens geben,

dann

dann denen mainaidigen minchen: vnd wann ir das recht bedenckt, ſo ſolt ir das auch thun: es iſt ſunſt vnmüglich, das es E. E. W. zu gutem mög auſsgelegt werden.

Ferner wölt ir der würdigen prieſterſchafft begern, verklainern: do ſy an die verlauffen minch begert haben, das ſy ir ablainung wider mein declaration in, gſchrifftlich zuſtellten: darauff E. E. W. anzaigt ewer verfüeriſch prediger haben das abgeſchlagen, dan es wär zu weitläuffig: auch hin vnd her ſchreiben kämen bey lanngem zu khainem end: achten auch das nit von nöten. Ich wirt bericht der abtrinnig minch hab die antwurt geben, es ſey jm nit wol müglich. Das glaub ich, das im vnnmüglich ſey mein declaration vmm zeſtoſſen, ja allen ketzern vnd teuffeln in der hell iſt vnmüglich: dan mein declaration iſt gründt in dem wort Gottes, das ewigklich bleibt. Trutz Zwingli, blarer vnd allen ketzern. Das aber E. E. W. mit hofflichen worten das verblüemen will: iſt leichtlich abzulainen: das ir das mit kainem guten grund thüet: dann ſo der ainig artickel der meſs gehandelt wirt, bedörfft ir euch keiner weitleüffigkait beſorgen: es wer den ſach, das die gemacht wurd Ewer verfüeriſch predicanten: dann ich lauff von den ſtellen der gſchrifft nit, die

die ich in der declaration gesetzt hab: dan so himmel vnd ertrich zergeent, vnd kain Maur an Memmingen, noch an käiner stat beleibt, so waiss ich das die wort warhafftig sind, vnd von dem hailigen Gaist. Zu dem andern das E. E. W. sich beschwert das hin vnd her schicken: befremt mich nit ain klains, das ir euch solt beschweren, in also ain grosswichtiger sach, da ewer Eer, leib vnd seel anstat, also ain klainen weg zuschiken, treyer tag raiss: wer das lisst: möcht dencken, es wer euch nit fast ernst: zu dem andern so hat E.E.W. wol vier wochen vmm zogen: Ee das ir mir wider geschriben habt: so ich die declaration in anderthalb tagen gefertiget: Ir wölt das auch nit von nöten achten, ist wol war, wan ir euch nit volkomenlich wöllen berichten lassen in den stucken, die ewer seel säligkait betreffen: wan ir wölt ewer oren verstopfen, wie ain schlang die man beschwert, vnd wölt also bey der gifftige leer der erlosen minch bleiben: so ists ja alles verloren, vnd nit von nöten vil mir zu antwurten: Ich will aber noch der hoffnung sein, Gott hab euch nit gar entzogen den funcken Christenlicher ordnung: ir werden noch die falsch verfüerisch leer der abtrinnigen minch hinwerffen. Gedencken was ir thüet, ob ir ewer stat, gut, eer, leib

vnd seel, auf zwin mainaidig minch setzen wölt, wie ir schon angefangen habt.

Ain andere vrsach wendt E. E. *W. für, wie auff mein trey Büecher von der mess, ain gschrifftlich antwurt verbannden im truck zu Augspurg. Ich acht ditz hab auch der dichter hinein gesetzt, es sey ewer gestriffleter statschreiber oder der minch blarer selber: dann das stind ainem* E. *W.* *Rat ibel an; das sy sich in so ainer treffenlicher sach, da leib und seel an steet, lassen auff ain gschrifft, die sy nit gehört, nit gelesen haben, die erst im truck soll sein: was blinden handel wär das: nit zuvermuten, das in so ainer eerhafften statt, wie memmingen ist, solte so blintlich gehandelt werden: darum muss ich das dem dichter zumessen, der sein synn so treffenlich gespitzt hat: dass auch ain fassnacht narr sein witz brieffen möcht. Augspurg halb, waiss ich nit, wer mein buch verlegen wurd: khain Christ nit: es müesst nun auch ain mainaidiger ketzer thun: tritt er auff die ban: so will ich im manlich begegnen mit dem schwert des Geystes: welches ist das wort Gottes: wiewol ich nie yemants gehört hab, der sich wider mein buch; yetz im tritten Jar, hett lassen merken; dann vrban Rieger ain pfäffisch burenkind, (sollich apostel müessen die*

new

new Christen haben) wa die luterischen vnd zwinglischen, hetten ain guten grund gehabt, bedenck E. E. *W. ob sy yetz biss in das tritt Jar geschwigen hetten: so mein buch nit allein zu Augspurg, sonnder auch zu Cöln getruckt ist worden in ainem Jar. Darzu wie wolten ir euch auff in lassen: so er fir ketzerisch helt, das ewer blarer bekent wider das sacrament. Schier zu ennd da bringt der dichter* E. E. *W. brieffs, erst das recht vnzifer auss der ketzerbüchs, aller ketzer deckmantel: das ist das khain vrtailer söll sein in sachen die seelen betreffen, dan die Biblisch gschrifft. Grossgünstig gepietten Herren, bedenckt doch vnd fasst zu hertzen, was das fir buben mögen sein, die khain richter mögen leiden: Ist in die gantz welt zu klein: das kain richter mögen annimmen: so müessen die ketzer ye ain böse sach haben. Ewer dichter schreibt, Ich wiss wol, das in den sachen die seel belangend, kain richter sein khünd, dann das wort Gottes: da spart ewer dichter die warhait, zu dem das er so freuel ist, das er sich vnndersteet zumessen, wie weit mein wissen sich erstrecke: er ist im zuschwach der hoch hannss: das er aussecken will mein wissen: hab auch gäntzlich dafir es sey* E. E. *W. mainung gar nit. Ich waiss anders im*

newen vnd alten teſtament, das richter ſind in ſachen die ſeel betreffend: wie Devtronomii klarlich geſchriben ſtat, am 17. capitel. Da Gott gebotten hat, wan ain zweifel enſtand, ſo söll man geen zu den prieſtern vnd leuiten, an dem ort, das Gott erwölt hat, vnd zu dem richter: die söllen dir das urtail ſprechen: vnd du ſolt thun nach dem, das ſy dir ſagen &c. hört ir: prieſter vnd leuiten söllen vrtailn: ſo laſst ir khain vrtail. noch dem bapſt, noch dem kaiſer, noch ewerem ordenlichen Biſchoff, wie ir bey ewer ſeel ſäligkait ſchuldig wert, wölt nun volgen dem vrtail der abtrinnigen minch. Darum wert ir in die ſtraff Gottes fallen, die er darauff geſetzt hat: desgleichen im newen teſtament haben wir klar: da ein ſpan ſich erhub zu Antiochia, wie lucas ſchreibt, von der haltung des Judiſchen Geſatz: da ſindt ſy hinauff zogen gen IHeruſalem, vnd haben da gewart das vrtail der apoſtel: wie dürffen dann ewere ketzeriſchẽ predicanten liegen, das khain vrtailer mög ſein in ſachen die ſeel betreffend, dann die Gſchrifft. Darzu klärlich bezeugt vnnſs der hailig paulus: wan man liſst die hailig gſchrifft: vnd etlich die auſslegen, ſo söllen die andern vrtailen: vnd diſe ketzer, wider hälle wort Pauli zu den Corinthiern, wöllen

nit

nit vrtailer leiden: darum ſo diſe ſtell in E. E. W. brieff iſt offenlich wider das wort Gottes vnd bälle Byblıſche gſchrifft, vnnd deshalb ketzeriſch: ſo khan ich nit glauben, das ditz ewer mainung ſey, alſo geſtracktes wider die Bybel ſchreiben: aber ewer dichter, iſt alſo mit dem minch in Sib ummgangen. Aber des minchs falſch ketzeriſch grundt, hab ich abgelaint im truck mer dan vor zwayen Jaren: dermaſſen das er ſich nie hat laſſen darwider mercken: hett er ain grundt der warhait gehabt: er het ſich vorlenngſt verantwurt: wie die ketzer yetz geſchwind ſind ſchelmen büchlin ze machen: das iſt auch die vrſach, warum er ſich nit gſchrifftlich mit mir einlaſſen will: Allein ſo er ſein gifft yetz bey euch auſsgoſſen hat: wolt er mich vor euch gerecht machen: Ich hab die ſchnuppen, ich ſchmäck nit. Ob aber ſchon dem ſolt gelebt werden, wie ewer dichter firgibt, das aines yeden mainung ſolt geriben werden an den eck oder goldſtain des wort Gottes: wolt ich gern hören, wie ir da wolten hinauſs kommen: vnnd bitt E. E. W. wölle das wol bedencken. Mein mainung iſt, wie yetz in der gantzen Chriſtenhait ſchier xv c. Jar geweſen iſt, die meſs ſey ain opfer. Ich ſtreich diſe mainung an den ſtain der hailigen gſchrifft, wie ich in meiner declaration

 gethan,

gethan, an Malachiam den propheten am ersten vnd tritten Capitel, an das buch der küng, an den David im Psalter, An Esaiam, an Sophoniam, An Sant pauls, an Danielem &c. vnd hats den strich behalten in der gantzen Christenhait, in Moren, kriechen land &c. in allen hailigen concilien vnd hailigen vättern: vnd kompt der mainaidig minch, vnnd hat ain mainung: die mess sey khain opfer: vnndersteet sich ein newes strichs, der in xv c. Jaren vor nie ist gehört worden: zerreisst auch die gschrifft herauss auff sein mainung: Nun gebt da ein weisen entschid: wer recht hab: wem zu glauben sey: Sprecht ir die gschrifft sol vrtailen vnd entschid geben: hoff ich ir sölt mir zufallen: dan mein mainung den strich des eckstains der gschrifft yetz schier xv c. Jar erhalten hat: der billich obsigen soll des abtrinnigen minchs trey täglich vnd new gewachsen streichen. Da kindt ir nit hinvmm: da müessen vrtailer sein, wer den strich behalt an dem eckstein: darum auss ewer aignen worten vnd beispil des Ecks oder goldsteins, volgt vniberwintlich herauss, das man soll richter haben in sachen des glaubens: nit das ain mensch sey so freuel: der die gschrifft wolt vrtailen: aber so auff ain text der gschrifft, der minch vnd ich, vngleichen ver-

verstand hatten : das dan verstendig leüt, vrtailen, welches verstand rechtmässig wär, vnd den strich behielt : Sunst wurd kain ketzer nimmer mer iberwunden : er sagte. Ich hab die gschrifft fir mich : niemants soll mich vrtailen : das buch leg da : wurd lang nit anfahen zureden.

Ain andere vrsach bringt der dichter, „ dann so ich die mess erhielt ain opfer zu„ sein vor den firgeschlagnen Richtern : so„ wer doch euch nit geholffen : dann die„ Christen, kinden in den dingen, das„ gewissne betrifft, nit annemmen, was„ annder menschen erkennen : Ich hör da„ zu dem ersten gern, das ir in ewer aigen„ gewüssen, förchten ich wurde die mess„ wider ewer ketzerisch predicanten fir ein„ opfer, vor firgeschlagnen richtern erhal-„ ten : die vrsach aber, die der dichter„ einfiert, hat der alt schlang, durch sein„ werckzeüg, den aussgelauffen minch„ den Blarer dem dichter einblasen, wider„ alle vernunfft. Gepietend lieb Herren„ vnd früntlich nachpauren wie lasst ir„ euch ain sollichs den minch bereden„ wider hälle, raine, haitere gschrifft,„ dann lucas schreibt den spann, der zu„ Antiochia vnter den Christen erwachsen„

 „ist:

„ist: zu Iherusalem, wart das vrtail gefält
„durch die apostel: vnd wiewol das zu
„Iherusalem geurtailt; noch namen das die
„Christen zu Antiochia an: vnd die apo-
„stel gebotten das anzunemmen: wie
„wol etlich verstockt, das nit thun wol-
„ten, wie sich S.Pauls zu den Galatern be-
„klagt: die wurden aber verdampt: da
„die ketzerey zu Alexandria erstund, das
„Christus nit wesenlich Gott wer: ist das
„zu Nicena der stat in Bythinia geurtailt
„worden: Gott sagt im Devtronomio,
„wie an ainem ort solten die priester vnd
„leuiten vrtailen: vnd auss allem Judi-
„schen lant, musten sy das annemmen.
„Darzu wan das ewer mainung ist: so
„müesst ir euch vnd ander straffen, das ir
„schreit, K. M. söll ain freyes Concilium
„halten in teutschen lannden &c. dan so ir
„nit wölt das annemmen, das ausserhalb
„Memmingen beschlossen wurdt: so wer
„doch das Concili Eytel vnd vergebens:
„Auss disen obgemelten vrsachen, ist klar
„vnd häll, das E. E. W. dichters firgeben,
„falsch ist, wider Gott, wider gschrifft,
„auch wider Christenliche kirchen; vnd
„kaiserlich recht vnd edict: sindt allein
„vngründt, faul, zenichtig ausszüg, deren
„sich

ſich all ketzern ye gefliſſen haben: dar-„
mit mein rechtmeſſig erbieten, vor den„
ernennten vnd firgeſchlagnen richter, E. E.„
W. mit kainer guter beſtendiger vrſach,„
nit waigern khan: dann ewer predican-„
ten, handlen böſslich, darum förchten„
ſy das licht: kommen nit darein wie„
Chriſtus warlich gſagt hat: allein ſtecken„
ſy ſich in ir ketzer gruben, Zürch vnd„
Bern: vnd wie wol der mainaidig minch„
mit ſeinem anhang zu Coſtentz, ſo vil„
zugericht, das ſy wider das reich und„
das löblich hauſs von Oeſterreich, ſich„
burger zu Zürch vnd Bern gemacht ha-„
ben: das manigem redlichen mann in„
Coſtantz laid iſt: ſo verſihe ich mich doch„
zu E. E. W. werde ſo ſtant veſt ſein: vnd„
ſich durch deſs truiloſen minchs verre-„
teriſch practick, in ſöllichen abfal vom„
hailigen Römiſchen reich, nit bewegen„
laſſen.„

Nun zu endt, vnd da ſich alles E. E. W.„
ſchreiben hin lendt, das ich mich zu„
euch verfieg *(d)*: vnd müntlich mit„
Dd 5 „ewern

(*d*) Invitaverat enim in literis reſponſoriis, d. 2. Febr. exaratis, noſter Senatus Eccium quam humaniſſime

„ewern predicanten handle &c. das *soll*
„E. E. W. gäntzlich glauben, wa ich
„gmainer stat Memmingen nutz vnd eer
„möchte schaffen: das mir der wäg nit
„zu weit ist zu dem Römischen Kaiser
„in Hispania zu Reisen: aber ewer bege-
„ren geet auss bösen finden des verlogen
„mainaidigen minchs des Blarers: der wa er
„gern suchte Christenliche warhait, nit weit
„zu

manissime Memmingam ad colloquium his verbis: *darum so wissen wir nichts fürstendigers und bequemers, wie auch unsere Prediger und die Priesterschafft zum höchsten begern, und Ir nit ain meerers zu unsern begern zu thun guttwillig in jüngsten Schreiben erpotten, dann das E. W. allher zu uns komen, und mit unsern Predigern in zuhören unser und unser Gmaind davon ferrer gesprech und unterred halten. Das wöllen wir auch am liebsten und gern sehen, und E. W. und die Irn, so sie ungevarlich mit Ir pringen, wiewol es kainer Gefar wolt, doch wa es vonnötten und sie es begern, für uns und die unsern, wie sich gepürt, ain sicher Glait geben, und darzu E. W. in unserm Costen hin und wider verzern. Und hierauff E. W. mit vleys freundlich bitten, und ernstlich ersuchen, sie wöllen nit ausbleiben, sondern von der Eern des Lobs GOttes und der seeln hail wegen sich zu uns unverzogenlich verfuegen, und das opfer der Mess laut Irs erpiettens mit und aus Gottes Wort, und biblischer geschrifft zu erhalten. Das wollen wir und die unsern von hertzen gern von E. W. sehen und vernemen, und darzu uns dieselben mit sonderm vleys willig verdienen &c.* Sed non placuit hoc consilium venerabili Eccio.

zu mir hat gehabt gen Baden, da ich den „
vnd vil andern artickel disputirt hab of- „
fenlich vil tag: Auch zu Costentz mich „
gegen ainen rat erbotten hab, mit im „
vnd sein anhennger zu disputiren: „
Man spricht: nichil & inutile equipollent. „
Es wär vergebens wann ich zu euch „
khäm: vergebens vnd kain richter ver- „
handen: So hat er ewer gepöfel schon „
verfiert mit seinem gifft: das mir kain „
audienz geben wurd: darzu so habt ir „
vergessen, was ir zu anfangs ewers brieffs „
geschrieben habt: da ir schon geurtailt „
habt, der minch hab mein declaration „
abgelaint: wie wol ich das dem dichter „
zumiss: Es wer ye sunst nit vast weisslich „
gehandelt, das ir zuvor ain sentenz ge- „
ben wider mich: vnd darnach erst mich „
beten, ich solt vor euch erscheinen; „
Wann aber ir gmainer statt nutz vnd „
eer betrachten, ewer leib vnd seel, vnd „
also begierig weren Gottes eer zu für- „
deren, wie ir firgebt, vnd darmit mai- „
nen auff partheischen blatz zu Raitzen: „
So yetz die Rät des loblichen pundts zu „
Swaben bey ein annder sint zu Ulm: „
warum habt ir mir nit geschriben, das „
ich khum fir die stend des bunds: so „
„wolt

„wolt ir ewer predicanten auch dar stel-
„len : oder vor den verordneten Kaiser-
„licher Römischer, oder Küngischer Hun-
„gerischer Maiestet vnd annder E. E. W.
„vormals firgeschlagen richtern : da geet
„an die sach , sindt ewer predicanten
„frumm : so stellens an deren ort ainss :
„so will ich mit der hilff Gottes leicht-
„lich mit byblischer gschrifft, vnd auss
„dem wort Gottes, vniberwintlich erhal-
„ten : das der fronleichnam Christi im
„ampt der hailigen mess auffgeopfert
„werdt : vnnd auch darzu , so der mai-
„naidig minch , verlaügnet den zarten
„fronleichnam Christi im sacrament zu-
„sein : erbeute ich mich, denselbigen
„auch wider in vnd all sein anhengern,
„vor den obgemeldten richtern zu erhal-
„ten auss götlicher gschrifft.

„Vnnd will hiemit aber mit höchstem
„fleiss E. E. W. gebetten haben wie vor-
„mals : lassen euch vnd ewer gmain nit
„verfiert werden von disen mainaidigen
„truilosen minchen, wider ewer baide
„Geistlich vnd weltlich oberkait : darmit
„ir nit an gut, leib, vnd seel verderben :
„Es wär ye zuerbarmen , soh ain söllichs
„tapfers Commun , vnd loblich gmain,
„von

von zwaier minch wegen, verderbt wer-„
den: Erwarten die erkantnuſs K. M. „
oder yetz des reichstags: dringen nie-„
mants von ſeinem glauben: laſſen den „
Spitelmaiſter vnd die ſeine, Ire ampt vol-„
bringen, wie es geſchehen iſt, als lang „
Memmingen geſtanden iſt: acht euch „
nit weiſer, denn ewer vorfaren gweſen „
ſind, frum redlich eerlich leüt: ſtelt ab „
diſe gozleſterliche ketzerey: laſst euch „
den verreteriſchen minch nit verfieren:„
der allain bey euch iſt, euch zu verfie-„
ren in ſchand vnd ſchaden zu fieren: be-„
ſint die ſach baſser. Got iſt mein zeug, „
das ichs gegen euch in gantzen trewen „
maine: wölt ir ewer predicanten ſtellen „
yetz auff den Reichstag: iſt mir aber „
wol geliebt: Nit das ich ain ketzer nach „
ainer vnd anderer warnung, vnnderſtand „
zu bekeren: dan das iſt iber S. Pauls „
kunſt, geſchweigen mein: aber das „
durch verſtendig erkennt wurd, das Bla-„
rer irte im glauben: vnd alſo die ainfäl-„
tigen verwarnet, das ſy ſeinen geblüem-„
ten, freuenlichen vnd vermeſſen wor-„
ten, nit ſolten glauben geben. Gott „
der Herr wölle ewer hertzen erleuchten, „
mit warer götlicher warhait, vnnſers vr-„
„alten

„alten, vngezweifelten glauben: darmit
„ir aufstreiben alle falsche, irrige, vnnd
„ketzerische leer vnd brauch: E. E. W.
„enbeut ich mich zu allen willigen frunt-
„lichen dinsten. Datum in eil Ingolstat
„am Donerstag nach der eschermitwoch
Anno der Geburt Christi 1529.

E. E. Weißhait

williger

Johan Eck Doctor &c.

„Ich mag wol leiden das diser brieff
„mit sampt dem ersten, ainer gmain vor-
„gelesen werdt: doch gentzlich, stattlich,
„vnd on andere einmischung des Blarers
„oder ainss annderen ketzer.
„Der bott ist ein tag still gelegen von
„dess abschreibens wegen.
„Den Erbern firsichtigen vnd weisen,
„Burgermeister vnd Rate der loblichen statt
„Memmingen, meinen besondern gross-
„günstig gepiettenden Herren, vnd frünt-
„lichen lieben nachpaurn.

Zehanden.

D. Ra-

D.

Rationes,

Ob quas Joann. Kellerus, Memmingensis aliarumque civitatum (*e*) ad fœderis Suevici conventum legatus a consessu repudiatus fuit, ex ipso confœderatorum decreto descriptæ.

Die Articul, so den Keller Burgermeister zu Memmingen von gemainer Versammlung des Bunds anzeigt und fürgehalten seyn.

ANfangs das sy in Irer Statt durch Ir fürnemen, und der loblichen bißher gebrachten Christenlichen Ordnung und zuvorderst Kays. Maj. &c. Unsers allergnedigisten Herren Edict zuwider das heilig hochwirdig Sacrament und die haltung der hailigen Meß frevenlich abgethan und verpotten, also das man auff disen Tag kain Meß in Irer Statt hab.

Item das sy auch nit gestatten oder zulassen sollen, ohne bewilligung und vergunnen ains

(*e*) Patet id ex Apologia nostræ civitatis, e qua mox excerpta dabimus.

ains Burgermaisters denen, so das hailig Sacrament, wie loblich und Christenlich herkommen, in Krankhaiten oder sunst zu empfahen bitten und begeren mitzetailen.

Item so die Priester ausserhalb Irer Statt und Oberkait Mess halten, das sy dieselben beschiken und darumb straffen, oder zum wenigsten Inen das absrieken und zum höchsten verpieten sollen.

Desgleichen von andern Iren Burgern und Burgerin in Irer Statt, die, wie vorsteet, dem alten guten Christenlichen Wesen anhengig, und davon zesteen wie ander nit genaigt sein, so sy ausserhalb Irer Statt Messhaltung und das hailig Sacrament zu sehen suchen, Inen dasselb auch abschneiden, und zu unnderlassen verpietten sollen.

Wie dann das alles gedachten Burgermaister erhelt, und Im deshalb darauff anhaym zereiten abfertigung gegeben ist, das waiss er sein Herren und fründen wol anzuzaigen.

E. Ex-

E.

Excerpta

Ex Apologia civitatis Memmingensis, ad fœderis Suevici socios post repudiatum a consessu Kellerum missa (*f*).

ALsdann Ewer Gnad und Gunst auf dem nechst gehaltnen Bundstag zu Ulm; den fromen, Ersamen und Weysen Hansen Keller, unsern lieben Burgermaister, der Erbern gemainen Bundsstett mit dem mern erwölten Bundts-Rath nachvolgender Sachen halb mit ainer Verzaichnus ettlicher Artikl und biß, auff unser verantwurtung anhaim zureiten abfertigung gegeben &c. Darauff fügen wir Ewer Gnad und Gunst undertheniger, dienstlicher und fründtlicher Maynung zuvernemen. Wiewol wir wol und genugsam verstan,

(*f*) Hanc Apologiam scripsisse, a nostro Senatu rogatum, Ambrosium Blaurerum, ex ejus autographo didici. In ea fortiter & intrepide multisque ac solidis rationibus propugnant nostri, jure a se abrogatam esse missam, simulque refellunt varias calumnias, quibus immerito ab aliis gravati fuerant. Cum prolixa ea sit, quædam duntaxat ejus specimina huc transferre libuit.

das wir umb sachen, unsern hailigen Christenlichen Glauben belangen, in vermög der loblichen Bundts ainigung, so dann allain von zeitlichen fridsame und Wolfart wegen, damit meniglich bey eer und recht, auch seiner Haab und Gutt beleiben müg: angesehen, nit sollten von Ew. Gnad und Gunst gerechtvertiget und ersucht, noch vil mynder thätlich beschwert und belestiget werden, und deßhalb uns auch, alls auf den ersten Artikl, nit notwendig Ursach, warumb wir bey den unsern die Mess angestellt, allhier vor Ew. Gnad und Gunst fürzuwenden, dieweil wir hierinn nicht anders gehandelt, dann das dem Gottes wort gemes und gegen Gott und Kayserlicher Majestat wol und Christenlich getrawen zu verantwurten, noch dann dieweil die Kinder des Liechts das Liecht nit scheuchen, und wir aus Gottes wort vermanet werden, ainem yeden, der das begert, unsers Glaubens Rechnung zu geben; so haben wir und unser Gmaind uns ainer antwurt, die wir auch dem allergeringsten, geschweigen Ewer Gnad und Gunst, zu geben genaigt, entschlossen, und wollen die also vor Ew. Gnad und Gunst auf das kürtzest und ainfeltigest (dann die warheit mit wenigem bestet) anzaigen, getröster hoffnung zu Got, wa Ew. Gnad und Gunst on zuschlag menschlicher

licher

licher anfechtung mit lauterm Aug in die sach an Ir selbs sehen werde sy vorangeregt, der Mess abschaffung zu Memmingen nit allein nit alls strefflich zebassen, sonder als Christenlich und aus guttem Grund fürgenomman zelieben, und zu dem in Ew. Gnaden und Gunst oberkaiten auch dergleichen zehandlen verursachen.

Pluribus vero interjectis contra Missæ sacrificium argumentis, cum de vero etiam & salutari sacræ cœnæ usu, & fructibus inde reduntantibus disseruissent nostri Majores, tandem sic pergunt:

Bey welchem ainfältigen aber ungewzeiffelten aines gantzen Christelichen Lebens Grund und Summa ain Erber Burgermaister, Rath und Gmaind ainer Christelichen Statt Memmingen in getroster zuversicht Göttlichen Beystands mit darstrekung Leib Eer und Guts, sy werden dann eines andern und bessern aus biblischer Schrifft gründlich bericht, vest und standmuetig in altweg zebeleiben gedenken &c.

F.

D. Martini Lutheri litteræ ad Magiſtratum Memmingenſem ſcriptæ, cum rumor ad eum perlatus fuiſſet, prorſus apud nos Euchariſtiæ uſum ſublatum eſſe.

Den Erbarn firſichtigen Herren Burgermaiſter vnd Rat zu Memmingen, meinen günſtigen Herren vnd Fraimden Martinus Luther.

GNad vnd Frid von Chriſto. Erbern Fürſichtigen lieben Herren, wiewol ich beſorget, diſe meine ſchrifft were onnöttig, auch wol darzu onfruchtbar, doch weil ewer frombs Stattkind M. Leo hinaus wölt, vnnd ſollichs begert, hab ichs auff gutt Gottes beratt, nit wöllen laſſen E. F. zu vermanen vnd bitten, in diſen grauſamen leuffen vnd irrigen zertrennungen, dann ich erfarn hab, wie das bey euch die Meſs, oder Sacrament ſey gar abgethon, vnnd gelegt. Als ein onnöttig, oder frey Ceremonien, wölchs mir hochlich leid, auch ſchröcklich zu hören iſt. Denn Chriſtus hatt ja ſein wort vnnd ſtifft nit darumb beuolchen, das wirs laſſen ſollen, oder

mügen. Nu ist ja diss Sacrament Christus gestifft vnd wort, als sein letster will vnnd testament, wie das nieman leugnen mag. Darum E. F. sich zübesorgen haben, eines grossen zorns über ewer Statt, das bey euch Christus wort vnnd stifft so gar für nichtz gehalten würt. Ach lieben Herren wacht auff, vnd sebst doch böffer drein, solchs fürnemmen wils nicht thon, vnd möcht geschehen, das mir all müssten ewer entgelten, da Gott für sey, Ich ways nicht wie ich thon sol, so bekümmert mich solch böss geschray von ewerem fürnemmen. Der Vatter aller Barmhertzigkeit wölle seinen zorn von vns wenden, vnd geben zethon nach seines sons wort vnd beuelch. Das ists laider das der Sathan entlich gemaint hatt, da er diss Sacrament am ersten angriff, nemlich das ers gantz vnd gar hat wöllen auffhöben, vnd Christum aussrotten. O lieben Herren, thut noch darzu, ehe denn es noch erger werde, der teufel so weyt eingelassen, würt nicht rugen, biss ers noch erger macht, Seyt gewarnet, sehet euch für lieben fraind Es ist zeyt Es ist nott. Christus helff vnd Rat euch, Amen. XXI. May. 1529.

Martinus Luther.

G.

Libellus supplex Cæsari in comitiis Augustanis A. MDXXX. exhibitus a civitatum Protestantium legatis.

HUnc gratiosæ benevolentiæ acceptum refero Magnifici nostri Domini Consulis Jo. Georgii de Lupin, supra laudati, nec unquam sine devota animi veneratione mihi nominandi. Ejus equidem in præcedente commentatione haud memini, cum in manus meas demum, illa sub prælo jam gemente, pervenerit: videbatur tamen dignus esse, qui hisce documentis insereretur, quantum mihi constat, adhuc ineditus. Præmittere vero ipsi juvat verba Jo. Sleidani e Commentar. Lib. VII. p. m. 186. sq. huc pertinentia: *Junii die XXVI. civitatum omnium legatos domum suam convocat* (Cæsar), *& per Fridericum Palatinum exponit, in postremo conventu Spirensi* (A. MDXXIX.) *factum esse decretum, cui plerique omnes obtemperarint, idque sibi esse pergratum: alios vero quosdam illud repudiasse, quod sibi permoleste acciderit: itaque postulare ne secessionem a reliquis faciant; aut vero*

facti

facti sui rationem exponant, cur non obsequantur. Ad ea Protestantium civitatum legati respondent, inofficiose nihil ab se factum esse: nec enim se minus, quam suos majores, cupere ipsi omnem fidem ac obedientiam præstare: cum vero causam scire velit non admissi decreti, spacium sese petere deliberandi. Septimo deinde Julii die scripto respondent, in eam fere sententiam, ut anno superiori fecerant, missa in Italiam ad ipsum legatione, sicut diximus (eod. Lib. pag. 177.) *ad eam quoque legationem & causas tunc expositas sese rejiciunt.*

Allerdurchleuchtigister Grossmechti-„ gister vnd vnüberwindlichister Kayser al-„ lergnedigister Herr. Nachdem E. Kai. Mt.„ vnns hinnach benandten ain fürhalt„ thun lassen auf mainung das E. Mt. be-„ richt were wie sych zu nechstuerschinen„ Reichstag zu speir so E Kai Mt daselbst„ hinauss geschriben vnd darauf Irer Mt„ Bruder vnsern gnedigisten Heren den„ Konig zu vngarn vnd Behem &c. sampt„ andern Kai Mt Commissarien an Irer„ Statt verordnet ain sperung zugetragen„ allso das etlich In demselben abschid„ durch bemelter E Mt Commissari Churfl„

„Fürsten vnd stend gemacht nit heten be„willigen wollen deſs sych gleich wol E „Kai Mt nit versehen gehabt vnd doch „nachmals der zuuersycht weren, wir „wurden vnns in solchem gehorsamlich „erzaigen wie dann vnsere vorfaren hie „vor Iedes mals gegen Ewer Mt vorfaren „hochloblicher gedechtnus auch gethan „hetten vnd vns von derselben gehorsam „nit sondern &c. mit dem angehefften er„bietten wa wir aber vnser wegerung des „abschids Ie vrsach zuhaben vermainten, „wolten E Kai Mt dieselben hören wie „dann E Mt vnns das alles mit mern wer„ten anzaigen vnd auf vnser deſshalb be„schechen vnderthenigister Bith gnedigen „bedacht vnser antwurt zugeben zugelas„sen haben Demnach so geben E Kai Mt „wir in aller gehorsam vnd vnderthenig„kait dise antwurt das nicht on ist E Kai „Mt vnderthanen vnsere Fraind vnd obern „haben sych berurt speirischen abschids ne„ben etlichen vnsern gnedigsten vnd gnedi„gen Herren Churfl Fürsten vnd ander sten„den beschwerd vnd das (wie vileicht E Kai „Mt eingepildet wil werden) derselben E „Mt gar nicht zuwider noch ainicher vnge„horsam sonder auſs hocher vnuermugli-

„cher

cher notturfft diewil ſolcher abſchid in„ ſolchen vnſern hailigen glauben vnd cri-„ ſtenlichen religion belangend der maſs„ geſtalt das ſy denſelben on verletzung„ der gewiſſen gegen Got vnd Irer ſellen„ hail mit nichten annemmen, oder be„ willigen haben konden wie dann bemel-„ te unſere Freund vnd obern vorgenger„ zeit neben den Churfl Fürſten vnd an-„ dern ſtenden ſo ſych des abſchids gleicher„ weiſs beſchwerdt befunden durch Ire ge-„ ſandten Botſchafft in Italia ewer Kai Mt„ deſshalb Ir beſchwerd mit notturfftigen„ gründen vnd vrſachen nach lengs anzai-„ gen laſſen der vnderthenigiſten zuuer-„ ſicht E Kai Mt werde ſych darauſs nach-„ mals gnedigtlich erinern das Churfl„ Fürſten vnd andere ſtend ſo ſych alſo des„ abſchids beſchwert ſolicher beſchwerung„ mer dann gnugſam vrſach gehabt haben„ vnd noch„

Wo es auch on ſolich nottrangte vr-„ ſachen vnd beſchwerung der gewiſſen„ vnd ſellen hails ſot on zweifel gar ver„ von vnſern Freunden vnd obern geweſt„ oder noch ſein ſych in dem allerwenigi-„ ſten von andern Reichſtenden abzuſun-„ dern. Vnd des zu ainem anzaigen ſo ha-„

„ben bemelte vnſere freund vnd obern
„den andern artickel vilberürts abſchids
„alls mit der thürgen hilff vnd anders ne-
„ben Churfl Fürſten vnd ſtenden nit allain
„völg gethan ſonder ſich vber das mit ſon-
„derer hilff vnd rettung wider den feind
„criſtenlichs glaubens den thürgen ſo
„ſtattlich erzaigt das ſy on zweifel darin
„on Rom zu melden Irs vermugens ne-
„ben vil andern ſtenden ſo gleich diſen
„abſchid aller ding angenomen nit die
„wenigiſten oder letſten geweſt ſein ha-
„ben alſo Ir vnderthenigiſte gehorſam
„vnd gutwilligkaitt gegen E Kai Mt der-
„ſelbigen Pruder vnſern gnedigiſten Hern
„dem Konig vnd dem hailigen Reich In
„der that beweiſt ſend auch kains andern
„willens fürnemens oder gemiets dann
„das ſy hinfüro wie biſsher ſolichen Irer
„gehorſam gegen E Kai Mt vnd dem Reich
„in allem das mit gewiſſen geſchechen
„mag vnuerſpart leibs vnd guts vnderthe-
„nigtlich beharren vnd den fueſsſtapfen
„Irer vorfaren nachuolgen wellen, ſo vil
„mer wir mit vnſere freund vnd obern
„diſes gemiets gegen E Kai Mt vnd dem
„Reich in der warhait geſinet wiſſen Ie
„mer Got vns zu hertzen das dieſelben
vnſere

vnſere Freund vnd Obern als wir achten „
durch Iren miſsgunſtigen gehorter maſ- „
ſen , bei E Kai Mt zuuervnglimpfen vn- „
derſtanden werden. „

Vnnd bitten demnach in vnderthenig- „
kait aufs demietigſt E Kai Mt welle der „
angeregten beſchwerung in dem ainigen „
artickel des ſpeiriſchen abſchids kain vn- „
gnad nemen ſonder vnſere Freund vnd „
Obern aufs fürgewendten vrſachen der- „
wegen ſolichs in wahrhait vnd gar kainer „
andern mainung noch E Kai Mt zu vn- „
gehorſam beſchechen gnedigclich vnt- „
ſchuldigt haben das ſollen vnd werden „
on zweifel dieſelben vnſere Freund vnd „
Obern vmb E Kai Mt alls Iren rechten „
allergnedigiſten Herren mit ſchuldiger „
gehorſam in aller vnderthenigkait ver- „
dienen. Bemelten vnſere Freund vnd „
Obern haben ſich auch hieuor mer dan „
eineſt erpoten vnd ſend noch erpütig „
ſych in allem ſo berüerts Artickels des „
glaubens halben mit grund göttlicher ,
ſchrifft , dargethan werden mag der „
pilligkait weyſen zu laſſen das alles „
E Kai Mt wie an ſtatt vnſer Freund vnd „
Obern auf obberüert Ir fürhalten vnder- „
thenigiſter maunung nit wellen verhal- „

„ ten

„ ten dieselben vnsere Freund vnd vns
„ damit E Kai Mt in aller vnderthenigkait
„ beuelchend

E Kai Mt

Gehorsam
vnderthan

Die gesandten der erbern freu
vnd Reichsstett Strasburg,
Nurmberg, Costentz, Vlm
Reutlingen, Heilprun Mem-
mingen Lindaw, Kempten
vnd Ysni.

H.

Ulrici Zwinglii ad Senatum Memmingensem litteræ.

GNad vnd Frid von Gott beuor. Ersam,„ wyſs gunſtig lieb Herren, vnd in„ Gott Brüeder, ich uerman uch bey un-„ ſerem Herren Jeſu Chriſto, vm deſs wil-„ len ir in geuar ſtond, ir wellind mir min„ ſchriben nit uerargen, dann es warlich„ nit uſs fräuel noch fürwitz, ſonder uſs„ ſorg vnd trüw beſchicht. Dann ſo wir„ ye mit den fröwenden fröid vnd mit den„ weinenden truren haben ſollend auch„ mit den angſthafften in angſt vnd ſorg„ ſton, nit als die an irem Gott zwyflind, ſunder uerſehen, das nieman in zwyfel„ oder anſtoſs valle. Wie dann der helig„ Paulus ſagt, wer ſtoſst ſich an das mich„ das ſelbig nit brènne oder engſtige?„ Darum ich lieb Herren und brüeder,„ gantz guter meinung, vnangeſehen das„ ich vwer fürneme zeuermanen gering„ gnug, diſe min uertroſtung zu uch ſend,„ nit das mir zwyfle an üwer truw vnd„ ſtandmüetigheyt, ſunder uor ſölchem„ anſtoſs der uch gegnen möcht uerwarne.„

„Vnd

„Vnd ist also einmal vngezwyflet, als „ouch die heidnischen Philosophi beken- „nend, das tugend vnd das recht ein so „hoch tur ding ist, das es nieman eigen- „lich erlangt er hab denn sich zeuor inn „tod uerwegen. Dann das ist gwüss, das „allen grechten so uil wirdt ufgesatzt, das „wo sy sich nit uerschetzt ee den tod ze- „erlyden weder vom rechten abzetretten, „das sy sich lassend abfüeren vnd uss uorcht „das racht uerlassend, darumm so muss das „uerschetzen sin selbs ouch in gemeiner „grechtigheit ze uordrist ann spitz oder „aber man wirt flüchtig.

„Wie uil me söllend wir im handel „der christenlichen religion vnd glauben, „der nutzid anders ist weder ein rachter „tod des fleischs vnd ein Leben des Geists, „uns vorlangest uerschetzt haben, vnd „angericht, das wir allein dem himmli- „schen hoptman geuallind, in dess zug „vnd huffen wir uns habend lassen anschri- „ben? Betrachtend lieben Herren vnd „Brüeder, ob es nit in der gantzen chri- „stenheyt so vnchristenlich süntlich vnd „iämmerlich standt, das eins ieden men- „schen conscientz selbs diss urtail spricht, „wir müessend uns gentzlich bessren oder

„aber

aber Gott wirt uns straffen, so nun das„ alle gmuet bekennend, vnd sehend aber„ das sölch süntlich leben vnder der vn-„ rechten ler des bapstes ufgangen vnd er-„ wachsen, deßhalb sich zu derselben ler„ nit ze uerstehen, das man mir iro werde„ uff die rachten Ban gewisen, so ist ie„ vngezwiflet, das man sich gheiner and-„ ren ler halten sol, so man sich bessren„ vnd mit Gott uersüenen wil weder mit„ Gottes eigenem wort. Dann wer kan„ uns bas Gottes willens berichten weder„ sin eigen wort? Wo nun Gott sin wort„ eroffnet vnd darstellt, da wirt man uer-„ gwüsset das sin gnad offen stat vnd urbüt-„ tig ist, dann so er sinen willen in synem„ wort offnet tut ers allein darum, das„ man die ding die erfunden werdend in„ synem wort im gefellig sin annemm,„ vnd harwidrum die ding so sinem wort„ widerstrobend hinleg vnd schühe. Sit-„ tenmal aber uch der allmechtig Gott sin„ heiligs euangelium eroffnet, darinn die„ sicherheyt vnsers heils, vnd die form eins„ vnschuldigen lebens in Christo Jesu uer-„ heissen vnd uorgebildet ist, so söllend ir„ on zwyfel Gott hohen danck sagen, das„ er uch in der geuar vnd tröwen sines„

„zorns,

„zorns, weg zeigt hatt wie ir mit im uer-
„süenet werden mögendt. Vnd so uch
„die welt darum hassen ia durächten„
„vnd tödten vnderstät, sol es uch ye ein
„ring tröwen sin, Glych als da einem ein
„ryche schöne züchtige dochter zu der ee
„sölte beworben werden, nach dero ein
„andrer ouch wurbe, da wurd sich der„
„dem si willigen wil nit lassen schrecken
„oder abwysen drüm das man sprech,
„stand ab dann der ander gegenwerber
„wirt dir sygend. Also ob uch die welt
„von der lieplichen dochter der kilchen
„Jesu Christi abwenden wölte drumm
„das sy uch sygentlich durächten trowte,
„söllend ir die welt uerschetzen, vnd iro
„nit achten, dann der gwün vnd gutes so
„wir by Gott habendt, ist uil ein anders
„weder das uns die welt uerheisst. Was
„nutzes schaffet aber der mensch so er
„glych aller welt gunst überkeme, vnd uer-
„lüret aber daby Gottes huld? oder sicht
„unser hoffnung uff zytlichs oder uff
„ewigs? Söllend wir nit den allein fürch-
„ten der lyb vnd seel ins ewig fhür sen-
„den mag? So nun ietz (wie es mich
„ansicht) die zyt hie ist da ir erfordret
„werdend üwren glauben ze bekennen,

„so

so ermessend lieben herren vnd brüeder, „
das Christus ünser hoptmann tröwt, wer „
sin uerlöigne dess werd ouch er verlöig- „
nen vor sinem uatter, vnd harwiderum, „
wer inn vor den menschen bekenne, dess „
werd er ouch uor seinem uatter bekant- „
lich sin. Vnd uff das so bekennend die „
warheyt fry, vnd lassend den hoptman „
Christum üwer sach bym obresten Küng „
dem himelischen Vatter versorgen. Vn- „
gezweifelter hoffnung, Er der üch sin „
liecht vnd geist ggeben, werde das er an- „
gefangen ussüeren. Er hatt uns erstlich „
durch kleine ding angefüert, vnd sölte „
uns in der hoptsach uerlassen? Nit ach- „
tend der stercke weder üwer selbs, „
noch üwer widerwertigen, sunder se- „
hend, wie starck der sye, dess der han- „
del ist, den ir angenomen vnd dem ir „
gloubend vnd dienend. Wo hatt er die „
im truwend ye uerlassen? Hatt er nit all- „
weg alle macht diser welt geschwecht „
vnd zboden gschlagen? Er er ists der Pha- „
raon Amalech vnd Amorrheum geschla- „
gen hatt. Er ist die Krafft aller dingen, „
vnd nützid lebt denn allein in imm, „
so müessend ouch üwer sygend uss siner „
krafft leben, Eya so mag er inen alle krafft „
 „ nemen,

„nemen, vnd üch stercken, vnd one sinen
„willen wirt der sygend nützid mögen.


„Sehend uor allen dingen lieben her-
„ren vnd brüeder, das ir einmüetig vnd
„einträchtig sygind, dann wo einigheyt
„ist, da ist ghein stättlin so klein nie gwe-
„sen, es ist by eren bliben, harwidrum
„wo zwytracht, ist ghein macht nie so
„groſs gewesen, sy ist zergangen. Sind
„wys lieben herren, vnd vmsehend üch
„ouch gegen andren Christen, das ge-
„fallt Gott ouch, damit die so einen geist
„habend, ouch ein werck vnd stryt Got-
„tes mit einander tuogind alles im her-
„ren: in einigheyt vnd trüw. Dann ich
„üch by Got den ich predig verheiſs, so
„ir einmüetig sin, vnd die valschen mietny
„vnd vntrüw nit werben lassen werdend,
„das üch Gott gwüſs ufrecht behalten
„wirt, allein lassend üch nit teilen, vnd
„ob glych noch etlich des gloubens nie
„zum besten bericht werind, söllend sy
„doch gedencken, das inen mit üch ir
„hab vnd gut ind schantz gon wurde wo
„sy sich von üch teilen wurdind. Sind
„dem starcken vngezwyfleten Gott beuol-
„hen. Volgendt dem warlich trüwen
„diener des Evangelii Symperto Schenck

„so

ſo ſtät üwer ſach ufracht. Vernemend, alle ding im beſten. Geben X. tags Octobris. 1530. ü. Erſam Wysheit,

Allzyt williger Huld. Zuingli.

Den frommen Erſamen vnd Wyſen &c. Burgermeyſter vnd Rat der Statt Memmingen, ſinen uererenden Herren.



III.

DISCIPULI DE TEMPORIBUS

Monitum de Præjudicio Hermenevtico accuratiorem Apocalypſeos explicationem etiamnum impediente.

PRæcipuum Apocalypſeos interpretandæ adminiculum eſt Chronotaxis: in qua quamdiu erratur, non poteſt non perire operæ plurimum. Matureſcentem autem ſancti hujus libri guſtum fructumque appetentibus unum hoc modeſte proponitur conſiderandum. Tria Væ inter ſe ſuccedunt: Apoc. IX, 12. XI, 14. eorumque primum habet menſes quinque; ſecundum horam, & diem, & menſem, & annum; tertium quadraginta duos menſes ad minimum. C. IX, 5. 15. XIII, 5. Summa, 60. menſes & quod excurrit, i. e. dies circiter 1800.

Dies

Dies autem hic non innui vulgares, certum quidem eſt: ſed quod exinde dies apocalypticus pro anno ſumitur, & quod dies triginta pleni in menſem conferuntur: præjudicium eſſe videatur totius libri hujus intelligentiam adhuc ſufflaminans. Nam ex iſta hypotheſi Væ tria (ut omittamus interpoſita duo intervalla imparia) plus 1800. annos de ſeculis N. T. auferant. Ubi ergo ſpatium invenient magnæ res, quæ inter manſionem Johannis & inter initium Væ primi, ac potius maximæ res, quæ poſt Væ tertium leguntur? Cum præſertim Væ ſecundum utique ante ſeculum VII. non inceperit. Ex his, aliisque multis rationibus apparet, non debere in perpetuum, ſine ulla dubitatione, diem apocalypticum pro toto anno ſumi. Quid ergo? Reſp. Per numerum menſium beſtiæ agentis divide alterum illum majorem, quem tangit Melch. Kromajerus in libro, *Entſiegelte Worte der Offenbahrung* p. 214. Habebis biduum apocalypticum, idque rotundum: ex quo, ad analogiam veritatis aſtronomicæ, dies, hora, annus, horumque dimidiæ partes, menſes denique reſolvuntur, clave ad Danielis quoque dies ſeſe porrectura.

Hoc tempore, & hoc loco ſat vel ceteris, vel ſapientibus, laborantibus, ſubactis, vigilantibus, quos ad hæc verba ſæpe multumque expendenda, brevitas videlicet invitabit.



IV. NO-

IV.

NOTITIA RARISSIMAE VERSIONIS GERMANICAE LIBRI PSALMORUM,

A

D. OTTMARO NACTIGALLO SIVE LUSCINIO CONFECTAE

EXHIBITA

A

JACOBO BRUCKERO

---

§. I.

DEdit nuper de CASPARIS AMMANI *Psalterio Germanico longe rarissimo* observationem doctissimam Vir πολυμαθέστατος JO. HENR. A SEELEN in elegantissimis *selectis literariis*, (*a*) quorum auctam editionem nuper bono publico exhibuit,

(*a*) *p. 732. sqq.*

inque ea tum de versionum S. bibliorum, tum de literaria Augustanæ urbis historia egregie meruit; licet, quis ille Ammanus fuerit, Augustæ non constet, ubi quidem illustris a longo tempore est Ammanorum prosapia, quæ ut immortalibus de Republica meritis olim jam (*b*), & imprimis nostris temporibus magnum sibi nomen peperit, ita viros protulit & eruditione summos, & eruditorum Mæcenates maximos, in cujus tamen monumentis tabulisque genealogicis Caspar ille non apparet. Novum vero ita quoque dedit Vir præstantissimus specimen, quam egregie Germaniæ hic ocellus, Augusta, de sacris oraculis olim jam fuerit sollicita, quamque egregie de ejus versionibus & editionibus meruerit

---

(*b*) Jam enim ante introductam regiminis civilis apud Augustanos formam democraticam, summis reipublicæ honoribus Duumviratus functus est Joannes Ammann, anno scilicet 1348. vid. GASSAR. *Ann. Augstburg. ad h. a.* & *Historia Regiminis Augustani* nostra cura nuper editam *l. I. p. 15.* quam dignitatem ex eadem familia gessit quoque ab Anno 1701. ad annum 1716. Vir illustris GODOFREDUS AMMANUS, vid. *l. c. in calce*, ubi reliqui quoque enarrantur, qui Senatorio axiomate ex hac prosapia hactenus inclaruerunt.

ruerit *(c)*. Quod ut omni laude est dignissimum, patriæque splendorem eo magis auget, quo majore dignitate excellunt sacræ paginæ, ita nos quoque excitavit, ut parem de alio Psalterio æque rarissimo, cujus nullibi mentionem factam esse nobis hactenus innotuit, quodque ex eadem officina

(c) Quemadmodum Augusta Vindelicorum a longo jam tempore viros aluit ingenio & eruditione præstantissimos, feraxque fuit in monumentis eruditionis præstantissimæ in publicam lucem producendis, ut ex catalogo videre est, quem patriæ decus ANT. REISERUS, *Indici libror. msc. Bibl. Aug. pag.* 119. *seqq.* suffixit, ubi illi enumerantur, *qui vel ortu vel officio & munere publico Augustani in patria & alibi scripta publicarunt, item qui partim msc. codices e bibliotheca ediderunt, partim typis Augustanorum sunt usi*: ita imprimis de sacris Bibliis egregie meruit. Vix enim incunabula & rudimenta evaserat ars typographica, cum anno 1466. in hac urbe *Joannes Bemlerus* Typographus sacrarum paginarum editionem daret, notante GASSARO *Ann. Augstburg. msc. ad h. a.* & ex eo HARTMANNO in *Chr. Aug.* P. II. p. 213. conf. CON. BEVGHEN *in cunab. Typogr. Diss. præl.* & Ven. Abbas JO. FABRICIUS *Hist. Bibl. suæ* P. I. *p.* 24. ubi vero & nomen Jo. Beumler & annus 1467. in mendo jacet: qui vero ad DIET. A STADE *specimen lectionum antiq. francic. pag.* 22. provocat, quod ad manus jam non est. Meminit quidem HOTTINGERUS in *Bibliothecar. p.* 550. editionis antiquioris cujusdam, anno 1449. curatæ, sed ex male intellecto annorum numero Augustanæ cuidam

ficina prodiit, præstantia vero illud longe superat, daremus notitiam, particulam quandam ad sacram literariæ historiæ in patria partem collaturi.

§. 2. Ha-

---

dam pervetustæ editioni minio una cum insignibus forte Justianis vel Schoiferianis appicto, quam editionem Bibliotheca Augustana servat, errorem hunc ortum esse docuit GEORG. FRID. MAGNUS, Gymnasii olim Rector & Bibliothecarius in diss. *de antiquis quibusdam Bibliorum editionibus Augustanis*, unde merito miror, Venerabilem Virum ad Hottingerum provocavisse, cum satis certum sit, illo anno nondum e manibus primorum inventorum dilapsam fuisse artem multis modis primo occultatam. Male vero BEUGHEM *l. c,* ex 1449. facit 1494. non solum enim annus 1449. in citata editione satis clare expressus est, sed ex charactere, inscriptione, reliquisque libri circumstantiis, cum alia editione, quæ Aug. Vindel. 1477. prodiit, collatis, patet, circa annum 1470. seqq. eam in dias luminis auras prodiisse. Mos enim erat initio typographiæ, pauca tantum librorum excudere exemplaria, editionem vero post paucos annos repetere. Inscriptionem vero utrumque exemplar in fine habet fere eandem his verbis: *Diss durchlauchtigost Werck der ganzen Heiligen Geschrifft genandt die Bibel fur all ander vor gedruckt teutsch biblen lauterer, klerer und wahrer nach rechtem gemeinem Teutsch dann vorgedrucket, In der Hochwürdigen Keyserlichen statt Augspurg, der edeln Teutschen Nacion nit die minst, sonder mit den negsten eben gleich genennet. Zu gantzem ende gedrucket. Vm wölich vollbringung sei lob glori und ere. Der hochen heyligen trivaltigkeit. und einigen wesen dem Vatter, und*

§. 2.

Habet vero hunc liber *(d)* titulum & inscriptionem *Der Psalter des Kinigs vnd Propheten Davids, ain summari vnd kurzer begryff aller hailigen Geschrift durch Otmaren Nacht-*

und dem Sun vnd dem heyligen Geyst. Der do lebt vnd regieret Got ewiglichen, Amen 1477. Præter illas editiones aliam recenset Ven. FABRICIUS *l. c.* ex LE LONGII *Biblioth. s. p. 186. ed. Lips.* anni 1494. sed ex Beughemio eam haustam esse, qui sola ista, quam indicavimus conjectura ductus, hanc editionem nominavit, facile crediderim; nullibi enim ista editio comparet. Addendæ his editiones *anni 1507. 1518. Novi Test. ex versione B. Lutheri 1524. Vet. Test. 1527.* & ex eo tempore complures. Prima *librorum V. & N. collectio* ex versione *Lutheri* facta *Augustæ 1535.* quæ enim 1534. ab *Heinricho Stayner* typis impressa est, prima quidem parte Lutheri versionem exhibet, altera vero Prophetarum habet, ad Tigurinæ, quæ per Leonem Judæ, Bibliandrum, Bullingerum aliosque Helveticos ministros confecta est, normam exactam, ut ex collatione utriusque a nobis instituta deprehendimus. De peculiarium librorum sacrorum editionibus augustanis nihil jam dicimus, alias aliud adhuc *Psalterium anno 1524. editum*, cujus notitiam nobis fecere amicæ Cl. Schelhornii literæ, itemque *versio Prophetarum* a LUDOVICO HEZERO confecta, & *Augustæ* tum 1527. fol. tum 1528. *in 12ma forma*, quæ ad manus est typis expressa hic locum invenirent.

(*d*) Ex Bibliotheca celeberrimi Polyhistoris HIERON. WOLFII qui tergo libri titulum sua manu inscripsit

Nachtgallen Doctorem, von Grund, aus den lxx vnd Hebreischer Sprach art vnd Aygenschafft zu verstendigem vnd klarem hochteutschen gebracht dergeleychen vor nie gesehen, sambt ayns yeden psalmen kurtzen innhalt vnd begryff vnd puncten, wie man die verstön sol. Vnd wie sie den Menschen zu einem Christlichen leben weysen, Got zu lob vnd Eer. Mit Kaiserlichem privilegio vnd freyheit auf sechs jar. Qui titulus tum de auctore tum de ipsa versione ejusque editione quædam dicendi occasionem subministrat.

§. 3.

Auctor se vocat, *Otmarum Nachtigall*; quis ille fuerit, altum apud eos, qui hisce rebus indagandis insudarunt, est silentium. Conservavit tamen aliquam ejus memoriam tum ipse, in præfatione libri cujusdam a se editi *(e)*, tum celeberrimus Augustano-

scripsit, post varias latebras tandem nostræ supellectili librariæ accessit.

(*e*) Asservatur ille in Bibl. Aug. vid. EHINGER. *Cat. p. 611.* REISERI *p. 143.* Titulus est: *Græce & Latine. Moralia quædem instituta ex variis authoribus. Cato noster, Maximo Planude interprete. Aurea Carmina Pythagoræ. Phocylidis poëma exhortatorium. Senarii*

gustanorum Medicus & Historiographus ACHILLES PIRMINIUS GASSARUS in *Anna-*

Senarii morales diversorum Poëtarum. Cebetis tabula. Sententiæ morales multorum virorum illustrium. Excusus liber est, ut in fine habetur, *Augustæ Vindel. per Simpertum Ruff, expensis D. Sigismundi Grim, mense Decembri reparatæ salutis anno* 1523. 8. In præfatione, quam *Rev. in Christo patri & Dn. Joanni dicto Schrot, monasterii divorum Vdalrici & Afræ Augustensis abbati* inscripsit, Auctor, qui se *Luscinium*, more illi tempore proprio nominat, de optimo scriptorum & studiorum genere disserit, & rejecta istius ætatis philosophia, quæ multum disputando nihil ad vitæ emendationem confert, moralem philosophiæ partem, quæ a philosophis Græcis expressa est, commendat. Egregie certe & graphice in scholasticæ philosophiæ barbariem insurgit quando ita: *Si quis temperate victu utatur* τῷ καλῷ χυμῷ, *id est, boni succi, consentaneum est, illum vitam inoffensa valetudine vivere, alioquin morbo laboraturum, si pestiferis utatur. Ad hunc modum, ut longo experimento didicimus, tales cujusque mores evadunt, quales quotidiana efficiunt studia. Alius philosophicum induit supercilium, alius dialecticas rixas molesta quadam morositate sectatur, est qui in inexplicabilibus, numerorum sese labyrinthis implicat; hic terram metitur, ille pelagus, & quod magis mireris, quidam astrorum magnitudinem. Præclara sunt hæc nimirum bonæ indolis argumenta, quis nesciat? Verum quo pacto his rationibus in bonos viros proficiamus, egò non video, cum tamen id unicum debeat esse in votis, & eo referri ceu in scopum omnia studia, ejusque solius causa sudor ille literarius visus fuerit tolerandus, longaque tædia negligenda.* Quæ certe sobrie dicta sunt, animumque vero philosophiæ fine & scopo imbutum indicant.

Annalibus Augsburgensibus, qui *manuscripti* servantur (*f*). Hisce ex fontibus discimus, fuisse illum patria Argentinensem (*g*) Augustamque in cœnobium Benedictinorum, quod Sanctis Vdalrico & Afræ sacrum est, & in quo tunc temporis Abbates Leonhardus Wurstlinus & Joannes Schrot literariam suis inquilinis scholam erexerant, ad bonarum, imprimis Græcarum literarum professionem fuisse vocatum & commoratum ibi quoque (*h*). Ex ingenii vero, quos emisit, foetibus patet, fuisse virum Hebraice & imprimis Græce doctissimum, qui excusso ignorantiæ & barbariei, quod hucusque cervices presserat jugo, sacros fontes ipse scrutatus est (*i*), & exortam tum per B. Lutherum veritatis auroram apertis oculis

(*f*) Ad *Ann.* 1505. *seqq.*

(*g*) Ita ipse se nominat in *præfat. dicti libri.*

(*h*) Vid. GASSAR. *l. c.* qui his verbis hujus rei meminit: *Allusit idem Leonhardus Wurffling pro monachis suis bonarum literarum, & præcipue Græcæ linguæ lectorem Otmarum Luscinium Argentoratensem.* Ipse vero noster in *præfat. dicti libelli* Joannem Abbatem vocat *virtutis & literarum præcipuum columen*, & in fine præf. *Ex literaria officina R. P. J.*

(*i*) Ita enim in præfatione Psalterio nostro præmissa: *Hierauf so ich in nächstverschyner zeyt den Psalter des Künigs vnd Propheten Davids nit one grosse Müe ausKricischer sprach der lxx außleger vnd der ArtHebreischer*

oculis conspexit, puritatemque doctrinæ paulatim restituendæ amplexus est, licet secessu nondum a sede Romana facto: id quod ex notis, quas ad Psalterium nostrum fecit, satis & luculenter apparet (*k*) Vocatum vero ad munus concionatoris in æde collegiata, quæ S. Mauritio Augustæ sacra est, a Raymundo & Antonio fratribus

---

scher zungen (dann der Lateinisch Text zumal zerstört ist, vnd vnverständig) in vnser hochteutsch gebracht &c. Et in *præf.* *laudati* antea *libri*: *Hanc philosophiam unde boni fabricantur viri a Græcis quibusdam non segniter olim tractatam adjecta Tralatione Latina studiosis linguæ Græcæ edidimus.*

(*k*) Ut paucis fidem faciamus, en ex multis quædam: ad Psal. V, 5. *Die ir Gerechtigkayt auffrichten, seind der göttlichen gerechtigkayt nit vndertænig, darum ist not, das vns Got hierinn leere.* Psf. I, 2. 3. *Das Gesaz Gottes am ersten ist sein wil vnd begeren gegen vns darinnen er gefallen hat vnd dieweil das, so in dem alten gesatz gebotten; vil ist, schwer vnd vnmöglich zu volbringen, hat vns Got ain werck fürgehalten fur die all, das wir glauben in Jesum Christum seinen Gesandten Johan. 6. durch welchen glauben wir allain mugen rechtfertig gemacht werden Rom. 3. Dyser glaub halt innen das ain mensch weder Vater, Mutter, weyb, Kind, tod leben, reychthumb, armut, gewalt, hoch ansehen verachtung, und in der gemayn nichts anseh, sonder alles gut in Christo, seinem wort vnd zusag, wie in dem rechten brunnen suche, sich allain in kunftiger glori erfreu, alle zeitliche hab, also brauch, als ob ers nit het, vnd alles gemuet allain zu Got richt, aus diesem*

bus Fuggeris, qui ejus templi patroni sunt, Psalterii nostri dedicatio innuere videtur (*l*). Plura de eo non constant.

§. 4. Edi-

sem ersten folgt das ander, das er gepflanzt würt, wie ain baum zu den lebendigen wassern, die in erfeuchten werden, das seynd des hayligen geistes gaben. Vnd bleibt dazu auch das dritt nit auss, die frucht zu seiner zeyt, dann der also gesit ist mit dem glauben, vnd den hayligen gayst zu einem lerer bey im hat, würt one zweyfel nichts anders handlen, dan was zu der er Gottes dient, seinen nechsten, dem es not ist, was er vermag mittaylen, dann im an dem mer gelegen, dardurch Got gelobet wurt, dann an dem zeytlichen gut, vnnd erzelt sant Paulus die frucht so von aingebung des hayligen Gaysts wachsend Gal. 5. Es ist liebe, freud, fryd, gedult &c. Aus dem allem volgt, das der recht glaub nit ain schlechts werck ist, das er auch nit müssig stet, sonder durch die werck bewert man den glauben, wie man durch die frucht des baums gütte, als der herr spricht auss den fruchten werdet irs erkennen, Matth. 7. Paria habet, licet brevius ad alia Psalmorum loca ad Ps. V, 5. ad verba *Erthalt mich um deiner barmherzigkayt willen: Darum wirt vns geholfen, vnd nit um der werck willen, die hernach volgen, &c.* Conf. ad Ps. XXII, 31. XV, 1. XXIV. ult. Psal. XXXVIII. ubi in argumento Psalmi: *Es ist billich das wir alle säligkayt in sein erlösung, vnd nit in vnsere gutten werck sezen;* ad Ps. L. addit: *Hie sicht man das in unser natur nichts guts ist, darum ist not, das Got von newen erschöpf.* Paria ubique fere, imprimis ad ea loca habet, ubi meritum Christi, eaque nixa divina misericordia extolluntur, ubi egregia multa monet. Sed his hac quidem vice non immoramur, alio forte tempore plura daturi.

(*l*) Inscripsit enim, singulari benevolentia & beneficiis ductus nobili huic fratrum pari præsentem librum.

§. 4.
Editionem libri in se recepit Sigismun-

brum. Instituto enim de Musices præstantia & effectu sermone, laudatos fratres multis encomiis extollit, quod magnos in istam artem sumtus fecerint, præcipue in extruendis organis musicis artificiosissimis, quodque veram opere quoque pietatem testati fuerint*, ædificando miseris lue Gallica aliisque morbis insanabilibus affectis ædes commodissimas, & multis ædificiis quoque pro pauperioribus sed bonæ frugis civibus extructis, quæ hodie quoque *die Fuggerey* vocantur, & pristinum illustrissimi stemmatis institutum apud Augustanos servant, de quo præter alios Cel. Jo. FABRIC. *Amœnitat. Theolog. pag. 717.* Videndus, ubi quoque inscriptio A. 1519. loco suffixa legere est. Horum Virorum in se beneficia & merita multis laudibus effert, atque in deprædicando hoc libro & versionis in honorem Dei & incrementum orthodoxæ fidei inque Deum fiduciæ, & multiplicationem quoque lætitiæ spiritualis, promovendæque inter Christianos concordiæ susceptæ scopo exponendo totus est. Jam vero cum constet, laudatissimos istos ædis S. Mauritii patronos eo elaborasse, ut viros eruditione & pietate insignes in ea concionatores haberent, similem de Luscinio nostro conjecturam, (nihil enim hic certi afferui potest,) fecimus. Notabile enim ejus rei exemplum scriptum nobis reliquit GASSARUS *ann. Augsburg l. c.* cujus verba digna omnino sunt, quæ hic legantur. *Cœpit & inquit, D. Jo. Speiserus parochus & Ecclesiastes ad Mauritii verbum Dei syncerius prædicare, tanto plebis cum concursu, ut publica scorta ad ejus conciones conversa, relicto prostibulo, quod ad Mœnia Geggingensis portæ situm erat, partim honeste nupserint,*

mundus Grimm Zwickavienſis (*m*), Auguſtanus civis, Medicinæ Doctor vir & ipſe melioribus literis tinctus, & ſuis ſumtibus bonorum librorum editioni obſtetricans (*n*). Plures enim melioris notæ codices imprimis puriorem doctrinam complexi ejus ſumtibus publici juris facti ſunt (*o*). Unde & in fine ſymbolum ejus ſignumque adje-

---

partim alio præ pudore dilapſæ ſint. Verum momentaneus ille mercenarius malo ſpiritu retractus, ad traditionum humanarum vomitum rediit, ac ad extremum omnino in fide deſperaſſe furioſo fine fertur.

(*m*) Ita enim habet ſubſcriptio in fine: *Gedruckt zu Augſpurg durch Simpert Rüffen Got zu lob vnd Eer. In Koſten vnd Verlegung Doctor Sigmunds Grymm. Im Augſtmond Anno &c. XXIV.* Eadem eſt ſubſcriptio ſentent. moralium Noſtri.

(*n*) Hujus luculentum teſtimonium dedit noſter in *præf. ſentent. moral. Græc. Equidem*, ait, *Chriſto O. M. duce, Clariſſimus Vir Sigismundus Grimmius, Auguſtenſis medicus ita induxit in animum, ut nullis unquam parcere velit impendiis, dum in hac re bonorum commodet ſtudiis, idque ſedulo præſtare, ne aliorum opera in pari conatu ſuperetur.*

(*o*) Quo pertinet & *Pſalterium Ammanni*, vid. CL. A SEELEN *l. c. p. 747.* & aliquot ipſi libros ex ejus officina prodeuntes vidimus. Non poſſumus vero non ea huc tranſcribere, quæ celeberrimus Altdorfienſium Theologus GEORG. GUSTAVUS ZELTNERUS olim ad nos de hoc argumento perſcripſit. Ita vero Vir ſuo jure ſummus: *Sigismundi Grymmii induſtria ſub initium repurgatæ Eccleſiæ maxima*

adjectum eſt, addita inſcriptione trilingui (*p*).

§. 5.

Viſa externa hujus verſionis libri Pſalmorum facie, tempus eſt, interiorem quoque ejus faciem & conditionem inſpiciendi.

ma fuit, librique ejus cura prodiere multi, quorum in Vita Ulr. Hutteni Burkardus, & in Boſebenſteinii occaſione Cantici: Da Jeſus an dem Creutze ſtund, ſatis deſcribendis B. Serpilius hinc inde meminere, quosdam & ipſe vidi meisque bis manibus tractavi. Digni plerique ſunt, quorum præfationes excutiantur diligentiſſime, utpote quæ rerum iſthoc tempore in Republ. & Eccleſia geſtarum rationes mirum in modum dilucidare poſſunt. Socium in operis typographicis domi ſuæ promovendis habuit Marcum Wuſungum &c. Fuit vero iſte Sigismundus Grimmius Zwickavienſis, Medicinæ Doctor apud Auguſtanos, uxor vero Magdalena Welſerin ex illuſtri & antiqua Welſerorum proſapia, propriumque, ut in libro quodam mſc. annotatum reperimus, habuit pharmacopoleum & Typographiam. Chymicis operationibus vero ſua inſumſit, non ſine adverſitatibus. Dedicavit ei Jo. Aubanus Teutonicus Bohemus librum *de moribus omnium gentium* conf. CAR. STENGEL. *Comm. rer. Aug. P. II. c. 62. p. 251.*

(*p*) Eſt id: *Monſtrorum profligator Hercules, tricipitem canem interimens, additis ad latera bis lemmatibus:* ה׳ לי לא אירא מה־יעשה לי אדם, ex *Pſal. CXVIII. 6.* ad dextram; τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα Θεὸς προπάροιθεν ἔθηκεν, ad ſiniſtram; Infra vero: *Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito.* Idem ſymbolum ſententiæque moralibus quoque ſententiis noſtri ex eadem officina prodeuntibus ſuffixum eſt.

Hic vero cum ſe varia oſtendant pluraque obſervatione non indigna, quam quæ brevis hæcce ſcriptiuncula capere queat, pauca tantum eaque ſelecta adducimus verſionis a Luſcinio ſuſceptæ ſpecimina, ut cum aliis, imprimis B. Lutheri translationibus poſſint comparari, & ex iſtis de toto libro fieri judicium.

Pſalmo I.

1. *Selig iſt der Man, ſo ſeinen wandel nit gehabt hat in dem rath der verachter Gottes, darzu auf dem Weg der Sünder nit geſtanden iſt, vnd in dem ſtul der ſchanden nit geſeſſen* (q).

Pſ. II.

(q) Ut mens divini Auctoris eo magis conſtet, adjecit Noſter notas primo quidem pſalmo uberiores, reliquis breviores, ex quibus pauca quoque delibaſſe ex re noſtra erit. Ita vero ad h. l. *Dem wer noch wol zu helfen, der den Rat der Unglaubigen het angenomen, vnd wer ſchon in iren Weg getretten durch die That, wann er nur noch die forcht Gottes het, vnd erkennet, das es vnrecht wer, ſo er aber nyderſizt, vnd gefelt im ſelbs wol darynnen, acht es auch fur kain Sünd, ſonder kan im ſelbs recht geben, vnd entſchuldigung ſuchen in der Ausred über die ſünden &c. mit einem ſölichen iſt es geſchehen, dann er hat die peſtilenz am hals, die in ſelbs verderben würt, und dartzü auch ander vergifften, dann wir ſehen, das in diſer Welt ergernis groſſen ſchaden that, ſo ainer auf den andern ſündet vnd ſpricht, das thun die gevvaltigen, gelerten*

Pſalm. II.

6. *Aber ich bin von im zu ainem Künig geſezt über Sion ſeinen hayligen berg, daſs ich ſeyn gebot predige (r).*

7. *Der Herr hat zu mir geſprochen, du biſt mein ſon, heut hab ich dich geboren.*

12. *Erwiſchend ſein leer, damit der Herr nit erzurne, vnd ir von dem gerechten weg irr geet (s).*

lerten vnd hochverſtändigen, es iſt mir auch recht, vnd bedenkend nit, wie du hie lieſeſt, das man alle ding nach dem Geſaz Gottes ſol handlen, dann menſchen ſeind menſchen, wie gelert vnd gewaltig die ſeind. Darum hab ich diſe Mainung mit dem ſtul der ſchanden wollen ausdrücken, dabey du verſtandeſt, das durch ain ſchändlich verruechts leben ſollicher Unrat erwachs. Der Kriechiſch Text der lxx hat λοιμῶν, *das iſt, manniger peſtilenz, vnd der hebreiſch der verſpotter &c.*

(r) Secutus Noſter τοῦς ὁ accentuationem Ebræam inſuper habuit, ut ſæpius. Verba vero hæc non de generatione filii æterna, quam interpretationem hic coactam nominat, ſed de reſurrectione Chriſti in notis explicat.

(s) Δράξασθε, *iſt beſſer im Teutſchen zu reden, dann im Latein, vnd iſt geredt vmb der kürze willen vnſers lebens, das vns taglich entlaufft, darum ſehe ain yeder zu, das er ſich nit verſaum, das iſt erwiſchen.* Exemplum emphaſeos ex verſione quæſitæ, de qua ne gry quidem in textu originali.

Psalm. III.

1. *Ain Psalm dem (t) David, da er flohe vor dem Angesicht seins Sons Absolon.*

2. *Herr wie haben sich die gemeret, die mich betrubend, ir seind vil die mich überfallen.*

Psalm. IV.

1. *Zum End (u), in manigfaltigem lobgesang ain Psalm dem David.*

Psalm. VI.

7. *Ich hab gearbaytet in meinem seufzen, mein bedt würd ich alle tag wæschen mit meinen zahern, mein Gelyges würd ich gantz erfeuchten.*

8. *Mein Aug hat sich von vnmut entricht, darzu bin ich alt worden vnder allen meinen Feinden.*

Psal.

(*t*) Rationem, cur verterit Auctor, *dem David*, & non *des Davids*, hanc addit: *Weil dabey zuversteen, das sie von Got geoffenbaret seind vvorden, dem die eer geben vvürt, als dem rechten mayster, vvievvol sie David gemacht hat, seind sie im ye doch von oben herab kommen.* Verum Ebræorum S. Genitivum, auctoris imprimis vel possessoris notare, quis est, qui ignoret? vid. GLASS. *Ph. S. l. IV. tr. I. pag.* 1182. S. Rev. DANZ. *Interpret. c. IV.* §. 151. *p.* 202.

(*u*) Hæc ad mentem τῶν ὁ expressa cum Ebræo ita conciliat Luscinius, ut dicat, ita excitari fideles ad prælium conficiendum victoriamque in fine reportandam: in Ebræo enim dici, victori. למנצח. Vox variis

Psalm. VII.

15. *Nembt war, im ist wee worden zu der bossbayt, er hat empfangen müe und Arbayt, darzu geborn das ubel.*

Psalm. VIII.

1. *Zum End fur die Weintretten (x).*

Psal. X.

14. *Du siehst es aber dieweyl du söllcher arbayt und unwillens warnimmst, also das du in dir selbst in die hend gibst.*

Psal. XI.

2. *Dann nymm war, die sünder haben den bogen aufgespannen, und die Pfeil verordnet in den Köcher, dass sye schiessen, in der dunckle des Mons (y) die so ains rechten herrens seind.*

variis interpretum sententiis vexata. Vulgatus Græcos sequitur, Tigurini, *ein ermanlich gesang*, Vatablus: *præfecto citharœdorum peritissimo*, Lutherus, *vorzusingen*, alii aliter; Sollicitatori dicas, cantusque ἐργοδιώκτῃ, vid. quæ erudite notat JO. FORSTERUS *Lex Ebr. p.* 587. SCHINDLER *Lex Pent. pag.* 1151. & post eos Lexicographi & Commentatores alii.

(x) Torcular, a tretten.

(y) Hæc ita explicat Luscinius: *Si nemen inen etwa ain schein der Gerechtigkayt für, damit sie fug haben, die warhayt unter zu drucken, es ist aber alles finster, die warhayt ist klar und lautter, bedarf söllcher fünd nit.* In Ebræo nihil de luna, & Græcorum quo-

Pſal. XII.

9. *Die Verachter Gotes gænd vmb zu ringweyſs, du haſt die ſun der Menſchen in deiner Pflicht gehabt, alſo daſs ſie in aller maſs, wie du erhöcht ſeind wordenn (z).*

Pſal. XVI.

6. *Die Schnyer (a) ſeind mir gefallen in den meinen allerbeſten, vnd warlich iſt mir mein erb das allerbeſt.*

Pſal. XVII.

20. *Mein feind haben mein ſeel vmbſeſſen,*

ir

---

quoque vox σκοτομήνη, quam expreſſiſſe vult Auctor, nihil aliud niſi noctem illunem, adeoque craſſam caliginem notat, quam inſidiatores eligunt ne detegantur. Fruſtra itaque eſt Auctor hac obſervatione.

(z) Hæc ita explicat: *Got hat geſtattet, das die Verachter Gottes ſeynd in ſöllichen Eren hie gehalten vvorden, als ob ſie vvarlich Gott vværen.* Græci, quos noſter ſequitur: Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι, κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Vox πολυωρία varie jam veteribus accepta. Theodoretus: ὕψος μὲν τὴν δύναμιν λέγει, πολυωρίαν δὲ τὴν πολυχρονιότητα· ἵνα ᾖ τὸ λεγόμενον τοιοῦτο· διὰ τῆς σῆς ἰσχύος πολυχρονιότητα, καὶ αἰώνιον ζωὴν ἡμῖν δέδωκας, μετὰ γὰρ τὴν σωτήριον ἀνάστασιν εἰς ἀπεράντους αἰῶνας τὰ τῆς ζωῆς ἡμῖν ἐκτείνεται· ἄλλος, ἐπολυώρησας, πολλῆς φροντίδος ἠξίωσας. Multa hic dicta, de quibus nihil in Ebræo textu, qui propter conciſam brevitatem aliquantum obſcurus eſt. B. Lutherus noſter παραφράζει.

(a) Addit in notis: *Mit den ſchnyeren hat man vorzeyten die felder auſsgemeſſen vnd getheilt.* Ita & Lutherus Joſ. XVII. 5. 14. Deut. XXXII. 9.

ir schmer (b) verschlossen, ir mund hat geredt übermut.

Psal. XVIII.

9. *Est ist ain Rauch aufgangen in seinem zorn, und das feur würt sich vor seinem angesicht entzünden die kolen haben von im anheben zu brynnen.*

10. *Und er hat die Hymel hinab gebogen, und ist abgestygen, auch ist die dunckle unter seinen füssen.*

11. *Er ist dazu gesessen auf die Cherubim (c), und geflogen, er ist geflogen auf den federn der winde.*

Psal. XXI.

13. *Du vvirst sie dazu bringen, das sie dir den rucken bieten, und ir angesicht verordnen zu den verlassnen (d).*

(b) *Sie vermaynten ain faysste heut an mir zu haben.*

(c) *Zu hebraischer sprach ist Cherub ain Vogel, und ist die Mainung, Got ist geschvvebt in den Lüfften, also dass er auch auf den Voglen geritten ist.*

(d) *Die verlassnen seind, die Got nit zu im nymmbt, das ist, die verdammbten, und ist das der syn, die verachter und durchaechter Gottes vverden im den rucken bieten, so er sie jagen vvürt, und vor augen haben die hell, darein sie musten zu den verdambten, das inen fast peinlich vvürt sein.* Hic a Græcis quoque abit, qui

Pſal. XXII.

14. *Si hond gegen mir aufgethon iren mund vvie ain zukender vnd lüihender levv.*

Pſal. XXIV.

2. *Er hat es auf das Meer, vvie auf ſeine gundfeſte geſetzt, vnd auf die flieſſende vvaſſer nidergeriſtet.*

Pſal. XXXII.

9. *Ir ſolt nit vverden vvie das Pferd vnd der Mauleſel, die kainen Verſtand haben. Mit dem gellbiſs vnd dem zaum ſollſtu ire backen nöten, die ſich zu dir nit nahnen.*

Pſal. XXXV.

20. *Dann ſie redtend vvol frydſame Ding mit mir aber haymlich haben ſie liſt erdacht* (*e*).

Pſal. XL.

5. *Salig iſt der Man, des aynige hofnung iſt der nam Gottes, vnd hat nit geacht der*

qui una cum Aquila aliisque videndi apud LAMB. BOS. *ad h. l. p.* 735.

(*e*) Obſervat hic: ἐν' ὀργῇ, *der das groſs Etymologicon hat gemacht zaygt vrſach an, vvarumb man hier nit zorn ſoll leſen, ſonder haymlich, vnd bedunckt mich auch, es laut alſo haſs, vergleycht ſich auch dazu mer mit dem hebreiſchen*, vid. BOS. *ad h. l.*

der vnfruchtbaren œden ding (f) auch nit der synnlosen vnvvarhayt.

7. Lebendige vnd ander opfer hastu nit begert, sonder den leyb mir verordnet vnd zuberayt. (g).

Psal. XLII.

9. Bey tag hat der herr sein erbermd gebotten, vnd bey der nacht dieselb erzaygt (h).

Psal. XLV.

4. Gürt din schvverd auf die schamb, du gevvaltiger (i). Psal.

(f) *Die ausserhalb des glaubens seynd. Rom. 14.*

(g) His hunc sensum esse putat: *Die Opffer seind ein schatt vnd bedeutung gevvesen in dem alten gesaz, darum so der leyb, der den schatten macht, das ist die vvarhayt kommen ist, bedürffen vvir des schatten nit mer. Rom. X. Es. I.* Alii hæc de humana natura assumta intelligunt, nihil de obedientia per aurem servi perforatam indicata dici contendentes, vid. FR. JUN. *parall. p. 1605.* AL. MORUS *ad h. l.* THEOD. AKERSLOOT *ad Ebr. X. 6. p. 761.* PH. A LIMBORCH *ad Ebr. l. c. pag. 657.* qui tamen suæ parti servit, conf. quæ ex Græcis adducit L. BOS. *ad h. l. p. 747.*

(h) Subjicit Noster: *Die alten haben all* ἐπίλωσιν, *vnd nit* αὐτὸ αὐτῷ *gelesen, nemlich Arnobius vnd Augustinus, vnd ist der best synn meines bedunckens &c.* Posterior lectio est Codicis Alex. & Editt. Complut. & Aldin. prior. Cod. Romani, quorumdam Patrum, Psalt. vet. & Aethiop.

(i) *Wird Mensch geboren vnd gib damit zuversteen die krafft deines Worts.* Conf. JAC. LYDIUS *de re milit. l. III. c. 8. p. 205.*

Psal. XLVIII.

15. *Er vvurt vns vvaydnen vvie ain birt in seinem regiment imer vnd evvigklich* (*k*).

§. 6.

Hæc sunt, quæ ex multis, quæ in hac Psalmorum versione memoranda occurrunt, excerpenda nobis visa sunt, ut de ea aliquod daremus exemplum atque specimen. Non vulgarem vero ea produnt Græcæ linguæ cognitionem & eruditionem pro isto-rum temporum conditione minime spernendam, animum præsertim puritate doctrinæ sacræ mature, & sub ipsis fere repurgatæ Ecclesiæ auspiciis imbutum, quia vero auctor Græcos interpretes duces sibi constituit, mirum non est, eum ab Ebræi textus veritate interdum recedere. Ceterum quam benignis radiis sub ipsam redeuntis Evangelii auroram Augustam illustraverit (*l*), & suscipiendæ ibi quoque refor-

(*k*) In Ebræo dicitur על־מות, quæ vox varias interpretationes passa est, vid. PAUL. SLEVOGT. *Diss. Acad. p. 1488. sqq.* Græci ad puncta non attenderunt legentes עולמות, εἰς τοὺς αἰῶνας quos sequitur Noster, more suo.

(*l*) Mature, immo, si dicendum quod res est, ante initia reformationis a B. Luthero susceptæ variæ veritatis scintillæ e tenebris Pontificiis eluxere Augu-stæ,

reformationis fundamenta iſtis laboribus poſuerit divina gratia, novum ex hoc libro grato erga divinam benevolentiam animo capimus argumentum.

ſtæ, ingruentem diem annunciaturæ. Ita in libello, cui titulus: *Spigel der krancken vnd ſterbenden Menſchen, Aug. Vind.* 1498. edito ita ægrotus compellari jubetur: *Seze allen deinen Troſt in den Tode Criſti, vnnd bevilhe dich im gantz, vnd ob dir furgehalten vvirt dein Verdampnuſs, ſo beſchirme allein durch den Tode Criſti des herren, vnd hab gantzen vvillen, dich zuvereinen mit ſeinem vvillen vnd ganz hoffen, er vverde dich beylvvertigmachen ſeiner bittern marter vnd das du allein durch ſein verdienen ſalig vvirſt* &c. *cap. X.* vero S. Scripturæ lectio admodum commendatur, *c. XII.* magnæ barbariei, quæ iſta tempora preſſit cauſa indicatur inſcitia concionatorum & inopia virorum doctorum. Paria vero ex alio libro *Auguſtæ* 1488. ſub titulo: *Spiegel des menſchlichen lebens*, edito adducere poſſemus, ubi graphice in vitia Cleri Pontificii, rapinas, adulteria, impoſturas, impietatem, quæque reliqua ſunt, inſurgit Auctor, ſed id jam ageremus, nec id eſſet vagari extra oleas. Sarcinulas igitur colligimus & ſcriptiunculæ huic imponimus

F I N E M.



V. DE

V.

DE EJUSDEM LUSCINII LATINA PSALTERII VERSIONE,

Æque rara, aliisque ſcriptis Commentatiuncula.

§. I.

QUum aliquo abhinc tempore *Memorias* præclariſſimorum olim apud Romanos ingeniorum *obſcuras* (*a*), quas e latebris ſuis laudabili inſtituto eruit & renovavit Chriſtianus Falſterus, Cimbriæ ſuæ decus, avidis perluſtrarem oculis, indignatum me haud mediocriter fuiſſe fateor partim temporum iniquitati, quæ tot nobis eximia & immortalitate digna crudeliter eripuit monumenta, obliterata ſimul fere præſtantiſſimorum auctorum memoria, partim Romanorum incuriæ, qua factum eſt ut tot viri præcellentes, ſeræ etiam poſteritatis venerationem jure ſuo promeriti, oblivioni adeo ſint traditi, ut nunc eorum vix

(*a*) Quæ Hamburgi A. 1722. in 8. prodierunt.

vix ſuperſint nomina. Inſimul vero ea mentem ſubiit cogitatio, iisdem prope fatis non paucos recentioris ævi eruditos fuiſſe uſos, quorum, dum viverent, nomina etſi decantata & memoratiſſima fuerint, nunc obſcurata ac atra fere nocte tecta ſunt; ſcripta autem, multis vigiliis ac improbo labore quondam parata, neglecta jam ac hominum oculis tantum non ſubducta in ſitu & ſqualore jacent, blattisque ac tineis in ſapidiſſimam eſcam cedunt. Operam igitur ſuam non inutiliter locare mihi videbantur, qui, quantum in ipſis eſt, memoriam iſtiusmodi virorum obnubilatam luci reſtituere, atque ab oblivione vendicare, & ſcriptorum minus obviorum notitiam aliquam dare ſatagunt. Id vero officii quum Luſcinio, cujus memoria pene expirarit, in præcedenti egregia exercitatione Clariſſimus atque Chariſſimus Bruckerus meus præſtiterit, ut non ea ſolum, quæ de ipſo indagare poterat, pauca licet, traderet, ſed & rariſſimum ejus Pſalterium Germanicum recenſeret, adſperſis variis optimæ frugis obſervationibus, operæ pretium, meo quidem judicio, omnino feciſſe cenſendus eſt.

§. 2.

§. 2.

Ejus igitur ſtudio excitatus & ego, alia Luſcinii ſcripta, quæ ad manus habeo, enarrare animum induxi, ea cumprimis, quibus Davidis Pſalterium Latino idiomate illuſtrare conatus eſt. Eodem enim anno & menſe, quo Germanicam Libri Pſalmorum translationem publicæ luci expoſuit, Latina quoque orbem donavit, itidem Auguſtæ Vindelicorum ſumtibus D. Sigism. Grimm, & typis Symperti Ruff in octavi ordinis forma excuſa, h. t. *Pſalterium Davidis Regis & Prophetæ, ea qua potuit fieri cura & diligentia e Græco & Hebraicis dialectis ab Ottomaro Luſcinio Argentino Latinitati redditum.* Dedicatio Chriſtophoro Epiſcopo Auguſtano inſcripta eſt. Pſalterio autem præmiſſa ſunt duo opuſcula, quorum integros titulos heic accipe: 1.) *Allegoriæ Pſalmorum Davidis Prophetæ, ſecundum litterarum ordinem ab Ottomaro Luſcinio Argentino ſumma ſcripturarum fide tractatæ.* 2. *Plectra in ſingulos Pſalmos, quos rei totius ſummam ſive argumentum appelles licebit: eodem Authore. Scrupi Pſalterii vulgatæ editionis, qui lectorem a germana intelligentia remorantur: ab eodem Ottmaro Luſcinio*

scinio indicati: & difficultas lectionum explicita, apud inclytam Germaniæ Augustam. M. D. XXIV. In Allegoriarum Dedicatione ad Wolphgangum Ræmum ab Khoetz, J. U. Doctorem & Sueviæ Triumvirum ita de instituto suo disserit auctor: *Horum ego sequutus exemplum, cum abhinc menses aliquot hortatu venerandi Patris & Domini D. Joannis dicti Schrot, Abbatis Monasterii SS. Udalrici & Afræ Augustens. Psalterium Davidis patribus prælegerem, ac veterum lucubrationes excuterem in eam rem idoneas: contigit mihi, ut ob immensam scriptorum varietatem tractus in diversum, coactus tandem fuerim sine cortice, quod dicitur, natare: & collatione scripturæ sacræ meö Marte mihi viam ad intelligentiam literarum sacrarum aperire. Siquidem videbam hoc factum multorum juvari exemplis, nec facile aberraturum, qui viam a multis tentatam fuisset ingressus. Cæterum quando labor aliquanto durior inciderat in pervestigandis allegoriis, & fructus inde proveniret dulcior: visum mihi fuit in literarum ordinem inventa digerere, quo semper essent in promptu: futurum enim auguratur, eum, qui bonas horas in ea re perdiscenda, quæ omnium est difficillima, locasset, in alio sacræ scripturæ*

campo, his angustiis Psalterii superatis, liberius vagaturum. Enodavit autem in hac opella secundum literarum seriem Luscinius metaphoras, in Psalterio obvias.

§. 3.

In altero libello, qui primo annexus est, omnium Psalmorum argumenta exponit, atque suæ versionis rationem reddit, vulgatæ simul errores castigans, in quam in dedicatione ad Joannem Cholerum Augustanum JC. & Præpositum Curiensem ita invehitur: *Atqui dictu mirum quanta barbaries, quot verborum portenta, quæ dictionis impuritas, & affectata quodammodo spurcitia in Psalterium illud Latinum vulgatæ editionis majore nescio an incuria, an inscitia irrepserint.* Postea autem non abs re supervacaneam eorum ridet superstitionem, qui in translatione scripturæ sacræ ita mordicus retinent verba, ut omnem turbent sententiam, potissimum in reddendis Hebraismis: quasi ea demum sacra debeat haberi lectio, quæ maxime sit fœda plurimumque confusa, nec præstet penitus silere, quam ita conglomerare verba, ut a nemine intelligantur. Unicum modo notatæ ab eo vulgatæ translationis, idque ex

ipso

ipso libri limine depromtum, dabo specimen. *Non abiit) Interpres quisquis tandem ille fuerit, mox in limine aberravit a via, non modo attingens sententiam, sed etiam delinquens in re grammatica. Siquidem abire in consilium recte dicimus, abire autem in consilio, non item. Quanquam in hac re leвicula condonandum nonnihil arbitrarer hominis ruditati, si oratio parum Latina doctrinam sacram non obscuraret. Quis enim nesciat, omnem sermonem eo magis esse perspicuum, quo magis est aptus ac proprius? Itaque longe evidentius est, quod Felix Pratensis natione Hebraeus legit:* Non ambulavit, *& ut Graecus habet contextus:* οὐκ ἐπορεύθη, *quod idem significat. Indicatur enim his verbis, pios non venisse in deliberationem, qua cum impiis communicarent consilium de peccando. Quando peculiare est iis, quibus ad res aggrediendas non suppetit consilium sursum ac deorsum cursitare, ut non absurde Sallustius Catilinam suum de Rep. subvertenda curiosum; incessu vario usum descripserit. Haec paulo diligentius adnotavimus, quo lector ex hoc primo errato aestimat ea, quae sequuntur, meque non usque adeo temere arbitretur hanc provinciam castigandi Psalterii suscepisse.*

§. 4.

Ipſa autem ejus Latina Pſalterii translatio e Græca potiſſimum verſione petita eſt, adhibitis tamen nonnunquam in conſilium quoad textum Hebraicum Felicis Pratenſis lucubrationibus: cumque illa eodem tempore, quo Germanica, lucem adſpexerit, facile eſt conjectu, utramque omni ex parte inter ſe convenire. E ſpeciminibus igitur, a Doctiſſimo Brukero exhibitis, non difficulter de Latina quoque verſione judicium ferri poteſt. Ne tamen prorſus ἀσύμβολοι recedamus, ſuperpondii loco & nos heic pauca adjiciemus.

Pſalm. LIV. 1. 2.

In finem in carminibus intellectus David cum veniſſent Cyphei & nuntiaſſent Sauli, nonne David abſconditus eſt apud nos.

Pſal. LVI. 1.

In finem pro populo, qui a ſanctis longe factus eſt in tituli inſcriptione ipſi David, cum tenerent eum Allophili in Gath. (b).

Pſal.

(b) Perſpicis inde, ipſum etiam Luſcinium in eo, quod aliis vitio dederat, deliquiſſe, Græcam interpreta-

Psal. LXXIII. 10.

Ideo convertatur populus meus hic; & dies pleni invenientur in eis (c).

Psal. XC. 10.

Quoniam venit super nos mansuetudo, & corripiemur (d).

Psal. CIV. 11. 12.

Potabunt omnes bestiæ agri, expectabunt onagri item, donec sitiant.

In summitate eorundem montium volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt vocem.

V. 16. 17. 18.

Non deerunt ligna campis, & cedri Libano, quas plantavit, illic passeres nidificabunt.

Hh 3 *Ardeolæ*

---

pretationem, in titulis præsertim Psalmorum, κατὰ ῥητὸν reddendo, atque ita sensum obscurando.

(c) Posterioris hemistichii verba in fontibus Hebraicis ita fluunt: מי מלא ימצו למו. Luscinius vero Græcos interpretes secutus est, qui ומי legerunt, & ימצו a מצא derivarunt.

(d) Ita enim LXX. quos expressit noster: ἐπῆλθε πραΰτης ἐφ' ἡμᾶς καὶ παιδευθησόμεθα, sed nullo sensu. Longe aliter Hebræus textus, quem optime expressisse videtur B. Lutherus noster: *Denn es fähret schnell dahin als flögen wir davon.* Quam sententiam etiam tuetur Celeb. Alb. Schulteus in animadversion. Philol. & Criticis ad varia loca Vet. Test. p. 175.

Ardeolæ domus dux eſt eorum, montes excelſi cervis, petra refugium eſt erinaciis.

§. 5.

Nunc reliqua, quæ nobis in promtu ſunt, Luſcinii opera breviter enumerabimus. Anno MDXV. Argentorati in forma quadrifariam complicata typis Joannis Knoblauch Græca & Latina exſcribi curavit Iſocratris paræneſin ad Demonicum, & orationem de gubernando regno ad Nicoclem, quas in præfatiuncula jam pridem e Græco ſe transtuliſſe memorat. Eodem anno ibidem ex officina Joannis Schotti publicavit *Collectanea ſacroſancta, Græce diſcere cupientibus non aſpernanda*, quibus præmiſit *Introductiones*, quas vocat, *elementares Helleniſmi*, Alphabetum tantum Græcum & literarum diſtinctionem tradentes. Exhibentur in eo opuſculo Græco-Latina oratio dominica, ſalutatio angelica, ſymbolum Apoſtolorum, Nicænum item & Athanaſii, Mariæ, Simeonis & Angelorum cantica &c. adnexis ſententiis ſeptem Græciæ ſapientum &c. Collectanea hæc partim alibi jam impreſſa fuiſſe, partim a ſe, dum inter Græcos verſaretur, e fidis exemplaribus exſcripta ait in litteris ad Schottum.

præ-

præfixis, & ex Viridario S. Joannis Argent. datis, e quibus hæc pauca decerpere placet: *A qua* (Argentina scil.) *vitam pariter & rei literariæ primitias olim accepimus. E quorum numero* (Græcæ nimirum linguæ studiosorum, quorum multos Argentinam alere ante dixerat) *fraudare non possum præconio suo hominem cum primariis utriusque linguæ athletis certantem Joannem Ruserum, Thesea meum, qui labori nostro non mediocres suppetias tulit.* Anno autem MDXXIV. Augustæ Vindelicorum ex officina Symp. Ruff in forma octipertita vernaculo sermone edidit Ammonii Alexandrini Harmoniam Evangelicam, h. t. *Dye Evangelisch Histori nach aller Ordnung wie sie ergangen in ain Red gestelt, allen Christlichen Gemyeten nutzlich zu betrachten, und zu ayner Gedächtnuss der Göttlichen Guttat zu machen dienstlich. Von* Ammonio Alexandrino *kriechisch beschrieben, und durch* Othmarum Nachtgal Doctorem *zu Latein und Teutschem gebracht.* Liber hic ab eo dicatus Raymundo Fuggero, literatorum eo tempore Mæcenati, fuit. Præterea Ger. Jo. Vossius (*e*) Lu-

(*e*) In libro de universæ Matheseos natura & constitu-

Luscinium An. MDXXXV. pretium aliquod nominis tulisse & *Musurgiam* vulgasse refert. Cætera vero ejus scripta in Bibliotheca Gesnero-Simlero-Frisiana (*f*) indicantur.

§. 6.

E quibus liquere puto, nequaquam suo ævo Luscinium κωφον προσωπον in Rep. literaria egisse. Cæterum jam olim suspicatus fui, eum a Joachimo Camerario (*g*) innui, narrante, *de Hutteno mortuo in itinere versus a se sociisque compositos, & refutatos quosdam illum lacerantes: in quibus cum Luscinius quispiam nominaretur, vulturem hunc potius esse*, epigrammate quodam Melanchthonem pronunciasse. Eandem vero conjecturam Celeb. Jac. Burckhardum (*h*) fovere posthac vidi, qui istud epigramma nobis legendum exhibuit:

Quum laceres miseros crudeli carmine Manes,
Nomen erit vultur, non Philomela tibi. Idem

stitutione, cui subjuncta est chronologia Mathematicorum, p. 352.

(*f*) f. 647.

(*g*) In Vita Melanchthonis p. 94. edit. Lipf. A. 1566.

(*h*) In vita Ulrici de Hutten Part. II. p. 270. conf. Part. III. p. 287. sq.

Idem Vir eruditissimus Luscinium, urbis Basileæ ecclesiasten fuisse commemorat, Erasmo primum amicum, deinde inimicum adeo, ut in convivio dixerit, *Erasmum esse nebulonem, & omnes, qui legerant ipsius libros, fieri nebulones.* Unde mordax & contentiosus, nec ea animi temperie morumque venustate, quæ eruditos decet & maxime ornat, præditus fuisse videtur.



VI.

SPECIMEN

SUPPLEMENTORUM GEORG. HIER. WELSCHII AD BIBLIOTHECAM GESNERO-SIMLERO-FRISIANAM.

Præfatio Editoris.

AUt nemo unquam omni ætate ſublime Polyhiſtoris nomen reipſa promeruiſſe dicendus eſt, aut certe Georgius Hieronymus Welſchius, maximum & Auguſtæ & ævi ſui decus, in ſcientia diviniori, jurisprudentia, arte ſalutari & elegantioribus, quas vocant, litteris præclare verſatus, atque adeo omnigenæ eruditionis mactus ſupellectile, Italicæ, Gallicæ, Hiſpanicæ, Græcæ, Latinæ pluriumque linguarum orientalium, Arabicæ præſertim, ad miraculum uſque peritus, inexplebilis librorum heluo, ſtupendæ induſtriæ ac infinitæ lectionis Vir, qui, quæ multi ſingula, ſolus habuit. Vitam ejus deſcriptam nobis dedit Illuſtris Lucas

Lucas Schrœckius, enarratis simul illius operibus, tam editis (*a*), quam ineditis & affectis animoque conceptis (*b*), quorum numerus & soli tituli vastissimam Viri eruditionem testari, omnesque in ingentem admirationem conjicere queunt. Ipse etiam Welschius vivus adhuc spiransque epistolam de scriptis suis ad Bibliopolas & Typographos S. R. Imperii A. MDCLXXIV. exaravit, annexam Ger. Jo. Vossii & Clarorum Virorum ad eum Epistolis, Augustæ An. MDCXCI. in fol. recusis. Licet vero ibi haud meminerit Supplementorum, quibus Bibliothecam Gesnero-Simlero-Frisianam auctiorem reddidit, dignissima tamen ea videntur, quæ vel seorsim, vel cum laudata Bibliotheca, si quis forte in posterum novam illius editionem susciperet, publicæ luci exponantur. Adservat ea Vir Maxime Venerandus atque Eruditissimus M. Georgius Ruprechtus, verbi divini in Ecclesia Augustana Minister optime meritus, qui pro incomparabili, qua pollet, humanitate facile concessit, ut inde quædam specimina huic opellæ insererem. Accipe igitur

(*a*) In Memoria Welschiana, quæ Augustæ Vindel. A. MDCLXXVIII. in 4. prodiit, Cap. VIII. p. 43. sq.
(*b*) l. c. Cap. IX. p. 55. sqq.

igitur paucas Viri ſummi notationes e plurimis, quæ ſingulare volumen efficerent, decerptas, ac ſtudium noſtrum boni conſule.

Adèlardus Gothus Bathonienſis vertit ex Arabico in Latinum ſermonem Libros XV. Elementorum Euclidis. Extat inter MSS. Codd. Bibl. Regiæ Franc. cum commentario Campani Navarrenſis, num. 629.

Æmilius Sura ſcripſit de annis Populi Rom. ut legere eſt apud Vellejum Paterc. Libr. I. Cap. 6. ubi nobile fragmentum ex eo laudatur. Quanquam alii velint eſſe ex gloſſemate: quos tamen impugnant merito. Zuer. Boxhornius, Joſ. Scaliger Lib. III. Can. Iſagog. Voſſ. de Hiſt. Lat. Lib. III. Part. alt. Quis autem ille fuerit, non reperiſſe dicit Juſt. Lipſius. Nec mutare nomen audet præter omnium Codicum fidem laudatus Voſſius & ex eo Bœclerus in Vellej. Alius ergo fuerit Manlius ille aut Manilius Sura, cujus mentio apud Plinium.

Agathodæmonis Chryſopœia cum pluribus aliis ejusdem farinæ Chymicis Auctoribus extat in Bibl. Græca MS. Scorialenſi, ut videre eſt ex Catalogo Alexandri Barvoetii S. J. Agathodæmonis ænigma neſcio quod extat in Bibl. Regis Galliæ.

Almaſtäinus vel Almaſtuinus Andaluſius

sius scripsit de facultate & usu simplicium Medicamentorum, & habetur in Bibl. Leidensi inter eos libros, quos ex oriente advexit Jacobus Golius.

Alphragani Astronomica Arab. MS. in Bibliotheca Vaticana, itemque de sinubus rectis. Ejus Astronomiam ex Oriente secum attulit Golius: asservaturque inter libros Arabicos Bibl. Leidensis. Ejus etiam quædam extant in Bibl. Regia.

Angelus Calaber Abbas Discipulus Constantini Lascaris. Ejus extat oratio MS. in Bibliotheca Caroli de Montchal, Cod. XLVI. εἰς τὰ βάια. Inc. ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία. Des. καὶ ὑμεῖς ὁ χριστιανοὶ σήμερον ἐκτελοῦμεν. Agit autem de septem donis Palmæ & Oleæ. Ad marginem: Ἀββᾶ Ἀγγέλου τοῦ Καλαβροῦ φοιτητοῦ Κωνσταντίνου Λασκάρεως τοῦ βυζαντίου.

Antonius Nicolette. Asservantur in Bibliotheca Naudæi Augustini Libri de Civ. Dei integri Charactere optimo, inter ordinarium & uncialem medio, proindeque lectu facillimo. Sub finem hæc verba: Ego Presbyter Antonius Nicolette de Civitate Ducali scripsi hunc librum in duobus annis.

Aurispa Orator. In Moræi Bibl. latet Com-

Comparatio de præſidentia Hannibalis Carthaginenſis, Alexandri M. & Scipionis Majoris Romani apud Inferos, ex Gr. in Latin. converſa ab Auriſpa Oratore ad Baptiſtam Senatorii Ordinis Civem Romanum.

Badilo alias Ludilo, ſcribit de vita S. Magdalenæ Marthæ ac Lazari; & teſtimonia litterarum Summorum Pontificum de translatione corporis S. Magdalenæ ex territorio Aquenſi tempore Gerardi de Roſſilione Comitis Burgundiæ, in Monaſterio Vezeliacenſi. Aſſervantur in Bibl. Reg. inter Membranas ante annos plus minus 500. exaratas.

Balduinus de Avennis, Margaritæ Flandrorum & Hannoniorum Comitiſſæ filius. Ejus fragmentum Genealogicum ex Chronicis Haynonienſibus collectis extat in Bibl. Jo. de Bouchet Equitis. Extat & alterum Chronicum ab eodem Auctore, vernacula (Gallica) lingua ante complures annos elucubrati, cujus titulum deſcripſit Labbæus in Bibl.

Beneintendens Cancellarius. Ad illuſtr. Dominum Laurentium Celſi, Venetiarum Ducem commendatoria vitæ actæ, & exhortatoria peragendæ. Inc. Recenſenti mihi &c. Deſ. Beneintendens Cancellarius

Tuus

Tuus licet indignus, antequam etiam Dux fueris totus tuus. Succeſſit Dux iſte An. 1361. Libellus optime ſcriptus latet inter Codices Naudæanos.

Bonifacius Veronenſis. Princeps, qui ante 200. vivebat annos. Reliquit poſt ſe Veronica heroico poëmate mille verſuum celebrata. Incipit: *Cœleſtes aditus & divi numina vultus* &c. MS. in Bibl. Naud.

Braulio Epiſcopus Cæſar-Auguſtanus. Habetur in Biblioth. Moræana Codex MS. in quo Iſidori Etym. Libr. XX. cum tribus epiſtolis Iſidori ad Braulionem, & Braulionis ad Iſidorum, quæ non ſunt in editis (*c*).

Cœlius Igianus Medicus antiquus. Aſſervatur Codex MS. ſub tit. Flores Medici Cœlii Igiani, apud Julium Rechaldum Medicum Ferrarienſem. Inter illos flores extat & ænigma de Pyronarcha, quod juſto volu-

(*c*) Eſt & inter meas reculas Codex MS. Etymol. Iſidori Hiſpalenſis, cui iſtæ epiſtolæ itidem præfixæ ſunt. Sed habentur quoque in editione ejus operis omnium prima, Auguſtæ Vindel. A. 1472. per Gonterium Zainer de Reutlinga in fol. curata, quam ſervat Bibliotheca Memming. publica. Easdem vidiſſe quoque in editione omnium Iſidori operum Pariſienſi memini.

volumine duplici explicatione de fulmine & febri ſolvit Fortunius Licetus, ſub tit. Pyronarcha ſeu de fulminum natura deque febrium origine Libr. II. ubi de hoc auctore inter alia: Quis fuerit iſte Cœlius, Græcusne an Latinus author, ipſene gryphum condiderit, an ab alio authore formatum, is in ſuum librum adduxerit, nondum mihi licuit aſſequi: certe qui flores medicos compilavit, medicus non eſſe non potuit. Libr. II. cap. I. p. 76.

Caſſii Felicis Medicina de Græco in Latinum translata Ardabute & Aſclepio ſeu Callepio Coſſ. hoc eſt anno ær. Chriſt. 447. MS. rariſſ. Bibl. Regiæ. Meminit quidem Caſſi Jatroſophiſtæ Naturalium & Medicinalium & de Animalibus Jo. Antonides *van der Linden* Libr. I. de ſcript. Medicis: verum hujus antiquæ de Græco interpretationis nec tenuis fama ad eum pervenit. Cæterum Caſſii Jatroſophiſtæ problemata extant manu exarata in Bibl. cit. Regia, ſed & fuere ſæpius edita Lutetiæ, Francoſ. Lugduni & apud Batavos A. 1597.

Chriſtina de Piſan ſeu Piſana ſcribit lingua Gallica de Armis & Viris bello illuſtribus. Aſſervatur in Bibl. Reg. ubi de eadem Tract. *Le Chemin des longues eſtudes*, au

au Roy Charle VI. Itemque *la Cite des Dames.* Nec non: *L'Instruction des Princesses & Dames de Cour, & autres.* Christinæ hujus Pisianæ *Le thresor de la Cité des Dames impress.* Parisiis ann. 1497.

Christophorus Acosta Africanus Medicus & Chirurgus celeberrimus scribit historiam de natura & virtute rerum Medicinalium, quæ ex Orientali India ad nos pervenere: lingua Hispanica *En Burgos* ann. 1578. Conversa in linguam Italicam An. 1585. ed. Venet. Scripsit idem *del loor de las Mugeres. Venet.* 1592. & de rebus Indicis Epistæ. Ecclesiast.

Claudianus Chymicus. Extat inter Auctores Chymicos etiam Κλαυδιανὸς apud Alexandr. Barnoetium Soc. J. in Catalogo MS. Græcorum Bibl., Scorialensis. Eosdem etiam auctores Græcos Leo Allatius possidet, inter quos & Κλαυδιανός.

Comarus seu Comarius Philosophus Chymicus. Comarii Philosophi de Lapide philosophico ad Cleopatram MS. Bibl. Naudæanæ & Regiæ. Scribitur etiam Comanus. Ita MS. Bibl. Scorialensis: Comanus Philosophus de arte Chymica: una cum cæteris cinislonibus & decoctoribus olei atque operæ. Anonymus quidem scripsit in libr.

Comarii Philoſophi. MS. Bibl. Renati Moræi Med.

Conradus de Magenberg, Planctus Ecclesiæ in Germania, Auctore Conrad. de Magenberg ſeu de monte puellarum A. D. 1337. ætatis ſuæ 28. Præmittitur gemina præfatio: prior ad Legatum Apoſtolicum in Alemanniam Dn. Arnoldum de Vuidello &c. altera ad Capellanum Domini Papæ Jo. de Piſcib. Legum Profeſſorem: ſequitur deinde onus Meretricum in cujus capite primo Papam alloquitur

Flos & apex mundi, qui totius eſſe rotundi,
Nectare dulcorum conditus aromate morum,
Orbis Papa ſtupor, clauſor cœli reſerator,
Te ſidus charum, Theſaurus deliciarum &c.

Continet opus illud duas partes: prima eſt de planctu Eccleſiæ in Germania ob diſcordiam inter Papam & Ludovicum Bavarum Imp. Altera autem Clericos & maxime Mendicantes exagitat, qui ſub habitu ſimplici fundant venenum in Eccleſiam Dei, & præ-

& prænotatam illam nutriant inter fideles discordiam. Clauditur his versibus:

Tu Virginis ipse Mariæ
Fili sicque Dei, meretrices & Pharisæi
Non dedignati sunt a Te, sed venerati,
Cum sua flevere peccata, mei miserere, Amen.

MS. Bibliothecæ Naudæanæ.

Erempertus seu Erchempertus Langobardus Monachus Cassinensis. De hoc habetur in Codice quodam Regio, Historia de Langobardis Beneventanis a tempore Algelsis seu a capto per Carolum M. Franciæ Regem Desiderio postremo Langobardorum Rege An. 775. usque ad annum C. 880. Prodiit hæc historia Neapoli primum A. 1626. in 4. cum antiquis Chronologis de rebus Neapolitan. ab Antonio Caracciolo editis. Correctior deinde ibidem Ann. 1643. cura Camilli Peregrini. Scribitur & Herembertus.

Eumolpi Phile expositio in IV. Orationes Greg. Nazianzeni latet alicubi in membranis cum Orionis Grammat. libro περὶ Ἐτυμολογίας, de quo Suidas & Auctor Etymolo-

mologici ſæpiuſcule. Latet autem in Bibliotheca Hiſpanica S. Laurentii una cum Orione.

Florus Magiſter. Collecta quædam a Floro Magiſtro ex SS. Patribus. Extant in MSS. Flori Mag. Lugdunenſis eccleſiæ ſubdiaconi (quem ſanctum & nominatiſſimum vocat Wandelbertus Prumienſis Monachus in præfat. Metrici Martyrologii) Carmen hexametrum ſeu oratio cum commemoratione antiquorum miraculorum Chriſti Domini noſtri, uti habet Codex Bibl. Petavianæ. Incipit:

O virtus æterna Dei, quem machina mundi.
Suſcipit authorem, cui ſervit terra potusque &c.

Idem ſcripſit ad Modoinum Epiſcopum Auguſtodunenſem verſus elegiacos numero XL. quibus gratias agit pro veſte & linteo manutergio, quæ cum ejus epiſtola acceperat. MS. in Gallia aſſervatur. Eclogæ ex Decretis Pontificum & Synodorum ſanctionibus a Domno Floro MS. in Bibl. Caroli de Montchal. Expoſitio Miſſæ ex Floro compendio excerpta in Bibl. Carmelit. Excalceat. Claromont. in Arvern.

For-

Fortunius Licetus Genuensis in Patavino Lyceo Philosophus primarius. Scribit hic juvenis adhuc de anima seminis humani commentationem, sub tit. Gonopsychanthropologia, ad Parentem transmissam A. 1598. quam deinde in Pisana Academia A. 1600. mutato nomine de ortu animæ humanæ, instinctu aliorum typis tradidit. Hinc prodiere A. 1602. Genuæ libri tres & recuduntur Francof. A. 1606. in 4. Cæterum quæ plura hic & fere infinita annis subsequentibus orbi erudito exposuerit in omni genere disciplinarum, ipse exponit singulari scripto ad Gabrielem Naudæum, de propriorum librorum historia, ed. Patav. anno 1634. in 4.

Henoch. Hunc libros scripsisse certum est teste S. Juda & August. de C. D. L. XV. ex quibus Orig. & Tertull. integras fere paginas citant. vid. & Annium in Commentariis super Berosum Apocryphum, Sixt. Senens. in XXVIII. Hom. Lib. Num. Fragmentum ex Libro I. Enoch adducitur a Scaligero in Annotat. ad Eusebium extatque in Biblioth. Græca Monasterii Salvatoris Messanensis Urbis celeberrima. Translatum etiam est in linguam latinam, insertumque Oedipo Ægyptiaco Kircheri Tom. II. Ct. I.

p. 69. citat & Henochi librum Georgius Syncellus priſcus auctor in ſua hiſtoria. Inſeritur autem idem fragmentum Arabum libris nominatim in Abbenephi, & in Chronico Arabum Abulhàſſem auctore. Verba Arabica cum verſione ſiſtit id. Kircherus p. 76. ſqq. quo loco fidem ejus mirifice extollit.

Janotius Manetius ſeu Manettus Florentinus. Quinque ejus orationes legi poſſunt in MS. Cod. Naud. Prima recitata fuit in ſolemni Laonardi Aretini hiſtorici, oratoris ac poëtæ laureatione; ſecunda ad Alphonſum Arragoniæ Regem in nuptiali unici filii inclyti Calabriæ Ducis congratulatione habita Neapoli in communi & generali auditorio: tertia Florentinorum nomine ad congratulandum Nicolao V. Pont. Max. habita Romæ: quarta eorundem Florentinorum nomine ad Senenſes: quinta ad Venetos, apud quos non ſecus ac apud Senenſes & ſummum Pontificem legati munere functus. Harum vero orationum, quæ eſt ad Alfonſum, edita fuit A. 1611. a Marquardo Frehero cum Sandæo de Regibus Siciliæ & dictis Alfonſi, ubi & alia ejuſdem Janotii ad eundem Alfonſum de laudibus pacis Neapoli recitata. Curavit

præ-

præterea nobilis Philologus Alexander Brassicanus ejusdem Jannotii Libr. IV. de hominis dignitate & excellentia Basileæ per Cratandrum excudi an. 1532. Atque utinam, inquit Naudæus, reliqua tanti Viri opera, quæ a Possevino larga titulorum serie referuntur, excusa pariter fuissent! Plura de eo qui volet, adeat Bocchinum in Clarorum Virorum Florentinorum Elogiis & Labbeum p. 237.

Jo. Matthæus Caryophilus Gennadii Patriarchæ Constantinop. defensionem pro V. capitibus Concilii Florentini in vernaculam Græcorum linguam convertit. Excusa est Romæ in 4. typis sacræ Congregationis de Fide propaganda. Idem Episcopus Iconicensis scribit confutationem Nili Thessalonicensis de Primatu Papæ: præterea confutationem Pseudo-Christianæ Catecheseos edit. a Zacharia Gargano: it. censuram Confessionis fidei Calvinianæ, quæ nomine Cyrilli Patriarchæ CP. circumfertur: Græca literali & vernacula Græcorum lingua, itemque Latina: it. Monodiam de calamitatibus Græciæ, carmine politico, sermone vernaculo Græcorum: denique demonstrationem errorum in Disp. Zacha-

riæ Gargani & Palamæ de proceſſione Spiritus S. contentorum.

Joſephus Licetus, Genuenſis Medicus & Profeſſor, Fortunii, Liceti, magni Philoſophi parens, Dialogum & Genitalium uſu & dignitate Etruſcô idiomate evulgat, in quo de anima ſeminis nonnulla diſſeruntur, teſte Fortunio Liceto in de propriorum librorum hiſtoria, hiſtor. I. p. 6. Idem filius parentem ſuum defendit contra quendam, ſub Medici Caſtrenſis nomine latentem, qui in Dialogo multa imprudentius dicta carpebat, ſcripto ſingulari, ſub tit. Athos perfoſſus ſeu Rudens Eruditus in Criomixi Quæſtiones de Alimento Dialogus prior ad Cl. Virum Jacobum Gaffarellum.

Manethon Sybennita, Sacerdos Ægyptius, quem ante tempora Alexandri, quicquid dicat Scaliger, in Ægypto floruiſſe comperio. Siquidem illius crebram mentionem facit non ſolum Joſephus contra Appionem, ſed & Hebræi libro Juchaſin, eumque veluti antiquiſſimum ſcriptorem & fide digniſſimum citant, ita ut & Arabum quoque ſcriptis is irrepſerit. Jochaides quoque in ſuo Zohar hujus mentionem facit, quoties de Regibus Ægypti ſermo

mo est, hisce verbis: Manethon in Historia Regum Ægypti, vel etiam Manethon in Libro Actorum Regum Ægypti. Fuerunt autem duo alii hujus nominis auctores Ægyptii, unus Manethon Mendes, sacerdos & ipse Ægyti, qui scripsit, quomodo præparandi sint Cyphi seu suffimigia. Suidas: Μανεθὼς μένδης, ἱερεὺς Αἰγύπτιος. Ἔγραψε περὶ κατασκευῆς κυφύων. Alter citato Suida teste: Μανεθὼς ἐκ Διοσπόλεως τῆς Αἰγύπτου, ἢ σεβεννύτης φυσιολογικὰ, ἀποτελεσματικὰ δι' ἐπῶν καὶ ἄλλα τινὰ ἀστρονομούμενα. Manethos ex Diospoli Ægypti scripsit Physiologica, Apotelesmatica versibus, & alia quædam astronomica. Hujus monumenta in Magni Ducis Hetruriæ Bibliotheca conservari audio, atque hic est, qui temporibus Augusti vixit. Unde multi decepti æquivocatione nominis hunc cum veteri illo nostro Dynastiarum Ægyti compilatore confuderunt. Hic autem historiam Ægytiorum Regum brevissima descriptione complexus in XXXII. dynastias seu principatus digessit, quarum XV. utpote ex hominum memoria una cum diluvio delatas omisit: cæteras XVII. ex monumentis Ægyptiorum depromtus, ea qua potuit fide & diligentia descripsit. Ex quo Africanus pleraque sua hausit, uti

& Euſebius Pamphylus & Joſephus contra Apionem, ex quibus deinde reliqui auctores Chronologi ſua pleraque decerpentes, & Manethonem in varia diſcerpentes, ita varie interpretati ſunt, ut multi tanta confuſione perplexi, de veritate Dynaſtiarum aut fide etiam auctoris dubitarint. Kircher. Oedip. Tom. I. Syntagm. I. Cap. IX. p. 68. ſqq. Oſtendit ibidem laudatus Kircherus ex Iſmaele Sciahinſera Arabe, ab Arabibus in ſua Chronologia tot ante diluvium Dynaſtas ſeu Reges poni, quot Manethon omiſerat, videlicet XV. p. 74. ſq.

Scipio Claramontius Cæſenas Eques, & Philoſophiæ olim Profeſſor in Academia Piſana, naſcitur A. 1565. Rerum Mathematicarum peritiſſimus multa & præclara opera edit, præcipua tamen hoc ſeculo currente, quorum catalogum videre poteris apud Jo. Bapt. Ricciolum S. J. in Chronico præfixo Almageſto ſuo. Ejus hypotheſes perſtringuntur in Tr. de terra unico centro motus, Fortunii Liceti.

Tages. A Tagete in agro Tarquinienſi ſacra & ceremonias didicere Hetruſci, unde omnes Romani ſumſerunt, teſte Cicerone in Orat. contra P. Clodium. vid. Oliver. & Coler. in notis collectis a Thyſio ad

L. I.

L. I. 1. Valer. p. 5. 6. Si tacta publica de coelo tacta erant, majoribus hostiis expiari oportebat Deos: locus ille Bidental dictus, atque sacer habebatur, ac certis ceremoniis prout libris fulguralibus Tagetis & aliorum Etruscorum continebatur, sacra eo loci fiebant. Vid. Salmas. in Solinum p. 1142. Etruscas disciplinas Tagetis & Bacchetidis XV. Volumin. explicaverat etiam Labeo, teste Fulgentio cit. Colero l. c.

Hæc speciminis loco sufficiant.



VII.

Julii Cæsaris Scaligeri Epistolæ nonnullæ ex MSto Bibliothecæ Zach. Conr. ab Uffenbach. (*a*)

I.

Carolo Sevino.

MAllem te isto otio caruisse, quod tibi suppetebat ad scribendum, quum otii tibi non satis esset. Nam cum nihil mihi gratius facere possis, quam suavissima oratione

(*a*) Quas hic tecum communico ex incomparabili Illustris Uffenbachii thesauro epistolico, vel Regibus invidendo (LXXI. enim Tomis epistolarum MSS. & maximam quidem partem αὐτογράφων Bibliotheca ejus, tot insuper aliis κειμηλίοις instructissima superbit, connumeratis XII. spissis earum, quæ ad ipsum laudatissimum Possessorem datæ sunt, voluminibus) Jul. Cæsaris Scaligeri litteras, nitidas & elegantes, Vir quidam doctus in Belgio editioni Epistolarum & Orationum Scaligeri, quæ ex officina Plantiniana per Christophorum Raphelengium A. 1600. in 8. prodiit, manu sua adtexuit notavitque, ex iisdem suppressisse aliquot Josephum filium, quod existimavit, eas esse amarulentas nimis. Reliquas in VII. hujus opellæ fasciculo exhibebo. Cæterum vide, si placet, quæ diximus Parte II. p. 382. sq.

tione tua fallere eas curas, quibus pene perpetuo fato me oppressum non ignoras, & tu magnam capias, ut re ipsa præ te tulisti, voluptatem, si quo in statu rerum mihi benefacere possis & me votis meis destituisti & tu tuo officio defuisti; quorum utrumque cum tibi grave esse debuit, tum me ita ægre affecit, ut dubitarem, tædione itineris, an absentia, quæ memoriam rerum delere solet, an alio quopiam eventu, animum mentemque mutaveris, an malis eloquentia experiri, quid possis culpam excusando, quam uti sermone de medio sumpto, & familiari, ut ea ipsa culpa careres. Hoc si ita est, mallem te nihil scripsisse, ut graviori crimine accuratius te purgare conareris. Poteris & illud addere, me satis occupatum tuorum librorum muneribus ne me epistola diutius morareris. Sed eorum lectionem me jamdudum absolvisse scito, in qua multa cognovisse, operæ pretium sane fuit. Duos tantos viros tam de gravi re disceptantes videre, ac propius agnoscere, id vero lucro apponi debet. Alter pro religione, alter pro se ipso, uterque justa acie, non epistulâ decertare videtur. Totus causæ status conjecturalis. Collegit enim Carpensis multis argu-

argumentis rivos ab Erasmi fonte manasse. Totus stilus nobilitatem ipsius ostendit atque probitatem. Orationem elegantem intelligas & luculentam, satis validam; sed inprimis doctam, nequaquam tamen numerosam, neque Ciceronis verbis adstrictam; sed placido atque tranquillo tractu fluentem. Atque etiam ubi assurgit, animi sui moderationem nusquam defraudat, aut frustratur. Alterius oratio numerosior: cola & commata & periodi inter se cohærentes: nihil inane, nihil hians. Multa tamen non diluit, aut non satis cavet, augetque suspicionem multis in locis, quam a se depellere adgressus est, tamquam fovens multa crimina tacite, quæ illi palam objecta sunt. Hæc omnia cum pro meo judicio examinarem atque perpenderem, venit mihi in mentem, quod tibi pollicitus fueram, me effecisse. Respondi justa Oratione ad Erasmi dialogum, quo adversus Ciceronis nomen minus æquus rerum existimator visus est, simul atque discessisti, atque erat otium a sævitia tempestatis, quæ me tam anxium habuit. Mutuatus sum de L. Claudio nostro dialogum illum, tribusque continuis diebus nihil egi præterea. Neque prius abstiti, quam totum negotium

con-

confectum reddidissem. Jam Parisios mittam ad Collegia, quorum moderatores atque adolescentes judices constitui, quorumque stomacho edatur aut aboleatur. Eam ad te prius misissem, sed scio mihi in præsentia nullum amanuensem esse, cum tam diu ex Italia expectando frustra fui: Si eam edendam curabunt, tu quoque eo in negotio partem habebis: sin illis minus digna videbitur, quod tam obscuro titulo tantum auctorem attentarit, jam tum mecum præclare agetur, qui tantam tuam censuram subterfugerim. Libellus Epigrammatwn multo mihi jucundissimus fuit, eumque pro recessu hortorum, qui mihi propter hiemem interceptus est, habui. Conjux tibi perpetuam salutem optat. Vale. Idib. Decemb. Anno MDXXIX. Lugdun.

Si quid novi intellextin'?

Julius raptissime cœnaturus.

2. Julius

2.

Julius Cæsar Scaliger Rectori Universæ Academiæ Parisiorum.

SI mihi notiores essent ii, qui, novam provinciam ut capesserem, coëgerunt, quam vobis sunt, Magnifice Rector, altera jam mihi erat texenda oratio, qua alterius præstantiam, alterius improbitatem explicarem. Sed cum ita Civitas vestra atque universa Gallia multis jam annis veram eloquentiam ex Italiæ incendiis una cum cætero scientiarum orbe profugam receperit, atque foverit, ut alteræ Athenæ merito Lutetia censeatur, quam notus vobis sit Cicero, vel assiduis lucubrationibus vestris facile ostendistis: cujus elegantia atque probitas orationis adeo ab istius urbis studiosis expressa est, ut jam inveniant, qui sese imitentur. Erasmus autem Roterodamus superbia atque arrogantia vestris cum virtutibus contendere cum instituisset, maluit invidere tam honesto gentis vestræ proposito, quam aut superare, quod desperabat, aut æquare, quod insolentissimus indignum ducebat, præsertim cum ea tela,

quæ

quæ per alienam perfidiam in religionem furtim intorſerat, veſtra fortitudine & prudentia in ſe palam retorta, ferre non poſſet. Itaque ab ea impietate detruſus, quoniam alicui Deo ſemper infenſus eſſe vellet, convertit tumultuantem adhuc rabiem in tuos milites, & nunc infandis colloquiorum argumentis lacerando, nunc epiſtolis inceſſendo, nunc ineptis titulis inſectando, totam Pariſiorum Academiam vexavit. Neque id ſatis habuit, ſed veſtræ eloquentiæ, qua præſtantiſſime jam polletis, * ducem illis ſubtrahere conatus eſt, ineptis cujusdam dialogi, qui mendaciis ac fictis criminibus aliis

Reliqua deſiderantur.

3.

Julius Cæſar Scaliger Studioſis adoleſcentibus Collegii Navarrenſis

S. P. D.

OPeræ meæ a pietate & a veſtrum ſtudio atque amore mihi impoſitæ rationem

* i. e. Ciceronem.

reddidi Moderatori vestro per epistolam. Quamobrem non amplius repetam; sed inde vos petere poteritis. Respondi perpetua oratione Erasmi dialogo, qui virulentiæ aciem, quam in studiosos eloquentiæ intentarat, vestris auspiciis hebetatam, quoniam maledicentissimum ingenium nequibat conquiescere, in eloquentiæ patrem patronumque Ciceronem vertit. Quo in Dialogo quantum finxerit fabularum, quanta sit mentitus, qua inscitia frequenter lapsus sit, serio opinor, ostendimus, tametsi minus eleganter. Quoniam igitur venire non potui, ut coram judicio sisterem me, misi ad vos exemplum orationis ipsius veros atque incorruptos Judices: qui si conatui huic meo favebitis, excitabuntur, ut spero, cæteri studiosi ad laborandum vestri gratia, exemplo meo, ut quoniam literæ, quæ interibant, vestro ductu reviviscunt, non solum ab injuria temporum; & bellorum incendiis liberentur, sed ab invidissimo calumniatore vindicentur. Turpius enim est rem jam partam amittere, atque constitutam aboleri, quam desideratam adquirere non posse. Hoc enim imbecillium virium est, illud autem etiam vitiosi atque cessantis animi. Quare vos, quorum

rum ope atque opera omnes bonæ artes resurgunt, atque robustæ jam extant, nolite eas per audaciam atque scelus invidorum interire, & qui Patres vestros virtute, ductuque atque auspiciis Moderatorum vestrorum, eloquentia superastis, date operam, ne per desidiam atque metum a maledicentissimo calumniatore intentatum, eam laudem amittatis: eamque, quam fato quodam ab Italiæ calamitatibus præripuistis, videte, ne a vobis calumnia labefactatis barbaræ nationes præreptum veniant. Valete.

4.
Julius Cæsar Scaliger illustri Collegio bonorum infantium

S. P. D.

NOminis vestri splendor atque probitatis multo plus potuit, quam quantus pudor aut virium conscientia in me esse debebat. Nam cum magnæ jam authoritatis Vir Erasmus adversus eloquentiæ Principem, rabiem potius quandam, quam judicium exercuisset: Quod ad meam utili-

tatem attinebat, satius erat, non auscultare tam delirum calumniatorem extra eam tempestatem: tamen sedentem me atque inspectantem vos nobilissimæ indolis adolescentes, eo naufragio periclitantes, sine jactura boni nominis quis ferre potuisset? Malui igitur & audacia doctos viros, quibusque id provinciæ assumendum erat, & pietate erga vestra studia cæteros cessantes anteire. Qua in causa effecerimne, quod spero; vestri id erit judicii. Certe amorem meum ac potius caritatem erga vos nulla umquam delebit oblivio: quem amorem nullo pretio emptum, nullo præmio paratum, nulla spe conciliatum vos æqui bonique consultores mihi persuadeo, qui periculum nominis mei cum eloquentiæ vestræ discrimine commune habere minime dubitavi. Quod si non ingratos labores meos esse vobis sensero, dabo operam, ut multi libri veterum monumentorum, qui nunc mihi cuduntur, munus extremæ manus vestro nomine consequantur. Valete.

Lugduni XIV. Kal. Febr.

5. Ju-

5.

Julius Cæſar Scaliger Studioſis adoleſcentibus Collegii montis acuti

S. P. D.

SI cujuspiam ſtudium aut diligentiam extare umquam interfuit Reipublicæ literariæ, qui ita ſe compararet, ut quam attentiſſimus eſſet ad navandam operam eloquentiæ, quæ materia quaſi quædam materque omnium bonarum artium judicata eſt: multo abſurdiſſimum atque illiberaliſſimum facinus feciſſe mihi videntur, qui eam, cum adipiſci poſſent, neglexerunt. Gravius vero adhuc ab iis admiſſum eſſe in publica commoda, qui eam inſolentius inſectati ſint. Illis enim infantia, quam ſecuti ſunt, pro ſupplicio fuit: ſatisque pœnarum dederunt ſuæ aut ſtultitiæ, aut pravitatis. Atqui alios quoque ab ejus ſtudii honeſtate deterrere conantur, tanto magis deteſtandi ſunt, quanto latius ea lues ſerpit. Cum igitur Eraſmus veſtro nomini infenſus, quorum luculentiſſimis judiciis damnatus eſſet, eam eloquentiæ gloriam, quam ab incendiis bellorum vindicaſtis, invideret; maluit ducem veſtrum M. Tullium

insectando, reddere gratiam, quam sanis vestrorum Moderatorum assentiri castigationibus. Ego igitur, qui omnia cogitationum mearum momenta ad publicam utilitatem semper contulissem; tametsi arduum erat, inprimis tanto calumniatori respondere: tamen tanto post tempore, tam nobilem causam, desidiane an expectatione proditam, incertum est, audacius suscepi fretus vestra benignitate, quorum ope nequaquam destitutus videor, pro quibus vel conatu hoc ipso tantum laborassem. Valete.

6.

Julius Cæsar Scaliger Studiosis adolescentibus Collegii Plessiaci

S. P. D.

ETsi satishabere poteram, si vos inepta & prolixa nimis oratione diutius detinuissem: tamen ne quis vestrum officio meo præteritus videatur, ausus sum etiam epistola testari, quod ipsa in oratione profitebar. Communem meum in vos amorem, vestrorumque erga Rempublicam literariam magnitudinem meritorum, quibus excitatus sum ad id oneris subeundum; quod pertinere maxime arbitrabar ad communem studio-

ſtudioſorum omnium dignitatem. Cum enim Eraſmus veſtrum Moderatorum acerrimis judiciis irritatus, univerſo nomini Gallico infenſus vehementer eſſet, eloquentiæ veſtræ Principem M. Tullium, ne non aliqua ex parte vos laceraret, veſtrisque ſtudiis officeret, ita vexare adortus eſt, ut ſe ipſe, qualis eſſet; quam quis eſſet Cicero, apertius oſtenderit. Cum enim per totam Italiam atque univerſam Germaniam etiam doctis perſuaſum eſſet, relictis ambitioſæ locutionis anguſtiis, ope veſtra, Ciceronis lucem eloquentiæ candori reſtitui, eas inſtituit in illum præſtantiſſimum virtutis virum jacere contumelias, quæ ad maximam ſpectatiſſimamque omnium ordinum veſtrum partem convenirent. Quamobrem ego, qui ab incunabulis iſtas Pariſiorum illuſtres atque admirabiles Academias ſemper parentum loco habui; non potui diutius me continere, quin pro virili eam injuriam, quæ nobis per illius invidentiſſimi hominis petulantiam factum itur, quam acerrime propulſarem. Id quod an perfecerim, non eſt in animo ad vos perſcribere, quos Judices mihi conſtitui, quorum cenſuræ tantum acquieſcendum mihi eſſe cenſui, quanta animi propenſione laboravi, ut veſtris commodis maxime ſtuderem. Valete.

7.

Julius Cæsar Scaliger studiosissimis adolescentibus Collegii Divæ Barbaræ

S. P. D.

QUæ aliquot aliis collegiis scripsi super oratione, qua Erasmo respondi pro Cicerone, ea non est in animo vobis loquacius repetere, ne florentissimis studiis vestris obstrepam. Sed unum id tantum vos scire velim, quidquid umquam otii aut commodi in me fuerit, id omne ad communem semper usum comparasse. Quamobrem cum diuturnæ operæ meæ in literis aliquot, non indoctos homines minus pœniteret, quam causam alii aut destituissent, aut desperassent, tuendam suscepi. Non enim uni Ciceroni maledicit Erasmus; sed vos quoque, quos scimus omnium bonarum artium fautores, insectatur, infensus toti nomini Gallico: sive quod id Germanis peculiare fuit, sive quod eam gloriam præreptam sibi ægre tulit, sive quod religionem nostram lacerando, meritus est, quem Moderatores vestri publice damnarent. A quo impetu cum retardatus esset, neque tamen nollet insa-

insanire, ostendit, illo dialogo, quam nequam semper esse voluerit. Cum igitur inter cætera Collegia vestrum ordinem inprimis illustrem accepissem, misi ad vos exemplum orationis meæ, in qua si magnitudini nominis vestri, si expectationi, si causæ amplitudini non respondi; æquum est, mihi vos ignoscere tanto magis, quanto majore periculo tam egregium facinus ausus sum, obscuræ famæ homo, & impolitæ eruditionis, quam si vir quispiam maximus fuissem. Valete.

8.
Natali Bedæ.

SI magnorum Regum majorumque nostrorum vetera sequeremur exempla, Vir doctissime, multo præclarius ageretur nobiscum, quam nunc agitur. Cæterum posteaquam nostræ sortis immemores, poenæ metu contemto, quæ nulla intentatur, foedissimum quodque audemus, ostendimus posteritati pravitatem nostram, cujus exemplo aliam vitæ suæ instituant rationem. Sublata namque rabiosæ licentiæ consuetudo, qua veteris comoediæ chori

lacessebant impune, nobis indicabit, quam illiberale facinus esset, vel in flagitiosos dirigere aciem sermonis nostri. Quibus vestigiis maximus Vir bonarumque artium studiosissimus Ptolemæus Philadelphus ingressus in Zoilum Macedonem, qui nefandi nominis gloriam ex Homeri calumnia quæsiverat, adeo severe animadvertit, ut memoriæ proditum sit, ejus jussu fame necatum esse. Quin scripserunt alii, ob eandem causam cruci affixum, alii lapidibus obrutum, Homeri manibus nocentissimo sanguine parentasse. Hujus exempla virtutis, doctissime Beda, utinam nostra tempestate in eos, qui majoribus flagitiis coo-perti sunt, ederentur, multo acrius animi nostri vim intenderemus, ut præstantissimorum virorum similes evaderemus. Quorum virtutem, jam ad id res rediit, ut Erasmus maledictis incessendo, laudem ex eo nefario facinore apud nocentissimum semiliteratorum vulgus captaret. Qui non solum impune fuerit, religionis nostræ lumina extinguere, divina cantica supremi Spiritus numine perfusa inversis sententiis adulterare; verum etiam ejus fallaciis jam illecti sunt nonnulli, qui, quam quod erant, aliud esse mallent. Ita præstantissimâ hu-

manâ naturâ neglectâ, immanissima monstra facti sunt. Adeo in præcipiti cum omne vitium staret, atque hoc unum, quod maximum atque fœdissimum erat, deesset, multorum jam cumulatiorem fecit vitiositatem. O cœnum, ô scelelatorum latrunculorum, qui in veram religionem nostram grassati sunt, caput? Vos majorum nostrorum manes optimi, qui pro religione nostrâ pejorem vitam cum præstantiori commutastis, ecquid piget nepotum vestrorum, qui mortem hanc, quam videbant, sordidiore adhuc morte coinquinarunt, quorum immanitatem ex nefando errore illo cum optumus Vir Beda retrahere tentasset, adeo ab illo laceratus est, ut sentiret, non potuisse nostrum quidpiam esse Christi hostem, quod ipsi quoque non esset, inimicum. Itaque ea tibi tela nequaquam pertimescenda sunt, quæ optimi maximi Dei nostri etiamnum sanguine intepescunt; quorum aciem tantum abest, ut metuam, ut eo uno boni Viri nomen mihi partum putem, si semel caput hoc petat. Sentiet enim excetra illa, sentiet, quale cum Hercule res sibi futura sit: qui neque rerum plena cognitione, neque orationis ubertate, neque alia ulla re cedat, præterquam animi

animi pravitate. Sentiet, positâ clavâ, ignem jam præsto esse, quo tot monstrosa capita sint exscindenda. Neque clam me est, quot simiorum offensam subiturus sim, quantum in me jacturi sint calumniarum, quibus superciliis vitam meam; quo sint orationem naso suspensuri. Quos omnes tanti facio, quanti fecerunt ipsi nostram Religionem. Quam pro libidine sua depravatam in febriculosos aliquot transtulerunt Pædagogos, qui odio literarum quas nesciunt, jactant Evangeliorum rectam sententiam cum Stoicis argumentis nequaquam constare posse. Horum improbam atque umbratilem ignaviam nostræ tempestatis delicati amasii secuti, ubi semel aliquo cum Viro docto congrediuntur, adeo muti fiunt, ut, quæ nolint, eadem, si possent, velle videri cogantur. Ita putidis illis atque languidis literulis strigosi imbecillium conscientia virium, etiam eam eloquentiam, quæ una atque adeo unica semper judicata est, quoniam consequi non possent, aggressi sunt insectari. Quarum ineptiarum quem putas alium habuisse ducem, quam eum, qui a veræ studio religionis eosdem prius aversos habuit. Pari enim insolentia atque petulantia furere orsus

ſus eſt adverſus Ciceronem, quantam impietatis aciem contra Dominum Deumque noſtrum diſtrinxerat. Itaque ego ei, cum metu cæteros ceſſantes, aut pudore animadvertiſſem pro virili reſpondi: eamque apologiam ad veſtros ordines miſi, qui de novis veſtris ſuffragiis judicium daretis. Cum igitur aliquot Collegiis privatim, cæteris autem omnibus una epiſtola ſuper ea re ſcripſiſſem, elegi te præter multos, quos ſuſpectos habebam, virum ſcientiæ & vitæ integritate præſtantem, cujus fidei atque probitate orationem meam commendarem, ut ſi forte probiorum æquanimitas ob publicam utilitatem, quam ex ea ſperent, imprimendam cenſeant, ne alia pro alia vox ſupponatur, neve quid intervertatur, neve majora amanuenſis mei errata videantur, quam ut veſtris innocentiſſimis judiciis emendari poſſint. Sic tibi cœleſtis omnis divorum exercitus faveat, defendatque tuas ſpes, hoc eſt, alumnos tuos, ne peſſimæ illius labis notis eorum animi commaculentur.

9. Col-

9.
Collegiis omnibus.

DEploramne causam vestram, optima atque nobilissima Collegia adolescentum, quorum in gratiam atque usum defensus a me Cicero, quem eloquentiæ vestræ ducem habetis, intercepta oratione mea rursus silentio damnatur? an meas conquerar vices, qui, cum apud vos Patronus essem a vobis vereor, ne reus factus sim. Id quod cum acerbissimum sit, multo magis acerbum illud est, quod neque, cujus vestrum implorem præsidium, scio, neque, si sciam, decet me supplicem pro vobis apud vos esse. Neque pro explorato est mihi, quem insimulem, aut quo pacto quispiam sit reus peragendus. Cum enim aliquot abhinc mensibus, omnibus vobis communem misissem orationem, qua Erasmiana calumnia procul a Cicerone propulsatur, privatimque ad Navarrense Collegium literas atque exemplum dedissem, rursusque nuncium meum, responsa ut acciperet, isthuc destinassem, neque concilium indictum comperit, quod, cum prius recederet, polliciti fuerant, neque qui responsum darent, invenit, neque cum exemplar

repe-

repeteret saltem, redditum est. Uno ut expediam verbo, nihil hominis, nihil sani. Et ego speraram pro humanitate vestra, atque erga studiosos omnes benevolentia summa, apud vos aut veterum merita auctorum, inter quos Cicero obtinet principatum, non obsolescere, aut recentiorum labores non negligi: præsertim eorum, qui cum antiquorum memoria, communem causam haberent. Itaque & Ciceronis nomen apud vos gratum fore, arbitratus sum, cujus excellentem eloquentiam universa jam Gallia receptam a sese, atque gratissimis præsidiis munitam exprimitis; & meum non invisum, qui illius fortunam invidentis hominis Erasmi superbia male habitam cum mea conjunxeram ad omnium vestrum usum atque utilitatem. Nam quod ad me attinet, satis habebam ridens hominem nebulonem, qui jam erroribus suis minor erat, agebaturque illis magis, quam agebat. Sed quod eos edere aggressus sum, quis mihi vitio vertet; si illi licet maledicere, quare non erit integrum mihi maledicta benedicendo refellere? Si meum nomen vestri nominis ope tutius arbitratus sum, quomodo minus decet, me damnare, quam vos ipsos? Aut si jam id licet, si decet,

cet, age vero, etiam ita necesse sit, ut, me indemnato, Resp. literaria consistere non possit: quare non me condemnastis? quam ob causam non prudentior vestris judiciis factus sum, quos doctiores meis lucubrationibus effectos volebam? Scilicet Ephesium incendi templum. Propterea silentio vestro meum nomen oblivioni dabitur. Intercepto uno exemplari, tot meorum tota monumentorum memoria mei periit: Legetur adhuc, legetur, & si tota Lutetia exulabit, media, in Germania, contra quam loquitur, perfectam dabo. Unius tantum rei gratia hæc ad vos scribo: Velim enim, certiorem me faciatis, velitisne vestro nomine, quos judices mihi constitueram, eam orationem circumferri, an alio quopiam, quod jam mihi esse præsto sentio: alioqui novo exemplo jam edendam curassem.



VIII.

VIII.

EPISTOLÆ QUÆDAM INEDITÆ (a) HENRICI ET HADRIANI VALESIORUM

AD

JO. ALB. PORTNERUM,

Camerarium quondam & Proto Scholarcham Reip. Ratisbonensis (b).

I.

Vir CLarissime!

REddidit mihi literas tuas Jacobus Puteanus noster; quæ quidem duplici nomine mihi gratissimæ extiterunt, tum quod

(a) Has humanitati Summe Reverendi atque Celeberrimi D. Gust. Georg. Zeltneri, Præceptoris mei Optimi, debeo.

(b) De Portnero vide Celeb. Struvium in Præfat. secundi fasciculi Actor. Litter.

ex iis cognovi ſalvum te & incolumem ex longinqua peregrinatione domum rediiſſe; tum quod memoriam noſtri in animo tuo penitus defixam hærere intellexi. Memorem te profecto & grati animi virum eſſe, ex eo apparet, quod leve admodum officium, quod tibi ac ſodali tuo, dum in hac urbe eſſetis, præſtiti, tam religioſe in arcano pectoris tui conditum teneas. Dignus certe es, in quem ſumma beneficia ab omnibus conferantur, cum in habenda & referenda gratia tantam adhibeas diligentiam. *Orationem meam de laudibus Petavii* ad te mitto, quæ, ut credo, magis argumento ipſo, quam ſcriptoris merito, tibi placitura eſt. Si quid apud vos novi cuditur in re literaria, rogo, ut me viciſſim certiorem facias: ſimulque tibi perſuadeas, nihil eſſe, quod non ego tua cauſa libentiſſime ſim facturus. Magni enim facio ſingularem virtutem Tuam atque doctrinam, & cum hujusmodi viris amicitiæ fœdus jungere maximum lucrum puto. Itaque conditionem, quam mihi contuliſti, non amplector modo, verum etiam ultro ambio, ſic tamen, ut omnia inter nos ſint paria. *Eſt enim ejusmodi lex amicitiæ*, quemadmodum noſti, *ut pares aut accipiat, aut faciat*.

Vale

Vale igitur Vir CL. & me ama, teque vicissim a me amari pro certo habe.

Lutetiæ Parisiorum. XI. Cal. Jul. MDCLIII.

Tuus ex animo

Henricus Valesius.

2.

Amplissime & CL. Vir!

REcte & omnino de amicitia nostra judicasti, qui ita censueris, nos, qui prioribus literis tuis nondum responderamus, non oblivione nominis tui id præstitisse, sed casu aliquo aut literariis occupationibus districtos a scribendo cessasse. Quomodo tui nos oblivio capere posset, hominis amicissimi atque amantissimi, quem unum ex omnibus Germanis, qui quidem ad notitiam nostram pervenerunt, præcipue mirati sumus, tum ob præstantiam ingenii, tum ob eximiam doctrinam, modestiam, humanitatem. Itaque quod ille apud Homerum de Ulysse dixit

Πῶς ἂν τοι ὁ δυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην

Imo vero potiori jure, quam ille. Uni

enim homini facile obrepit alterius oblivio. Fratribus vero, qui in iisdem ædibus, eodem in cubiculo degunt, iisdemque studiis occupati sunt, non tam facile id contingit: cum si alter forte communis amici oblitus sit, alter præsto sit, qui memoriam ejus refricet. Sic igitur de nobis habe, nos, quamvis studiis literarum penitus addicti atque immersi simus, tamen amicorum absentium memoriam constantissime fovere ac retinere, eorum prosperis rebus atque incrementis, eorum literis ac nuntiis delectari. Quam ob rem maximam animo capimus voluptatem, cum ex prioribus literis Tuis cognovimus, Te V. CL. in Senatorium ordinem allectum fuisse. Quam dignitatem, cum tu in primo ætatis flore consecutus sis, non sine causa auguramur, gradum tibi ad majora esse futurum. Nos interea, quid agamus, quando tibi curæ est, accipe: *Eusebii nostri interpretatio cum notis*, jam dudum absoluta est, spero me propediem acturum cum Typographo de ejus editione; idque ex consensu Antistitum Cleri Gallicani. Eodem tempore edetur typis, ut spero, fratris historia. Nam Cramoisius Octobri mense editionem se aggressurum esse, promisit. Prorsus difficil-

limum

limum apud nos est nancisci typographos, cum nugæ vernaculo sermone scriptæ avidius ab his appetuntur, quam Latini aut Græci libri. Adeo non apud vos solum, ut scribis, sed hic etiam studia frigent. Quo magis eniti omnes atque elaborare debemus, ut literas pene jam ruentes in præceps, quantum in nobis est, sustineamus. Vale, Vir Amplissime, & nos ama. Pridie Idus Augustas M D C L V.

A. T. addictissimi fratres
Henricus & Hadrianus
Valesii.

3.

HADRIANUS VALESIUS
JOH. ALBERTO PORTNERO,

Viro CLmo & Illustri,

S. D.

MIratus es fortasse non semel diuturnum silentium meum, Vir CLme, & promissi supremorumque verborum me parum

memorem existimasti, qui te revertentem in patriam ac valedicentem ultro ad commercium literarum invitaverim. Sed miraberis magis, postquam intellexeris meum silentium non alii, quam tibimet ipsi imputari oportere. Qui tandem inquies, aut qua ratione aliena in me culpa conferri potest, cum tres ad vos scripserim & vix unam a vobis epistolam extuderim? Nimirum dum unam ad me fratremque epistolam mittis & duos parietes eadem fidelia dealbas, factum est, ut altero alteri curam rescribendi delegante diu ambo cessaverimus. Accidit enim, nescio quomodo, *ut quæ multorum sunt communia, a singulis negligantur*. Hinc natum apud vos proverbium: *asinum, qui famulorum usibus destinatus sit, pessime omnium sterni consuevisse*. Quare melius cautiusque faceres, si alternas nunc fratri, nunc mihi scripseris, ne quandoque iterum querare, tui nos oblitos esse. An ego possim oblivisci Portneri mei, qui me amat, laudat, amplectitur immerentem; cujus humanitatem, suavitatem morum ac doctrinam novi; quem (ita me DEUS adjuvet,) nonnunquam absentem desidero? Unum peto a Te, ut quoties de nobis loqueris aut scribes, laudibus parcas, nec de

nostris

nostris occupatiunculis opusculisque tam sublimiter, de te vero rebusque tuis tam demisse sentias; quod ipsum a singulari tua erga me benevolentia proficisci intelligo. Pergratum est mihi, quod diligenter de vestrorum operibus scribis, imprimis de *Hermanno Conringio*, Medico & Philosopho, cujus ego dissertationes (si jam tamen Lutetiam delatæ sunt) avide sum lecturus, præsertim ultimam de finibus Imperii Germanici, in qua mentionem mei factam dicis. Nam ut scis ipse, historiam efflictim depereo, & notitiam antiquitatis libentius, quam elegantem puellam amplector ac deosculor. De Joh. Henr. Boeclero, quid post Scaligerum in Manilio præstiterit, & unde Historiam Germaniæ suæ ordiatur, non nuntias. Ut te remunerem quam simillimo munere, accipe nunc non jam Danâum insidias, sed nostrorum nugas. *Capellani Johanna* illa XXV. aut XXX. annorum, opus, nec dum tamen tota editur, sed dimidia ex parte, & velut umbilicotenus, credo, ne inferiora casti lectoris aut pudicarum foeminarum oculos offendant. *Menagius* ab Italicis ad Francica convertitur, iterum forsitan a Francicis ad Italica revolvendus & post editos suos

in Amyntam Commentarios, obſervationes *in Malaberbium* Poëtam Rhythmicum noſtrum vulgare parat; alteram etiam nobis editionem minitatur carminum ſuorum. Quid plura? *Verſus facit, nec viris modo, ſed etiam principibus fœminis legit*, omnibus denique artibus id agit, ut (alia tamen ratione, quam Agathocles) apud utrumque ſexum famoſus ſit. Interea frigent viri docti, frigent bonæ artes, Græca ac Latina deſpiciuntur; jacet hiſtoria; non tamen animum deſpondeo, ſed ſero arbores, alteri ſeculo profuturas. Spero poſt XV. menſium tædia anno demum novo mihi prælum vacaturum. Sunt &, qui me hortentur, ut Carmina mea publicem: quod forſitan ſum facturus. Frater meus conventum Epiſcoporum, qui brevi Lutetiæ habendus eſt, exſpectat. Hi ſtatuent, a quo Euſebium edi velint, ſuisque ſumtibus rem conficient. Launæus, quid agat ſcire difficile eſt; nam ne tum quidem, cum aliquid edendum curat, edere vult videri. *Dum hæc ſcribebam, Gaſſendus Philoſophus ac Mathematicus clarus in paucis, ſapientia ac ſuavitate morum nemini non amabilis animam, agebat bimeſtri febre conſumtus.* Sed ut ad Te revertar, quid moliris? quid

quid meditaris? an uxorem duxisti? Nihilnè apud vos? nihil apud finitimos novi? ne litteræ rerum vacuæ mittantur. Cantarellus, Faber, Launæus, Menagius, faterque meus te salutant. Patronus fisci Bignonius aquas Burbonenses petiit, dum podagræ suæ lenimentum aliquod magis quam remedium quærit. Vale Vir CL. & me totum tuum puta. Lenzio Viro CLmo, affini tuo, salutem a me plurimam dices. Iterum vale. Data Lutetiæ Parisiorum XIII. Kal. Nov. Anno 1655.

4.

HADRIANUS VALESIUS JOH. ALBERTO PORTNERO,

Viro Amplissimo & Clarissimo Reipublicæ Ratisbonensis Consiliario,

S. P. D.

CL. Vir!

VEreor, ne diuturnum silentium meum in malam partem acceperis, & (quod jam

jam semel tibi accidisse scribis) omnino litteras meas desperaveris. Equidem magis amicorum meorum bonitati soleo confidere, & in eis excusandis ingeniosus sum, etiam si quam culpam negligentiæ desidiæque commiserint. Quod idem invicem facere eos convenit, nec unquam de me male opinari, aut si peccaverim pœnitentiæ mutationisque spem abjicere. Tu igitur, Vir optime, persuasissimum habe, ut tibi serius rescribam, aut ut muter, oblivistarque tui, nulla ratione posse contingere. Stupes forsitan, dum hæc legis, & me, qui veniam petere debeam, subirasci tibi putas. Ego vero nemini irasci consuevi, nedum amico, nedum inter amicos tibi, quem & plurimi facio, & omnibus exteris amicis ac familiaribus meis unum facile antepono. Quod autem in tuis & ad fratrem, & ad me epistolis jocans scribis, te in mittendis ad nos litteris præscriptum meum secuturum, plane consilium meum non fuit, tibi tanto & tam consummatæ prudentiæ Viro, quicquam præscribere, aut (quod de sue dicitur) Minervam docere; sed eam excogitavi rationem, quam tu si probares, sequi posses. Nam *inter duos fratres in eadem habitantes domo*, eisdem dedi-

deditos etiam ſtudiis, ſi non lites, ſaltim *friguſcula* ac ſilentia aliquando oriuntur, & eorum, quæ utrumque ſcire oporteat, notitiam alteri eripiunt, interdum & ambobus. Præterea, ſi unus duorum nomine ſcribat, communia & ad ambos pertinentia ſcribere cogitur: ad propria, peculiaria, ac veluti ſua deſcendere, niſi turbato rerum ordine, vix poteſt. Quanquam ea vi parum profectum forte dices, & ne ſic quidem crebriores te a me literas accepiſſe. Qua de re queri, ut ſpero, deſines, cum intellexeris, me uno tempore duobus prælis urgeri ac premi. *Hiſtoria* enim *Francica* tandem aliquando *editur*. *Carmina noſtra* emendanda, recognoſcenda, ac typis præparanda fuere, quæ brevi, ni fallor, *edentur*. Nec interea lectitare opera noſtrorum recentia ſuperſedeo, inprimis Capellani Virginem Aurelianenſem, & quæ in eo carmine reprehenſa pauca & levia e plurimis atque graviſſimis. *Michaelis Marolli*, Abbatis Villapuſenſis, *de vita ſua* Commentarios *haud injucundos*; *Franciſci Hedelini*, Abbatis Albiniacenſis, pro *Heautontimorumeno* in Ægidium Menagium *diſſertationes* duas; in ejusdem Menagii Eclogam Advocati cujusdam Adoleſcentis obſervationes;

præ-

præterea Caroli *Ogerii iter Danicum*, *Suecicum & Polonicum*. Vides ergo (ne de domesticis rebus loquar) quam non otiosus, vel potius quam occupatus sim, & quam facile a te absolvi ac veniam impetrare debeam. Gratissimum est, quod de Conringio deque Bœclero nuncias. Sed catalogus eorum, quæ anno superiore in Germania sunt edita, quem literis tuis incluseras, in manus meas non venit. Tua quippe epistola, post tres aut quatuor hebdomadas, quam Lutetiam venerat, aperta mihi est reddita, apparet resignatam fuisse ab aliquo, qui catalogum istum ibi contineri acceperat, eumque legere, aut potius subducere volebat, quem honestius a me impetrare potuisset. *Terentium Guieti*, *Brunonem Launei* nostri fac sciam, quæso, *an brevi vulgatos opera tua studioque visuri simus*. Utinam per negotia atque occupationes tuas Tibi liceret *Annales Ratisbonnenses*, *vel potius Radasponenses* conscribere. Alius certe tota in Germania reperiri non potest, cui ea cura melius & convenientius, quam tibi delegetur. Quis enim tersius, quis facilius te alter scribit? Quis ad maximam linguæ latinæ notitiam majorem Germanicarum ac præsertim domesticarum rerum

rerum cognitionem adjunxit? Accedit vir singularis ingenii cum judicio defœcato conjuncta & dotes omnes, quæ eximium Historicum faciunt: id quod vel ex solis epistolis abunde intelligitur. *Elegiam Tuam de Gassendo* nostro summa cum voluptate legi. Carmen est, ita me DEUS amet, elegans & cultum & divite sed non publica vena fluens. Miratus sum, Te, quem Poëtam esse non putabam, tales & tam Ovidianos versus facere; in quibus fratris ac mei mentionem ita facis, ut me legentem, aut potius ambos pudore suffuderis. Ago gratias bonitati tuæ, quæ de Amicis ita Te judicare compellit, & rogo, ut deinceps laudibus indebitis & chartæ parcas, *nec me*, nisi forte per anticipationem, *Regis Christianissimi Consiliarium & Historiographum liberaliter vocites: Quos titulos apud nos impudentissimus & indoctissimus quisque ac plane ἀνιστόρητος, sed sine fructu plerunque consequitur.* Vale Vir CL. & doctissime, ac me, sicut facis, amare perge. Lenzium, V. C. affinem tuum salvere plurimum cupio. Frater meus vos ambos salutat. Iterum vale. Data Lutetiæ Parisiorum XVII. Kalendas April. Anno Domini. DMCLVI.

5. *Am-*

Amplissimo CLmoque Viro,

JOH. ALBERTO PORTNERO,

HADRIANUS VALESIUS

S.

CLme & Amplissime Vir!

LEgi *Conringii* Librum *de finibus Imperii Germanici*, in quo Philippi quidem & Johannis Valesiorum Franciæ Regum aliqua fit mentio; mei, quod tu tamen scripseras, nulla. Cujus libri titulum jure quis arguat. Nullum enim usquam Imperium Germanicum fuit unquam, nullum est hodieque: nec Imperator, etiamsi in Germania sedem habet, Germanorum Imperator est, sed, ut ipse se more Majorum appellat, Rex Germaniæ & Romanorum Imperator: Si tamen Romanorum Imperator vocari debet, qui urbi Romæ non imperat, & ab Episcopo Ecclesiæ Romanæ Romæ de Senatus populique Romani sententia dudum desiit consecrari. Nihilominus Conrin-

ringius imperio illi suo Germanico pæne ipsum Francorum regnum (ne de cæteris loquar) veluti in formulam Provinciæ redactum, aut beneficium aliquod attribuit, quod plane est caput pedibus, Dominos rebellibus famulis subjicere, cum Reges Francorum diu Germaniam, Noricum, Pannoniam & regnum Longobardorum ac Ducatum Romanum, omnia denique, quæ Imperatores vestri possident, ac triplo etiam plura tenuerint, & regnum illud Germanicum, occasione bellorum nostrorum civilium, sit translatum ad exteros, qui a Caroli M. familia desciverunt. Tanta quidem nominis Francici reverentia etiam post translationem hanc mansit in animis Germanorum ac Lotharienſium, ut regnum Germaniæ diu ac etiam sub Henricis regnum Francorum (nimirum Orientalium) appellaretur, nec alibi, quam in Francia, vulgo nunc Franconia dicta, videlicet Moguntiaci aut Francofurdi reges; Germaniæ (veluti Conringio placet) Imperatores Majestatem Francicam, cui sua omnia debent, sugillare; quandoquidem Reges nostri, qui in omnia Majorum suorum jura successerunt, erepta eis regna armis repetere a Regibus Germaniæ justius possunt, quam Re-

ges Germaniæ aliquid in Franciam Dominam quondam suam juris sibi vindicare. Multa plane legit Conringius, sed quicquid legitur, etiam tabulas, epistolas, pactiones transcribit & congerit, *magnaque de nihilo nascitur historia.* Inprimis pag. 6. scribit, Francos ab antiquissimis usque temporibus florente imperio Romano tenuisse partem Germaniæ, quæ Francia vel Franconia hodieque dicitur, qui si opus meum legisset, didicisset, Francorum ad ostia Rheni & ad Oceanum sedes tum fuisse, Alemannorum autem (ut Aurelius Victor in Caracalla docet) ad Mœnum in ea regione, quæ postea circa Pipini & Caroli M. ætatem incertam ob causam Francia, vel Francia Orientalis, demum Franconia dicta est. Idem p. 628. regionem Burgundiæ Comitatum Carolinum apud Bodinum pro comitatu Burgundiæ accipit, errore puerili: sed ab aliquo admonitus erratum istud ad calcem libri emendavit. Quod autem *saltim pro saltem* tantopere affectat, fallitur. Saltim enim πηδητικῶς seu saltuatim; saltem vero γὲ νῦν κἂν significare vetera glossaria Latino Græca docent. Sed de his satis, quæ ne tibi rugam trahant, metuo, ne de amico tuo tibi videar male aut etiam

mali-

maligne ſentire. Libellum Launæi noſtri, qui tandem vires ſuas recepit, nondum accepi, quem una cum Terentio Guieti & *Bullialdi* opuſculis exſpecto, ſed multo magis *Annales tuos*, quos brevi me viſurum dicis. Tene virum alias apertum adeo lucubrationes tuas premere, ut amici tui non primo ſciant, te aliquid ſcripſiſſe, quam illud editum legant. Quod ad urbem veſtram attinet in Itinerario, quod Antonini vocant, Regium mendoſe appellatur, pro Regnum, ſic Auguſti in 20. Regio m. 24. Abuſina 20. Ubi Regino tabula Theodoſiana, vulgo Peutingeriana ab Editoribus dicta, habet. *Inter primos hiſtoricorum noſtrorum* (ut vitam S. Emmerani omittam) *mentionem ejusdem urbis fecit Eginhardus* in rebus geſtis Caroli M. ad annum 791. Reginum civitatem, (ait,) quæ nunc Reganesburg vocatur: Quem Poeta Saxo ſequitur in Lib. III. de vita ejus Principis:

Rex autem veniens *Reginũ*, quam *Reganesburg*
nunc vocitant.

In annalibus Fuldenſibus a. 889. Rex Arnolphus in urbe Regino natalem Domini celebraviſſe & anno 891. urbs Epiſcopum

ſuum morbo amiſiſſe ac incenſa eſſe dicitur: quam nunc Reganesburg, nunc Ragenesburg aut Raganisburg modo Ragenesburgum, Ragenisburg, Regenesburg & Reginisburg, modo Ragnisburg, Rainesburg civitatem Bojoariæ, Ragansburg quoque, Regnesburg & Renesburg in Veteribus noſtris annalibus appellatam eſſe reperio a flumine, ut ajunt, urbem alluente. At Monachus Fuldenſis *auctor Annalium* a Pithœo & Frehero publicatorum, quos *Fuldenſes* vocant, *primus Reginum* nuncupat, nunc Ratisbonam atque etiam Ratispanam; quæ Ratisbona vel Ratispana poſtea dici cœpta. Certe Regino, ſuppar auctor Annalium Fuldenſium ad An. 791. & 793. ac alias paſſim Ratisbonam appellat. Ex quo intelligitur, falſo, ne dicam ridicule, a Günthero Ratisbonam, quaſi bonam Ratibus vel Ratisponam, quod ibi rates ponerentur, dictam exiſtimari. Quis enim linguæ latinæ gnarus unquam eo ſenſu dixit rates ponere? aut quod unquam a ponendo nomen formatum eſt, quod in pona deſineret? Et Ratisbona, non Ratispona, appellata eſſet, ſi, qui ita vocarunt, ratibus bonam vel commodam & opportunam deſignare voluiſſent. Reginum ergo,

go, ut videtur, postea Reganesburgus ante annos 850. deinde Rataspona vel Radespona, postremo corrupto nomine Ratisbona dicta est; & veterum authorum magis, quam Guntheri ratio haberi debet. Sed, quid ego Te doceo, Sus Minervam, quem non dubito omnes Annales veteres, omnia Chronica, vitas etiam Sanctorum, scriptores rerum Francicarum à Chesnio editos, præsertim Tom. II. & III. scriptoresque rerum Germanicarum antiquos ab Urstisio, Pistorio aliisque publicatos diligenter evolvisse & urbis Regini Antiquitates a prima origine repetiisse ac scripsisse. Habeo inter amicos *Vionem Herovallium* publicarum rationum auditorem, virum historiæ studiosissimum & demerendis hominibus doctis genitum, qui si quid tibi profuturum habeat, ultro & sponte largietur. Hoc, si tamen vis ipse, ex eo quæram & tibi mandabo. *Dominus de Sallo* in Amplissima curia Parisina Senator, amicus meus, scire cupit, qui sint apud vos libri lingua germanica elegantissime scripti atque compositi: quos legere vult, ut linguam vestram ac omnes ejus veneres discat. Id quæso fac sciam, virum nobilem & doctum mecum obligabis. *Paulum Christophorum*

phorum Forstnerum commendatione tua dignum esse, non ex literis modo tuis, sed etiam ex vultu ipso ac sermone facile intellexi. Hic semel nos invisit, quem postea diu multumque quæsitum invenire non potui, cui meo & fratris nomine omnia tua causa polliceor. Vale Vir CLme, cum Affine Tuo V. CL. Lenzio. Ambos frater meus salvare jubet. Data Lutetiæ Parisiorum Kalendis Julii. Anno Dom. MDCLVI.



IX. EPI-

IX.

EPISTOLÆ

Quædam ineditæ Theologi de Christi Ecclesia meritissimi

B. D. PHIL. JAC. SPENERI

AD

JO. SCHILTERUM

JCtum & Polyhistorem quondam Argentoratensem celeberrimum (a).

A.

P. S.

Vir Nobilissime, Excellentissime, Domine in DOMINO æstimatissime.

PRorsus opportuno tempore Tuæ mihi ante aliquot horas oblatæ sunt, cum jam istas heri scripsissem, eo consilio, ut

Mm 3 cras

(a) Has mecum debes humanitati Viri Consultissimi atque Eruditissimi D. Jo. Christiani Simonis, JCti &c.

cras epistolæ ad Illustrem Seckendorfium istas & Fritschianas includerem. Porro totum me rubore perfuderant ex tarditatis meæ conscientia, cum præterea ex illis addiscerem, quod aliquo responsi desiderium Te tenuerit. Inprimis vero, quod te fatis Tuis narrasti, plurimum me afflixit, eo magis quod tale quid non expectarem. Sed meum quoque dolorem hoc mitigat, quod in animi Tui constantia divinæ virtutis operationem agnosco, quando omnia in divinam voluntatem refers, & hanc gratiosam, etiam ubi improbis in nos aliqua permittit, prædicas. Ita omnino est, Amice in paucis dilecte, sunt viæ DOMINI mirabiles, primoque ingressu tenebris involutæ & salebrosæ, sed earum exitus luce pura fulget.

& Syndici Campidonensis longe meritissimi, Bibliothecæ Schilterianæ Possessoris dignissimi, cujus e Museo in lucem nuper prodire cœpit Thesaurus Antiquitatum Tevtonicarum Schilterianus, opus desideratissimum & præstantissimum. Non autem reperiuntur hæ epistolæ, pietatem, prudentiam & eruditionem edecumatam spirantes in Consiliis & Judiciis theologicis B. Speneri Latinis, Francof. A. 1709. in 4. excusis, ni fortassis in inquirendo mei me fefellerint oculi. Plures ad B. Schilterum a Baluzio, Mabillonio, Conringio, Carpzovio aliisque datas epistolas mecum benevole se communicaturum promisit Dominus Possessor mihi faventissimus.

get. Unde si recte utamur oblata in his quoque adversis gratia, reperiemus, tantundem virtutis variæ exercitio illa nobis prodesse, atque in secundis nobis optare poteramus. Nempe quum proprio inprimis experimento addiscitur, quam rerum humanarum fluxa fides, inconstans vicissitudo & spes illis nixa ambigua sit, magis magisque ab omni in illas fiducia & amore inordinato animus noster purgatur, divinæ deinceps operationi recipiendæ aptior: ex hac autem omne illud est, quo nostram felicitatem æstimare decet. Nondum vero ex Tuis satis capio, omnino ad vitam privatam redieris, an oblatam a Serenissimo Fratre (an hic Princeps Isennacensis?) dignitatem susceperis, cujus certus fieri aveo. Vitam privatam Tibi non inviderem, cujus dulcedinem, cum, post tot fastidia, inter publicas curas & negotiorum, omnem pene quietem animi sæpius adimentium, strepitus, diu tanquam fluctibus jactati sentire semel coepere, non satis commendare valent, uti exemplum in vicinia Generosus Seckendorfius præbere potest. Talenti vero cælitus concrediti usum, eo tempore, quo & animo & corpore Te adhuc valere credo, publicis commodis subtrahi, ægre

 ferrem,

ferrem, nec hoc divinum consilium reor, quo Te destinatum sentio, non ut Tibi, sed ut proximo servias: quamvis enim nec privatæ vitæ deest, de isto bene merendi frequens occasio, mensuram tamen in Te collatæ gratiæ ampliorem puto, quam ut privatus eam omnem aliorum usibus impendere valeres. Quod hac causa scribo, ne dubites, nisi jam factum est, aliunde oblata suscipere. Ego Tui, uti me decet, in precibus memor, Cœlestem Patrem flagitabo, qui pro infinita sapientia sua ita de Te disponat, uti nomini ipsius gloriosum & Tuæ aliorumque saluti quam maxime futurum est proficuum. Ad reliqua epistolæ argumenta paucis me expedire necesse. Votis piis & gratias repono amicas, & ut eadem vobis eveniant. Chartarum libri Tui, ad me missarum, ultima istis characteribus notatur H h h h h: si reliqua submittere velis gratum mihi donum futurum est, cui tamen, præter istas pagellas, jam quod reponam non habeo. Phænomenon igneum, tota Germania visum, me etiam afficit, qui alias non omnibus moveor. Magnus est DOMINUS in omnibus operibus suis & justa sunt ipsius judicia, quibuscunque indicibus ea denunciare, vel mi-

nistris

niſtris exſequi decrevit. Augurium miſſum ingenio me delectat, ſed argumento terret. Quid rota & quid jus Laxenburgicum, ex Tua interpretatione cognoſcere optarim. Mitiget utinam DOMINUS judicia ſua & multa miſericordia temperet, nobis vero gratiam largiatur, qua ipſius voluntatem ſanctam ſemper adoremus, & ut una ſemper fiat, toto corde oremus. Eidem Tu commendatus Vale.

Excellentiſſ. Ludolfum ex Te, cum convenero, ſalutabo. Catarrhus & tuſſis eum per plures ſeptimanas domi tenuit, ſed nunc puto melius habere.

Literas D. Obrechto inſcriptas L. Kulpiſius ſecum feret, qui cras Argentoratum ad capeſſendam profeſſionem juris proficiſcitur.

B.

JESUM cum omnibus gratiæ suæ & salutis thesauris!

Vir Magnifice, Nobilissime, Excellentissime Domine Fautor & Amice Honoratissime.

SI unquam, certe nunc, post tam obstinatam responsi moram, mali nominis nomen merui: Prima tarditatis causa, quæ semper esse solet, distractio in varia, quæ me nunquam meum pro arbitrio vel amicorum esse sinit, & æstatis pars, extra civitatem curandæ valetudini exacta, reliquam etiam pluribus negotiis implevit, quæ post aliquam absentiam reduces fere opprimere solet. Inde cum misisses operis Tui de libertate Eccles. German. priora, quicquid nempe e prælo prodierat, pro quo munere ago gratias maximas, indecorum videbatur, respondere epistolæ, nisi ad ista simul responderem, adeoque cum cura perlustrandi prius nanciscerer otium, hoc vero quam non abundem, qui me norunt, norunt omnes: & si quod aliis occupationibus

nibus subtraherem, novus labor, de quo mox, sibi vindicare videbatur. Accessit demum, ut fieri solet, pudor, quod erubescerem, coram eo serius comparere, ad cujus epistolas in respondendo promtum esse decuerat. Ita alia post aliam septimana effluxit, dum de literis scribendis delibero, & non una subinde caussa calamum manu excussit, aut subduxit. Sed ea de Tuo in me affectu est persuasio, ut huic etiam tarditati meæ, aut negligentiæ haud difficilem sperem veniam, quam roganti & culpam fasso saltem non denegabis. Antequam autem ad Tuas convertar, quod de novo labore dixeram explicandum duco. Aggressus est proximis nundinis meos de Justificatione excusos sermones aliquis Bartholomeanæ hac in urbe ædis Scholasticus D. Brevingius, & libellum mihi oppositum Excellentissimis, qui in hac urbe erant, legatis inscripsit pariter & obtulit, quod miser in ea hæreret opinione, se totam prostravisse Lutheri sectam qui justificationis doctrinam protrivisset. Porro cum homo sit, quem & judicium & eruditio & sensus animi exprimendi facultas pariter deficiunt (unde ex autore facile de libello judicium) nullum imminebat veritati aut

Eccle-

Ecclesiæ nostræ ex scripto periculum, nulla seductio: Visum tamen mihi est necessarium, ne offenderentur infirmi, arbitrati, & dici potuisse; & non potuisse refelli, tum ut divinæ vocationi obsecundarem, respondere adversario. Nam ut verum fatear, qui hactenus solicite caveram, ne implicarer polemicis, hanc aggressionem, peculiari cœlesti consilio factam, haud quaquam dubito, ut occasio subministraretur, non solum aliquas adhuc hinc inde in fratrum animis superstites suspiciones diluendi, sed istam acropolin fidei nostræ, adversus veritatis hostes, pro viribus, quas ex alto suppeditabit DEUS, & ab hujus bonitate mihi, qui me amant, exorabunt, defendendi. Unde DOMINO gratias ago, qui cum me in hoc certamen trahi voluisset, hanc materiam disceptationis nostræ statuerit, quæ meditatione diligenti non esset indigna. Hanc ob rem occasione utendum reor, & non respondebo solum Brevingio, quod forte tantæ operæ non esset, sed materias de œconomia salutis, pro modo concessæ gratiæ, tractare diligenter constitui. Unde agendum mihi de imagine primæva, peccato, ἀδυναμίᾳ hominis, legis rigore, & servandi possibilitate aut im-

impoſſibilitate, merito Chriſti, converſione, regeneratione, renovatione, fide & ejus virtute, operibus, eorum neceſſitate & fiducia in illa, certitudine ſalutis, baptiſmo, abſolutione &c. atque adeo de illis rebus, in quibus cor Theologiæ noſtræ conſiſtit, & quarum ad juſtificationis puritatem cognitio neceſſaria eſt. Opus hoc non deſtinavi ſolum, verum etiam divina jam orſus ſum gratia, aſt unde, quod perficiendo neceſſarium eſt, otium nanciſcar, vix circumſpicio. Certe non alias horas, imo plerumque ſemihoras, quadrantes &c. impendere poſſum, quam quas furtim aliis, quæ me premunt, ſubtrahere licet. Unde, quicquid poſſum, tantiſper ex manibus depono, & tamen in nundinas proximas nihil omnino promittere audeo. Nunc ad veſtras ut accedam, ſemel iterumque deſideratum a Te eſt, ut meam de pace Eccleſiaſtica cujus ſpes 1566. in comitiis non omnino depoſita, ſed prorogata ſit, ſententiam exponerem. Fateor autem, non ſemel me de illo argumento cogitaviſſe, & hac etiam cauſa, ad reſponſum tardiorem eſſe factum. Quantumcunque autem rem totam expendam, ne minimam quidem negotii hujus ſpem ſupereſſe video, ut

ut hac desperatione factum existimem, quod ex eo tempore nunquam idem publice resumtum est consilium, sed ex manibus & animis depositum: postquam nimirum & Pontificii, maturius re expensa, intellexerint, causa universa ab Ecclesia semel decisa, politicis nihil amplius licere, aut religionis suæ caput, autoritatem istius, abnegandum esse, & nostri pariter agnovere, uno illo Tridentino ictu, postquam concilii autoritas a parte adversa agnita est, omnem, quam concordiæ ipsi etiam spem habuerant, esse præcisam. Cui ergo bono in deliberationem iterum deducerent, quod omni successu cariturum facile prævidebant, alteri etiam peccare existimabant, si quocunque modo se iterum ingererent causæ, ad Ecclesiasticos solos spectanti? Unde si etiam de illis non cogito, qui superstitiosius Romanæ curiæ adhærent, a qua superstitione saltem Franciam magna ex parte liberabimus, ne ab his quidem quicquam expectare licet: quod nunc etiam oculis videmus: quam enim animose potestatem Pontificis aggredi & intra cancellos canonum redigere ausi sunt. Rex & Clerus Gallicanus, non minori zelo, quicquid a fide Romana abit, perse-

quun-

quuntur, & Ecclesiæ, quam Catholicam vocant, in iis, quæ semel statuit, autoritatem sanctam haberi volunt. Unde licet tot motibus res agitata sit, donec concilium Tridentinum in regno publicaretur, quod in Thuano pluries legisse memini, & ne nunc quidem reformationis, quos vocant, articulos plane suscipiant, libertati Ecclesiæ suæ præjudicare creditos, canonum tamen dogmaticorum valorem in dubium revocari non patiuntur, atque adeo, postquam Ecclesiæ Catholicæ, ut se jactant, consensu illi confirmati sunt, infallibiles omnino judicant. His autem admissis, quæ concordia, nisi ex nostra subjectione? Ita difficilem omnino unionem etiam cum aliis, qui divortium fecere, existimo, cum solis pene Romanis impossibilem: quum enim apud istos spem quantulamcunque adhuc relinquit principii, Scripturæ non aliunde, vel ex hominum autoritate, sed ex seipsa & lumine spiritus explicandæ, communio, eam omnino prosternit, ex parte Romanorum, principii ipsius diversitas: ut nihil nobis quam preces supersint, & ut expectemus, quid DOMINVS tandem facturus sit, qui solus potest, quæ vires omnium superant. Quicquid autem

nos

nos tentaremus, non solum non profuturum, sed gravi præjudicio & periculo caussam veritatis subjecturum metuo. Unde etiam spero Te, Vir Excellentissime, in egregio, quod jam prodit, opere, ubi ad caput de Unione ventum fuerit, circumspecte acturum, ne non dicam Theologorum aliquorum in Te concites iras, sed ne Ecclesiæ nostræ, cui consultum serio vis, imprudens præjudicium crees, a qua Voluntate Te scio alienissimum, & Spiritum veritatis atque prudentiæ, qui calamum moderetur Tuum, ex animo precor. Porro quod ipsum Tuum egregium opus concernit, multum ille me delectat labor, cujus ut reliqua, quæ non adeo multa superesse ex dispositione olim publicata, a qua tamen observavi Te plurimum abire, & in libros ac capita plura historiam dispescere, prospicio, feliciter prodeant, & multum fructum ferant, DEUM pie precor, qui gratiam suam largiatur. Quod vero, ut aliquas meas animadversiones mitterem, petiisti, fateor, in hoc argumento, me Tuis desideriis satisfacere non posse: nam cum otium meum non permittat, ut toti materiæ immergar, & quibus uteris historias ipse evolvam, lectio talis, qua nunc mihi

mihi utendum est, nihil suppeditat, quod dignum sit, ut Tuos subiret oculos. Ut tamen videas voluntatem mihi non defuisse, pauculos, qui mihi inter legendum orti sunt, scrupulos annotabo: p. 11. dubitavi, an oecumenicorum conciliorum autoritas nimia statuatur, & scientiæ æquetur: & nescio quantum Lerinensis Commonitorio debeamus. p. 18. Ab obligatione legis nos liberatos Theologi non concedent, quamvis sensus intentus a vero non abeat, aliis vero verbis enunciari solitus. p. 25. χειροτονία appellatur ritus consacrationis Apostolicus; qui χειροθεσίας nomine venit: ista enim est potius electio ministrorum suffragiorum loco manuum extensione facta. p. 33. τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες ex Phil. 3. in sensu contrario videtur usurpari &c. Sed vel hæc sufficiant, nec levibus illis meis observatiunculis otio Tuo aut patientia abuti velim. Vale & divina gratia res Tuas, imo publicas age optime. Scrib. Francof. ad Moenum 24. Jan. 1683. cujus reliqua etiam DEUS DOMINVS temporis & æternitatis ita Tibi transigi jubeat, ne qua sine novo coelesti beneficio Tibi dies abeat, sed quotidie cum sole novo nova Spiritus gratia, virtus & benedictio

oriatur, cum occidente nova gratiarum de acceptis actio sursum ascendat. Ita precor

Nobiliss. T. Excell.

Ad preces & obsequia áddictissimus

Phil. Jac. Spenerus D.

C.

A Triumphatore mortis JESU omnia passionum ejus merita & resurrectionis fructus!

Vir Nobilissime, Magnifice, Excellentissime, Domine, Fautor & Amice desideratissime.

UTramque vestram accepisse non nego, moram vero condonatum iri occupationibus confido. Omnis ista hyems, quantum vacabat a necessariis officii negotiis, impendenda erat operi meo Theologico, cui Brevingius ansam dederat. Itá ut

ut ſemel iterumque ſeptimanas integras, exceptis diebus, quibus in publico cœtu, muneris publici gratia, comparendum fuit, extra ædes meas agerem, utpote qui domi absque interpellatione vix unam alteramve horam transigere poſſum. Ita literas etiam, quantum licebat, ſepoſui, donec expedita eſſent, quæ nundinæ inſtantes requirerent abſolvi. Nec tamen plane vöti mei compos factus ſum, cum enim una typographica officina non ſufficeret, reliquæ autem ſuas operas differre nollent, nec iſti ſuccurrere, niſi his abſolutis, liber meus non niſi hodie, digreſſis jam bibliopolis pluribus, in lucem prodiit. Continet ille 8. priora capita, novem autem ſequentia, aſt neutiquam paris prolixitatis, in alteram partem rejicere fuit neceſſe. Rogo DEUM, ut benedictionem ſuam impertiri velit, ut quod in ipſius nomine ſuſceptum áliquem fructum ferat ad confirmationem & defenſionem veritatis. Exemplum hic mitto, quod boni conſuli rogo, una cum aliis quibusdam noſtris μελετήμασι. Quod de libertate religionis agit absque ullo nomine prodire volui. Si enim Pontificiis autor innoteſcat, omnis vis ejus periit, & quem exinde opto fructus. Unde etiam

 inter

inter nostros credo quod præstet me latere. Ad res Tuas convertor, quas iterum dubias conquerere. Ut solatiis animum confirmem, me non eges, res Tuas soli DOMINO commendare & in illius voluntate acquiescere assuetus. Scias vero me etiam Tui coram DOMINO meminisse & hunc pie invocare, qui Te gloriæ suæ instrumentum diu servet & in quo ipsi servias abunde suppeditet. Quid vero? numquid aliorsum vocanti morem gerere non renuis? Si B. Strauchii, procancellarii quondam Giessensis, stationem adhuc vacuam non dedignare, res mihi in expedito videtur. Stipendium equidem adeo amplum non assignatur, uti Strauchius ille lautius Jenæ reliquit, quam Giessæ invenit: Statio tamen virò erudito perhonorifica, autoritas non contemnenda, &, ob aliquam directionem rerum academicarum, occasio egregia, de publicis commodis optime merendi, animum, huic soli fini intentum, commovere possent. Inprimis vita inter literas & literatos tranquillior portus aliquis videri potest diu fluctibus aulicis jactato. Et quam gauderem ego, Te nobis propiorem vivere. Quæso quid ea de re videatur, nulla interpo-

terposita mora perscribe: cum enim de ea mihi his diebus locutus sit Professor aliquis juris, qui Te præsidem ordinis sui cumprimis expetit, uterque cum desiderio expectamus, quid respondeas. Si enim obsequendi sit voluntas, negotium brevi expeditum iri ille autumat, inclinante in Te aula, sed Tui obtinendi non multa spe. DEO interim hoc quoque pie committam, ut de Te statuat, pro gratioso suo consilio. Helvigii, quam misisti, epistolam accepi, sed non nisi fugitivo oculo percurri. Chymiæ omnis ignarus quæ dicantur in isto argumento non intelligo, nec tamen aspernor. Historiam de nobili spectro superiori mense jam legeram Ratisponæ impressam, sed circumstantiis variantem, inprimis cum talis adderetur exitus, fœminam, quod obsequi moniali nollet, ab hac fractis brachiis & cruribus colloque contorto enectam. Ex vestra autem relatione superesse eam, nec dum a spectro liberatam intellexi. Quid de talibus sentiam, fateor, me hæsitare, & credere, quod nos plura lateant, & non omnia adeo certa sint in ista materia, uti quidem plerumque habentur. Piæ, quæ prædicatur, matronæ

potentem dexteram DOMINI adprecor tutricem, & ne qua tentatione opprimatur, quæ vires ipsius excederet. Exitum totius rei etiam cum desiderio aveo cognoscere. Causam fidei nostræ cum Quackeris, quos vocant, multo studio tractari & disceptari, in votis meis jam diu fuit. De hoc vero persuasus admodum sum, quod longe difficilius istud argumentum sit, quam reliquæ controversiæ, quæ nobis cum Papæis, aut Reformatis, vel Socinianis intercedunt. Sane opus est Theologis, non eruditione solum instructis, sed viva Spiritus S. virtute, & qui veras divinas in cordibus fidelium operationes experti, has a commentitiis fanaticorum inspirationibus dignoscere noverint. Hac ergo virtute ex alto indui eos, qui pro veritate pugnare debent, cœlestem Patrem rogo. Periculum quod Ecclesiæ nostræ a Thinensis episcopi consiliis impendere timui, DEI gratia majori ex parte discussum spero, post quam moniti electoralibus Saxonicis literis alii Principes seorsim ipsorum causam agere recusarunt. Cum enim singulos appellans & Theologos etiam singulos exquirens facile aliquos in partes trahere & schismati

occa-

occaſionem ſuppeditare potuiſſet, ſpem ſibi præciſam ultro agnoſcet, ubi intelliget, non niſi communicato conſilio & ita totius Eccleſiæ ſuffragiis auditis ſecum agendum. DEUS porro ſuum gregem ab omni ſeductione & periculoſis hujusmodi molimini-bus cuſtodiat. E Babylone eductos nulla unquam conditione in eandem remigrare atque ita beneficium divinum aſpernari decet, ſed potius illius inſultus patienter ferre, & cœleſte judicium, quod expletam peccatorum menſuram ſequetur, expectare. Vale in DOMINO, decus noſtrum, & quod facis me amare perge. Scrib. Francof. ad Mœn. 4. Apr. 1684.

Nobiliſſ. T. Excell.

Qui iſtas, ut arbitror, offeret Meltonius, concionatoris Aulici Darmſtattini filius eſt: ſi qua in parte ſtudia ipſius conſilio juvare noveris, de promptitudine veſtra ipſum ſecurum eſſe juſſi.

Ad preces & officia addictiſſimus

Phil. Jac. Spenerus D.

D.

A JESU Crucifixo

Quicquid ille cruce ſua nobis promeruit!

Vir Nobiliſſime, Ampliſſime, Excellentiſſime, Domine & amice Honoratiſſime ac in DOMINO Dilectiſſime.

SCio me ſcribere mei amanti, atque adeo ad veniam proclivi, nec tarditatis meæ, quod nunc etiam reſponſum ad epiſtolam ſuperiori anno ſcriptam, quam alia nuper ſecuta, debeo, prolixa excuſatione egere. Noſti ore & ſcriptis mihi loquentium frequentiam & numerum, noſti Diſtractiones varias, ſed noſti etiam, nec ex literarum demum multitudine colligere neceſſe habes, meum in Te animum. Qui ergo rarius loquor Tibi, frequentius loquor de Te iis, quibuſcum ſum, inprimis vero DEO, cui Te donorumque conceſſorum largiſſimum ſemper uſum commendo. Benedictus ſit ille, qui hactenus Te ſervavit incolumem & publicis commodis ſtrenue invigilantem,

tem, ſuæque gratiæ quotidianis documentis beat, dum vides non in vanum Te laborare, ſed laborum Tuorum atque Studiorum in juſtitiæ adminiſtratione & juventutis ad bonas literas manuductione luculentos extare fructus. Idem porro quoque Te ſuo regat Spiritu, & in ea Te ſervet tempora, quibus lætus eorum complementa videas & ſentias, quorum promiſſis ſuprema veritas ſuos jam non uno ſeculo refocillavit. Me quod concernit, quid ſcribam parum habeo, nec enim quos muneris mei profectus oſtendere quærentibus valeam ſingulares ſuppetunt. Interim de hoc DEO ago gratias, quod animum erigit ea fiducia, non poſſe vanos eſſe labores in ipſius timore & plane ipſo jubente ſuſceptos & peractos, ſed creſcere aliquam ſegetem, nobis incrementa ejus nec obſervantibus: ad quod plurimum contribuunt piorum Fratrum fideli corde fuſa vota: in quibus Tibi quoque multum debeo, gratiasque ago decentes pro iis, quæ & nuper meo bono nuncupaſti; & eorum alias etiam fidem facis. Si tamen hoc interroges, nihilne omnino divinæ benedictionis, dum hic ago, commonſtrare valeam, id cape. Videri ex miniſtris Ec-

clesiæ quorundam animos commotos, ut credant, alio in pascendis animabus studio sibi opus esse, quam diu assueverant: tum etiam quædam dogmata & ipsis & gregibus scitu necessaria esse, de quibus non adeo cogitaverant, & quorum tamen in negotio sanctificationis usus maximus est. Incalescunt etiam in academiis studiosorum quamplurimorum animi intensiori sacrarum literarum, quæ sane satis diu ipsis Theologiæ consecraneis ignotiores quam par erat mansere, saltem negligentiore tractatæ sunt amore. Incipiunt vero magis persentiscere, quod illarum cognitio longe majoris æstimanda sit, quam quæcunque aliæ sacræ etiam eruditionis partes; unde cum inter Doctores non fuissent, qui ipsorum desideriis plane hac in re satisfacerent, ipsi sibi consuluere, & Lipsiæ tres jam cœtus coivere eorum, qui uno illi fini congregari solent multo suo cum profectu: quorum illi, qui primus fuit, nunc etiam præsentiam suam plerumque commodat Excellentissimus Alberti, atque adeo reliquis calcar addit. Exemplum horum secuti sunt Wittebergenses, & nuper collegium ejusmodi, uti loqui amant, docti & pii magistri instituerant, quale

etiam

etiam Jenæ frequentari comperi. Mihi vero hoc persuasissimum est, tum demum de Scholis & Ecclesiis nostris bene agi, si sacer ordo omnem sapientiam suam ex solis divinis oraculis haurire discat, studiisque reliquis ex eo tribuatur honos, prout quodvis ad illa pandenda propius facit. Cœpi etiam Serenissimo Electore non abnuente superiori anno ipso ineunte catecheticum examen domi meæ, tantum ut periculum facerem, quæ hominum cupido esset aut ardor ad discenda veritatis & pietatis fundamenta. Hic vero brevi tempore longe maximus apparuit, & spem nostram superavit, adeo ut exercitium illud ex omni ætate, sexu, ordine tot homines invisere soleant, quot ædium non omnino angustarum spatium capit. Apparuit exemplo hoc, non esse quod de auditoribus conqueramur, omnino salutis suæ cunctos incurios esse, verum si sint qui fideliter instruere velint, adfluere multitudinem insignem. Non nego, conatu hoc meo, multorum me in me provocasse odia & invidiam quod me in alienam messem (tanquam non omnium esset, quovis modo aliorum succurrere ignorantiæ, & docendi munere non una methodo fungi) falcem immit-

immittere, & functionis meæ dignitati (quasi ulla major esse posset, quam fieri gratiæ divinæ apud plures instrumentum) aliquid contemti hoc officio derogare, arbitrentur. Ast talia ferre jam diu divina gratia assuetus non passus sum iniquis me ab instituto avocari. Unde conticescere videntur anseres isti, saltem minus frequentes eorum ad me perferuntur voces. Spero etiam brevi fore, ut in publicum locum mihi exercitium transferre liceat: inprimis postquam in nupera dicta provinciali Synodo rem deliberari Serenissimus noster voluit, quod Protosynedrii a pluribus annis consultatio fuerat, ut videlicet catechetica examina singulis Dominicis habenda in universa ditione Saxonica introducerentur, quod Ecclesiasticæ Ordinationes jam superiori jusserant seculo, & haud dubie instituerant, sed quod videtur sequentium temporum calamitates salutarem ordinem denuo sustulerunt. Laudarunt quoque ordines Electoris salutare consilium, atque ita communi consensu autoritas Catechesi addita, nec aliud jam reliquum est, quam ut executioni deliberata dentur, ad quod cœlestis Pater prudentiam, illisque qui operam suam navare debent, necessa-

riam

riam ad labores hos προθυμίαν largiatur, ex quo pendet, quantum ex instituto ex se salutari post hac sperandum sit. Hæc fere sunt, quæ meas spes adhuc sustentant, quod enim de morum aulicorum emendatione sperem, parum superest. Ast ferenda, quæ nequeunt mutari, illisque impendenda majori sedulitate opera, quorum aliquis fructus prudenter speratur. Imo, vel nullo apparente, agamus quod nostrum est, DEOque quod omni modo suum commendemus. Ut ad vestra redeam, cum non audiverim quicquam repositum demonstrationi Tuæ, qua sensum veteris Ecclesiæ de solutione vinculi conjugalis ante oculos posuisti, hanc victoriam existimo, de qua Tibi gratuler, & frequentes alias apprecer. Plurimum etiam laudo vitæ institutum Tuæ, quod mihi significasti, Te videlicet vivere Tibi, & nemini nimium reddi familiarem; hanc plane mihi quoque, cum huc venirem, vitæ regulam præfixi; & juxta eam incedo. Meministi me Francofurti etiam congressui plurium hominum rarius interfuisse, hic vero scias me omnino abstinere, & domi meæ negotiorum meorum satagere: unde qui peregrinus huc veni,

si etiam

ſi etiam diutius hic ſuperviverem, peregrinus ſemper futurus ſum, nec id quidem invitus. Quod præter neceſſitatem, dum videlicet veritatis profeſſioni periculum non creatur, præſentem ſtationem cum alia commutare hactenus nolueris, omnino etiam probo, qui nec amo mutationum non neceſſariam frequentiam, nec laudo eos, qui loca deſerunt, in quibus DEO plurimum ſerviendi adhuc occaſio eſt, quod ſuæ ſecuritati conſulere malint, uſum ſui publicum iis relinquere, qui ipſis indigent. Servet Te DOMINVS Argentinæ Tuæ imo noſtræ diutiſſime, aut ſi omnino ad tempus aliter de optima civitate diſpoſuerit, ut ſine conſcientiæ vulnere ibi commorari amplius non poſſes, locum receptus oſtendat, votis Tuis atque amicorum congruum. Ottomannici imperii in has anguſtias redactio certe fidem noſtram ſuperaſſet, ſi quis ante annos pauculos illam nobis facere tentaſſet: unde haud dubie ſingularia conſilia divinæ ſapientiæ eſſe oportet, quæ in apricum brevi proditura. Sed quid præſagit illa nunc Romanæ curiæ & Franciæ colliſio? Quid Quietiſmi intra non multum temporis tanta incrementa, ut

ut ægre gliſcens ignis opprimatur? Quid Inquiſitionis licéntia, cum ipſum Pontificem, ei tanquam O deſcalcio loquentes, de illo errore, cujus ſuſpectus factus ſit, examinarent? Sunt ſane hæ ſcintillæ, quæ aliquo flatu deſuper excitatæ incendium faciant, tam facile non reſtinguendum. Sed conſtant ſuæ providentiæ, ſuorum decretorum, & ſapientiſſimæ temporum ὀικονομίας rationes illi, qui univerſa moderatur, & ex cujus voluntate ipſa quoque deſideria noſtra lubenti ſuſpendemus animo! Faciat ille quod ſibi collubitum eſt, & certe faciet rectiſſime, nec quod ſapientiæ atque bonitatis elogion ſemper dum ſeculum hoc fuit ſervavit, ſub ejus extrema ullo modo perdet. Ejusdem gratiæ pie commendatus vale perpetim. Scrib. Dresdæ. 6. Mart. 1688.

Nobiliſſ. T. Excell.

Ad preces & officia addictiſſimus

P. J. Spenerus D.

Illuſtriſſi-

Illustrissimus Promnizius Comes, qui Soræ in Lusatia inferiori habitat, nuper rogavit, ut prospicerem de pædagogo filiis ipsius præficiendo, quorum tamen maximus natu adhuc prima elementa literarum discit. Requirit hominem pium & Latinitatis, nec non Francicæ linguæ gnarum. Mavult etiam Theologum, sed non dedignatur juris studio innutritum, modo seculi vanitate non infectum. Conditio linguæ Gallicæ impedit, quominus facile hic inveniam, quem commendem. Vestra autem in urbe eorum copiam esse non ambigo. Unde rem mihi faceres gratissimam, si edoceres, essetne apud vos qui stationem istam capessere vellet. Theologus ibi homileticum exercitium si quærit habere potest, & cum aliis conversationem, nam & Superintendens ibi est & alii Ecclesiastici; nec deforet spes promotionis. Qui politica studia tractat, nec ille quidem omni eorum exercitio excideret, cum Cancellarius & Consiliarii ibi habitent. Unde forte non omnino pœnitenda conditio fuerit.

Expecto vero vel ex Te vel alterius, quo uti voles, indicio quæ nobis spes sit.

X. Elo-

X.

ELOGIUM
THOMÆ LANSII

AUCTORE

B. THEOPHILO SPIZELIO
Theologo olim Augustano celeberrimo (a).

OPERA

CONSULTATIO de Principatu inter Provincias Europæ, sæpius recusa Tubingæ in 4. & 8. novissime a. 1655. in 8. in Anglicum etiam sermonem jussu Regis conversa Londini.

Mantissa Consultationum & Orationum prodiit ibid. 8. 1657. in qua continentur Consultationes Tres:

(a) Hoc inter reliquias MSStorum Bibliothecæ Spizelianæ cum aliis in posterum a me vulgandis, inventum forsan

I. De cura Principis erga Religionem;
II. De prærogativa inter milites ac Literatos:
III. De optimo parandarum opum modo, & partarum usu.

Orationes v. singulares quatuordecim?

I. De utilitate & jucunditate Historiarum.
II. Laudatio Funebris Friderici Magnanimi Ducis Wirtembergici.
III. Allocutio Votiva ad Principes Wirtemb.
IV. Dissertatio pro Jurisprudentia.
V. Laudatio funebris JO. GEORGII *Ducis Slesvici & Holsatiæ.*
VI. Laudatio funebris Sibyllæ undecimæ.
VII. Laud. funebris Rudophi Episc: Halberstad. Ducis Brunsv. & Lunæb.
VIII. Celebratio Secularis festi Lutheranorum.
IX. Laudatio fun. Matthiæ Hafenrefferi.
X. Laudatio fun. Antonii Henrici, Com. Oldenburgensis. *XII.*

forsan B. Auctor inserere voluit Corpori vitarum select. seu theatro literatorum universali, vid. Meelfuhreri Accessiones ad Almelovennii Bibliothecam promissam & latentem. p. 112.

XII. Pro illustri Collegio, cum Princeps Eberhardus D. W. in Athenæum introduceretur...

XIII. Laudatio fun. Titi Wirtembergici.

XIV. Laudatio fun. Joh. Harprechti, JCti.

De Rerum Naturalium Principiis Dissertatio Authore Lansio anno 1596. Tubingæ prodiit, ut & altera de prædicabilibus ibid. habita.

THOMAS LANSIUS.

PRæclarum hoc Academiæ Tubingensis imo Germaniæ universæ decus & ornamentum, amœnissima artium & literarum humaniorum studia a Juris Civilis scientia (cui per multos annos strenue invigilaverat) adductum in sui amorem abstraxerunt, neque satis illi fuit, interdum a revolvendis Jurisconsultorum libris (in quorum tractatione voluptatis minimum, laboris vero plurimum esse solet,) defesso, quasi colligendi sui gratia in humanissima illa studia, tanquam in hortos, omni florum herbarumque varietate excultos sese conferre; verum ea amœnitate pulchritudineque percepta, ibidem habitare, quie-

ſcere, ac refertam deliciis honeſtiſſimis vitam agere decrevit. Sed & rariſſimum longævæ vivacitatis ſeculo noſtro exemplum præbuit: Nam poſt ſervatorem orbis natum ſesquimilleſimo ſeptuageſimo ſeptimo anno fuit natus in oppido ſuperioris Auſtriæ cui nomen Bergis, Patremque Leonardum Lanſium ſupremum loci vicinorumque judicem ac Præfectum habuit, qui cum felicem nec inglorium Patriæ contra perduelles catervas egiſſet vindicem, filius propemodum literarum ſtudia cum armorum uſu permutavit, animumque ad militiam contra Muhamedanos applicuit, fato tamen caſuque ſingulari Lanſius ad Muſas, quarum decus deſtinabatur, fuit regreſſus. Quas cum ardentius eſſet complexus admirabiles adeo in iis progreſſus fecit, ut brevi tempore ad editiſſima ſapientiæ ac virtutis templa ſit elevatus, ſiquidem (teſte non nemine) nihil præclara hæc indoles reliquit intactum, nihil in tota Philoſophia & omni Philologia transmiſit inſalutatum; Rerum & Linguarum cognitionem, quantacunque vitæ ſuæ inſtituto neceſſaria foret & decora, individuo nexu conjunxit, ac inter ſeveriora Civilis doctrinæ & Jurisprudentiæ ſtudia ſemper humaniores literas oble-

oblectamenti loco habuit, aliasque ſubinde excoluit artes, nec ad unius duntaxat rei ſcientiam voluit alligari. Illuſtri tandem Scholæ Tubingenſi quæ Principes Comites, Barones, Equites Reipublicæ præparare ſolet negotiis, a Friderico Duce Würtembergico Ephori titulo præfectus inclutam juventutem omnigenæ eruditionis ſupellectile inſtruere ſtuduit, & exquiſitis ſapientiæ prudentiæque præceptis; Mellifluo cumprimis ſuadæ inſignis flumine non ſolum illuſtre illud viridarium, ſed orbem literatum pene univerſum irrigavit, atque magni nominis gloriam notiſſima illa CONSULTATIONE eſt conſecutus, qua univerſa Europæi Nominis Regna ad Lydium veluti lapidem juſtamque bilancem cum pulcherrima Germanici Imperii victoria exigere allaboravit. Magno cum plauſu orbis Politicus, hoc opus excepit, in quo quicquid Europa fere univerſa Auguſtum, nobile, ſplendidum ſublimeque; & quicquid e contra fœdum, inglorium, depravatumque habet, id omne velut in claro ſpeculo veriſſime repræſentatur. Alteræ quoque Conſultationes pariter ac orationes in illuſtri habitæ Collegio, de cura Principis erga Religionem, de prærogativa inter

milites & literatos, de optimo parandarum opum modo ac partarum ufu, aliæque commentationes egregiæ, mirifice Lanfiani nominis auxere fplendorem, virumque optimum bonis commendavere omnibus. Pro fingulari virtute fua fummæ comitati fociata fuffecit, fingulis, & quantum integro Dei honore licebat, hominum quorumvis amori & favori ftuduit. Modeftiam etiam tanti viri haud ignotam effe patiuntur tot honorum recufationes; Certatim ab imperatoribus Electoribus, & Principibus Lanfius expetitus, nunquam infolefcebat, nec fplendidiores admittebat functiones, virtute meruiffe contentus faftigium, minime ambiviffe deprehenfus. Nec fine infigni mentis demiffione Cæfareæ gratiæ documentum excepit, ipfamque auream Ferdinandi III. imaginem fibi ultro fubmiffam eft intuitus. Collegerat enim Lanfius magna copia antiquiffimorum temporum numifmata, atque hunc thefaurum (cum hiftoriarum certitudinem eo haud parum juvari poffe vidiffet) magis magisque adauxit. Quapropter S. C. Majeftas ad Aulam fuam Noftrum cum numaria invitavit fupellectile, fed cur id minus fieri poffet edocta, fatis habuit transmiffum antiquitatis vidiffe

disse ac perlustrasse thesaurum. Verum cum summus tandem Imperator in Cœlestem Aulam octuagenarium vocaret, hilari is fronte beatæ æternitatis excepit prodromum & ad felicem emigrationem sese totum composuit; *Non est* (ajebat frequentissime) *mortale quod opto;* Id quod felicissime est consecutus, postquam mortalitatis leges anno Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo explevisset.

BUSTO THOMÆ LANSII

Sibi

Ignoti & Notissimi

Quidam Orientali in Franconia Vir Vetustus & Juvenis.

D.

ALma Tubinga cur astat tristis? Avitaque circum
Musa silet? diram cur sollicitudo quietem
Addit & infestat duro bona corda dolore?
Cur? quia Divini rumpuntur stamina vitæ

Consummata Viri. Non, Mors licet omnia solvat,
LANSIUS incubuit fato, sed posthuma virtus
Hunc sine fine canit. Momenti tempore Magnus
Se dedit aeternum vates, & Lumina Terrae
Dum condit, splendet Nomen per sidera LANSI.

* * * * * * * * *

Hic LANSI legitur corpus; sed clara per orbem
Fama patet; Comitem mens Deitatis agit.

Sepulchro Patroni
optimi dicavit
MAGNUS HESENTHALER.
Qui etiam Lansii cineres oratione eleganti ex decreto Sereniss. Ducis Würtembergici decoravit.

XI. Ejus-

XI.

Ejusdem Elogium J.B. Schuppii.

D. JOH. BALTHASAR SCHUPPIUS.

SI Viris quibusdam præstantibus tam longa vita suppeditasset, quam magnum & ad suma quæque idoneum ingenium contigit, pauci profecto illis viris gloria præstitisset. Non raro autem est observatum iis, quibus singulare natura ingenium tribuerit, mortem ejusdem augendi ostendendique spatium ademisse, & præclara eorum conamina veluti semina enecasse. E quorum numero nostra ætate extitit Joh. Balth. Schuppius, in quo (Giessæ anno Æ. C. 1607. nato) jam inde ferme ab incunabulis ea ad maximarum disciplinarum studia indòles ac materies eluxit, ut Joh. Eberhardus Parens, Senatòr Giessensis filium hunc elegerit, quem eruditissimorum hominum artibus, omnique eleganti doctrinæ totum addiceret, qua cum æquales omnes sine controversia superaret, & tanquam alter Her-

mogenes ἐν παισὶ γέρων *inter pueros senex* existeret, nec philomathiæ ipsius patria amplius sufficeret, de fructuoso quodam itinere suscipiendo cogitavit, eoque feliciter peracto, & plerisque nobilioribus Germaniæ, Daniæ & Belgii Academiis peragratis in patriam rediit, mox ad publicam Historiarum & Eloquentiæ admotus professionem. Quamvis autem hanc quam nactus erat spartam, egregie ornaret, nec quicquam ad excolendum Eloquentiæ studium pertinens prætermitteret, tantum tamen aberat, ut Theologiam interim neglexerit, ut supremis postea in ea honoribus ornatus, simul etiam Equestris Ordinis Teutonici Pastor electus fuerit. Hoc in munere cum æque præclare se gessisset, nec pietate tantum ecclesiastica, verum revocatione etiam Consiliorum Politicorum ad veri Christianismi regulas Principi suo valde profuisset, haud abs re ab eo fuit delectus, qui anno ævi hujús quadragesimo septimo ad saluberrimum illum Conventum Monasteriensem & Osnabrugensem mitteretur, mox ob res præclare gestas *præco & Ecclesiastes pacis* appellatus. Cum autem biennio post Proceres Hamburgenses Virum quærerent, cui vacua Ecclesiæ *S. Jacobi* Cathe-

dra

dra tanquam Paſtori committeretur, dignus ille præ cæteris habitus fuit, qui ad tam arduum ſimul & ſpectabile munus ſuſcipiendum honorifica vocatione accerſeretur. Neque ſucceſſu hoc caruit conſilium. Annuit enim huic vocationi Schuppius, non divitiarum quidem cupiditate, a qua ut inprimis ſacerdotes decet, ſemper fuit alieniſſimus, ſed cupidine talento ſibi a Deo commiſſo plus lucrandi in magna & populoſa civitate, quæ propter opulentiam luxu, & propter luxum innumeris inde naſcentibus ſcateret vitiis. Hæc cum peculiari quadam ratione reprehendiſſet, genioque nonnihil indulgens ſuo, Jocoſa miſcuiſſet ſeriis, nec minus genere dicendi ſcribendique Theologis hactenus inuſitato uſus fuiſſet, multorum evitare non potuit odia & offenſiones, variæque fortunæ aleam Hamburgi ſubire coactus eſt, cujus fabrum & Architectum licet ipſummet Schuppium fuiſſe quidam exiſtiment, eo quod infeſto ſcopuloſoque affectuum & cogitationum ſuarum pelago ſeſe committere maluerit, quam aliorum locum dare conſiliis, proptereaque in Syrtes ſcopuloſque illum deveniſſe, adeoque navem ſuam afflixiſſe; alii tamen iique inſignes ingenii

Schup-

Schuppiani fautores, non solum ab omni culpa eum liberare, verum publico etiam programmate, Hamburgi post obitum ejus in lucem edito asserere non dubitarunt, *Urbem illam Schuppio fuisse Theatrum ærumnarum, palæstram tentationum, lernam persecutionum, cotem constantiæ, Scholam patientiæ, vivumque Commentarium aurei istius libri Senecæ; Cur bonis Viris mala accidant, cum sit providentia.* Testati insuper sunt Schuppium phaleratas vulgi ineptias, bonæ mentis soliditate fuisse supergressum, & nudã sine fuco fallaciisque adamasse virtutem ac veritatem, & vel cum damno crepundiorum fortunæ esse bonum maluisse, quam tantummodo videri. Ab eo sane tempore, quo multos cum illo Hamburgi sermones miscui, firmissime credidi, eum singularem suam dicendi scribendique rationem ad optimum finem scopumque ordinasse, utrum vero satis feliciter eundem sit assecutus, aliis relinquo dijudicandum. Recte quidem sapienterque contra Stoicos a peripateticorum schola defenditur, non inutiliter a natura datum esse homini ardorem quendam animi & alacritatem, qua ad res arduas ac difficiles fortiter suscipiendas persequendasque impellatur, sed non

minus

minus egregie dictum est, hanc incitationem animi magno regendam esse studio, neque committendum, ut quamcunque illa velit in partem nos abstrahat atque compellat, denique in omni re videndum esse, quod egregie ex veteris Sapientis dicto Terentianus Sosia, *id arbitror*, inquit, *apprimè in vita esse utile, ut ne quid nimis.* Quem si noster etiam magistrum habere voluisset, graviores non raro evasisset tempestates, imo longior forsitan ipsi vita ad perficienda alia egregia molimina, & promovenda varia Sacræ & Literariæ rei commoda suppeditasset. Tam gravibus vero jactatus procellis, rerumque humanarum nausea tædioque affectus, paulatim in lentum incidit morbum, quo indies magis magisque ingravescente anno seculi hujus sexagesimo primo vix quinquagenario major vitam piissime finivit.

IN JOH. BALTHASARIS SCHUPII Effigiem:

Magnus in hoc tenui vivit quasi Schuppius ære
Qui plenum Sancto Numine pectus habet.
Dotibus ingenii major, quam pingat Apelles,
Maximus Hamburgo Præsul in urbe cluet.

XII. Ejus-

XII.
Ejusdem Elogium Hartmanni Creidii (a.)

ET Hartmanno Creidio, χαλκότυπον quem heic artificis radius ab oblivione vindicare adlaboravit quendam, nec cum postremum, quidem inter Augustanos Austanæ γνησίως ita perhibita Confessionis Præcones jure meritoque locum deberi, nemo adeo facile nisi qui veritatis ingenuos vindices debito honore defraudare cogitaverit inficias ibit, cum tanti, de Ecclesia Christi meritissimi symachi, non vulgati commatis merita pridem luculentis eum encomiis insignierint: ψηφοφορεῖν & nobis piis pii viri manibus hinc tessellamque urnæ molliter cubantis immittere, in præsentiarum non abs re visam, quo testatior ejusce memoria orbi sedeat. Feliciorem hancce sobolem felix mater felicissime enixa est, bono orbis christiani, in specie Augustani; ipsismet nonis

(a) Hoc inserere voluisse videtur Spizelius cum ejus icone Augustanorum doctrina, meritis, scriptisque publicis illustrium Imaginibus & Elogiis. vid. Meelführerum l. c. p. 112.

nonis Octobribus cum millies ſexcenties ſexies a partu ſalutifero annuas periodos ſol adimpleſſet. Irenopyum Cattis conterminæ Wedderaviæ, luci ſtato primas circumpoſuit faſcias, de tam amabili fœtu mirifice ſibi congratantibus συζύγοις honeſtiſſimi & ordinis & originis, Dn. Parente Hartmanno Credio, ſcabino atque ſenatore loci, genitrice Margaretha Thommannia. Chriſto regeneratus, Chriſto educatus, Chriſto ſuccreſcens, ſcholarum initiamentis dicatus, ſacratioribusque ſtudiis ſacratus, e ludorum triviis, ad altiores literarum cathedras pergere juſſus proximum primum Francofordium, Gieſſam hinc porro, & denique Marpurgum prorogandorum ſtudiorum ergo iit, ſane juvenis admodum, neque tamen ſine maſculo progreſſu, induſtria annorum defectum ſupplente liquet id inde quod vicennis in alma Cattorum Marpurgenſi ſumma cum laude mitra ſummorum in Philoſophia honorum redimitus, va. Iduum Mart. Anno 1626. ſtatim ad ſacratiora Theoſophiæ adyta adeunda animum adplicuerit, nec in hoc tramite pervadendo ſocors, quandoquidem non ita multo poſt, ſub auſpiciis τοῦ νῦν ἐν ἁγίοις magni Theologi

Dn. D.

Dn. D. Justi Feurbornii arduum istud *ζήτημα* de omni præsentia Christi *τοῦ ἀνθρώπου* felicissimis successibus defensum iit, ulteriora omnino ausurus, ni propter immensa bellorum onera exactionesve, vel potius effractiones, sumptibus studiis porro suppeditandis parentes succubuissent; ægerrime quocirca ab Academicorum studiorum alacerrimo cursu revocatus, domumque redux privatam eamque perquam sedulam, sacris studiis addixit operam & theoreticis *μελετήμασι* elucubrandis pernox, sacris præ cæteris sermonibus, & vicinis Osenhermensium, & Faurbacensium paganis templis serendis assiduus, hinc & ad Patrias castelli, & Xenodochii sacras pergulas admissus, non sine lætissimo applausu Semina Divini verbi civibus sparsit, plausibilior indies, cum propediem, phrontislerii patrii functio quæpiam vacare cepisset, debitis modis & in eandem sufficii desideravit, & desiderii compos est factus, septennemque eamque proficuam sat operam suam eidem addixit, trino exin atque tricesimo ultra mille & sexcentos anno, Ursellas latus & scholæ Rector & Ecclesiæ minister cooptatus, breviculo sane tempore ibi moratus, ob ingruentes horridiores bellorum

lorum turbines patriam repetere necesse habuit, quantumvis nec ibidem tuta sat forent halcyonia; cæterum in mediis armorum turbis, pastor Otenheimensibus datus, cum post cladem Nordlingensem totus iste vicus in cineres redactus fuerat, brevique post dirissima ista lues, immane grassaretur, quæque uno eodemque temporis tractu utrumque Friedbergensium Evangelii ministrum rapuerat, Diaconus Creidius noster suffectus concatenatis Ecclesiæ laboribus modo non succubuit, duravit tamen per S. Spiritus gratiam, seque trinis integris lustris servavit in sacra patriæ statione, ad annum quippe 1649. quo post Monasteriensem pacis Germanicianæ transactionem, restituta Augustanis Evangelii prædicandi libertate huc accitus, divinissimam hancce vocationem ambabus quod aiunt est amplexus ulnis, valeque patriæ postridie idus Majas de more dicto, ad iter sese accinxit, 5. Cal. Junii Augustam introiit felicibus auspiciis, iisdemque peractis peragendis, ad D. Annæ Dn. M. Philippo Webero Pastori & Seniori Diaconus datus, triennio sacro cultui operam addixit strenuam, quoad vivis excesse jusso Pientissimo suo Dn. Seniori, in Pasto-

rali dignitate ſuccenturiatus ſtetit; quanta cum animi alacritate, quantoque cum fructu atque emolumento, & credito Annæano cœtui, & univerſo id ædis Auditorio quadriennio proximo Paſtor præfuerit, ut fuſius operoſius id diducamus, nec opus, nec noſtræ opis, cum & ſuperſtites & ſuperſtes fama, una cum utiliſſimis, ſcriptorum monumentis affatim id ipſum poſteritati loquantur: ſed & etiamnum plurimorum animis mellitiſſima facundiſſimi Theologi ſuada, nec dum obliterata ſcitiſſimarum allegoriarum ſymbolorumque amœna ſeries, in quibus, ſi quis, alius hic Vir ſummum punctum merito tuliſſe cenſendus, in corripiendis reliquum delinquentibus acer, ac animoſus, diviniori zelo plane in eosdem armatus in pavidis vero formandi & firmandis mirum quantum blandus & felix in omnibus paſcendis ac ſtruendis non tam promptus quam aſſiduus, adeo ut quid in hocce viro DEI deſiderares, vix quicquam foret. Sed nec deerat quod tantum Jehovæ miniſtrum usque quaque peſſime haberet adverſitates, præprimis conjugiorum, in iisdemque parturientium conjugum & luctuoſiores nixus, earundemque una cum fœtibus interitus, quorum

caſuum

casuum sane lugubriorum ternos experiri necesse habuit noster, quartum conjunx felicior, Annam Catharinam Windekerianam Franfordiensem felicioribus auspiciis nactus ex qua quintum parens, trinam sobolem binam sequioris, unam masculi sexus superstitem fatis habuit, quæ valetudinario nostrati, aliquandiu ante obitum, acceleravere non procul a patria Irenopolitana, in Acidulis sualbacensibus, quo se recipe-randæ valetudinis causa Quinctili mense Anno 1656. contulerat, non infausto primitus quidem curæ, ut videbatur, successu, ceterum ut fatorum vis est ineluctabilis cum xiv. Cal. Septembr. erat iste dies veneris, matuta sexta, de more acidolarum portionem potum, lætus perrexisset, sciaterio vix binas horas menso, inter ambulacra solita, derepente catarrho suffocativo meatus pectoris obstipante, paulo post beatis sedibus interesse jussus est, cum ante felicem obitum gemebundus prius, sublatis in coelum oculis, exclamasset, moriendum mihi O bone Deus, O Jesu, O Jesu, O Jesu! continuoque spiritum exhalavit, cum dena vitæ lustra inter mortales exegisset.

XIII.

Variæ Obſervationes.

Viſum eſt, in poſterum ſubinde hujuſce opellæ partibus ſubjicere varias obſervationes ἐπιμέτρα loco uno faſce comprehenſas, quæ ſingulæ ſeorſim poſitæ nimis conciſæ forent.

§. I.

Iis, quæ præcedente tomo (a) de Joanne Aventino dicta ſunt, nonnulla jam addere juvat. Vidi interim aliquod ejus opuſculum, hoc titulo gaudens: *Divis Dionyſio Areopagitæ, Hemerano, Bolfgango, tutelaribus Bojariæ numinibus S. Illuſtriſſ. que Principibus Bojorum Vilelmio Ludovico, Arioniſto D. D. Imp. Henrici IV. Cæſ. Aug. Ducis vero Bojorum ſeptimi vita. Ejusdem Epiſtolæ inventæ a Johanne Aventino, editæ vero a ſodalitate literaria Bojorum. Clariſſ. atque Illuſtriſſ. Principis Friderici Ducis Saxoniæ* &c. *Epiſtolæ ad Johannem Aventinum. Ejusdem Principis capita rerum, quas ipſi abſolvit*

(a) p. 81. ſq. & 302. ſqq.

solvit Aventinus: ad eundem Principem Aventini carmina: Auctores quidam quos Aventinus invenit, & qui nondum impressi sunt. Sodalitatis literariæ Bojorum carmina, cum Privilegio Imperiali. Typis exscriptum est Augustæ Vindelicorum in Sigismundi Grimm Medici, & Marci Wirsung officina, Mense Augusto Anno MDXVIII. in forma quadripertita. Libri, quos invenisse se in epistola ad Leonardum de Eck de Wolfseck, ejusque & principum suorum auspiciis publicaturum ait, sunt sequentes: (b) *Divi Cyprianus & Victor Martyres Christi. Jus pontificium integrum. Lex Salica integra cum additamentis Caroli Magni, Litavici primi, Luthariì primi, Augustorum. Fragmenta quædam veterum JCtorum. Vitrobius de Metallis. Alberti Magni Magia. Mathematica Hermanni Comitis Veringens. & ejus Chronicon. Jordanus episcopus integer, cum annotat. & commentar. Alb. Bojemi. Provinciarum Rom. Imperii cum insignioribus urbibus descriptiones. Regino & Romerius præsules de rebus Germanicis. Veronar-*

(b) Secuti sumus in iis enarrandis ipsius Aventini orthographiam.

ronardus Noricus de rebus Bojorum. Albertus Bojemus itidem decurio Bathavinus, consiliarius Otonis primi comitis Palatini Rheni & Ducis Bojorum. Fortunatus Episcopus Pictonum, qui XI. libros carminum ad Gregorium M. Pont. Max. scripsit; ejus sunt Salve festa dies & Crux fidelis, quæ imperiti aliis falso tribuunt. Euticius Grammaticus. Aspar Grammaticus. Diomedes integer. Theodorus Mallius de metris. Ars Donati. Grammatica vetus Græca. Lexicon Græcum & Latinum vetustissimum, quod Pomponius Lætus se in Norico legisse gloriatur, & Hermolaus Barbarus citat. Prioribus literis Friderici Saxoniæ Elect: ad Aventinum Torgaviæ Dominica Esto mihi a A. MDXIIII. exaratis hæc est inscriptio: *Von Gottes Gnaden Friderich Herzog zu Sachsen* &c. *und Churfürst* &c. *Unserm lieben besondern dess hochgebohrnen Fürsten unsers lieben Obeyms Herzog Ernsts zu Bayern* &c. *Zuchtmaister* Johann Aventin Magister. Cæterum sciagraphiam Germaniæ illustratæ, quam G. H. A. vel potius Hieron. August. Groschuffius in vita Aventini, recentissimæ Annalium Boicorum editioni præfixa, exhibuit, jam Anno MDXXX. pridie idus Maji ad Joachimum Vadianum auctor miserat,

rat, ejus observationes eam in rem flagitans (*c*).

§. 2.

Supra (*d*) in dubium vocavi, postulata illa rusticorum sive duodecim articulos de libertate Christiana Schappelero jure adscribi: nunc observo, rectius forte eorum auctorem nominandum esse Joannem Heuglinum Lindaviensem, A. MDXXVII. Mersburgi jussu Episcopi Constantiensis combustum, quod conjicit Maxime Venerandus Elias Frickius, Vir doctior incertum, an melior, in Historia Lutheranismi Seckendorfiana, Germanice reddita, ac in concinniorem ordinem redacta, multisque accessionibus locupletata (*e*). Fassus enim est is, antequam ad supplicium raperetur, se a rusticis tumultuantibus captum eoque adactum esse, ut illorum gravamina certis articulis inclusa scripto complecteretur.

(*c*) Vid. Philologicarum Epistolarum Centuriam, a Goldasto editam, & cum Conringii præfatione Lipf. 1674. in 8. recusam p. 188. sqq. ubi ea sciagraphia hunc gerit titulum: *Capita rerum, quibus illustrabitur Germania ab Aventino, modo contingat benignus Mæcenas.*

(*d*) p. 328. sq.

(*e*) p. 847.

Operæ pretium est, ipsa ejus huc transferre verba e Martyrologio Theologi quondam Celeb. D. Ludovici Rabi, civis mei (Memmingæ enim is natales debuerat suos) petita *(f)*, ut inde Schappeleri innocentia eluceat: *Als mich die Bauren (wie manchen Biedermann mehr) zu ihnen genöthiget haben, ist denselben Bauren von Sernatingen eine Bottschafft zukommen von Uberlingen, des Innhalts: So fern die von Sernatingen sich mit den Bauren nicht vereinigen, sey ein Rath zu Uberlingen geneigt, ihnen alles nachzulassen, so den andern Bauren nachgelassen werde. Und ob sie etwas beschwerd haben, sollen sie dieselbigen denen von Uberlingen anzeigen. Dazumalen haben sie mich überkommen, dass ich ihnen ihre Artickel in eine Schrifft verfast und gestellet habe, dass ich keinesweges abredig bin. Als sie aber weiter berathschlaget, ob der Artickel der fäll und läss halben auch zu schreiben wäre, und sie mich desselbigen Raths gefragt, hab ich also zu ihnen gesagt: Dieweil wir hören, dass etliche Herren zu Stockach und anderswo sich entbieten, die beschwerden zu mildern, beduncket mich, es konte nicht viel*

(f) Tom. II. fol. 447.

viel Schaden bringen, so man gleichwol diesen Artickel auch verzeichne. So viel hab ich hierinnen gehandelt, und nicht mehr, will verhoffen, dieweil mancher Biedermann dazumal in grossen Sorgen und Nöthen ein übriges hab thun müssen, und ich dergestalt und nicht anders gehandelt, auch gemeynet habe, ich thäte den Herren ein Wolgefallen daran, dieweil ich die Bauren sonst gar nicht gestärkt, solle mir das an meinem Leben gar kein Nachtheil und Schaden bringen.

§. 3.

Ottomarus Nachtigall, de quo superius actum est, nomen suum Germanicum pro more illorum temporum non in Latinum duntaxat Luscinii, verum etiam in Græcum Prognei aliquando transformavit. Hoc præposuit Hendecasyllabo, Ubertini Pusculi Brixiensis duobus Simonidos libris præmisso, sive poëmati heroico de Simonis pueri Tridentini, a Judæis crudeliter necati, martyrio, quod A. MDXI. in quarti ordinis forma Augustæ Vindelicorum Joannes Otmar typis excudit. Nactus interim quoque sum ejus Institutiones Musicas, a nemine unquam prius pari facilitate, uti titulus fert, tentatas, atque Argentorati in

4. per Joannem Knoblouch A. MDXV. impressas, in quarum limine hoc hexasticho lectorem Nic. Gerbelius compellat:

Si tibi prædulces unquam placuere Camœnæ,
Si lyra, si cithara te rapuere soni:
Si petis Amphion fieri, vel Thracius Orpheus,
Si te Musarum non pudet esse ducem.
Non grave prædocti tibi sit legisse libellum
Othmari, tenet has quas memoramus opes.

In dedicatione se Musicas illas institutiones olim in frequenti Viennensis Academiæ auditorio professum esse memorat; in postfatione autem Wolfgangum Grefingerum suum in his deliciis præceptorem laudat, pluraque ejusmodi pollicetur.

§. 4.

Tetigimus in quinto hujus opellæ fasciculo (*g*) crassam cujusdam Bibliothecæ præfecti inscitiam, qui linguæ Hebraicæ prorsus ignarus, operis eo idomate conscripti titulum exprimere aliter haud potuit, quam indigitando, esse librum a fine incipientem.

(*g*) p. 47.

pientem. Condonanda fuiſſet hæc homini ruditas, ſi eo ævo, quo Græce noſſe ſuſpectum erat, Hebraice pene hereticum, vixiſſet: non enim tum caruiſſet plurimis fratribus ac ſociis etiam inter eos, qui eruditiſſimi videri volebant. Reuchlinus certe, magnus ille literaturæ ſolidioris in Germania ſtator & vindex, quo tanquam ſplendidiſſimo decore Suevia noſtra gloriari poteſt, cum Rudimenta ſua Hebr. Phorcæ A. 1506. vulgaret, ubi libri principium, ubi finis ſit, digito velut intento monſtrare, huncque canonem adjicere neceſſum habuit:

Non eſt liber legendus hic ceu cæteri,
Faciem ſiniſtra, dextera dorſum tene,
Et de ſiniſtra paginas ad dexteram
Quaſcumque verte. Quæ Latina videris,
Legito Latine, Hebræa ſi ſint inſita,
A dextra legenda ſunt ſiniſtrorſum.

Venia vero aliquanto facilior parata eſt illi monacho, de quo Groſchuffius (*b*): *Memini in Bibliotheca Argentoratenſi publica adſervatum eſſe Pſalterium Davidis, Tullii & Cypriani notis Latine conſcriptum, quod cum forte*

(*b*) In vita Aventini a. 2.

forte olim in monachi cujusdam oculos incidisset, nec litterarum ductum intelligeret, eo tamen audaciæ processit, ut libri tergo inscripserit: Psalterium in lingua Armenica perscriptum.

§. 5.

Qui Indicibus librorum prohibitorum augendis operam locant suam, eos interdum committunt errores, ut facile appareat, vix ac ne per transennam quidem iis inspecta esse opera, quæ rejecta atque atro carbone notata cupiunt. Unico id probatum dabimus exemplo, sed luculento satis. In Elencho librorum omnium tum in Tridentino Clementinoque Indice, tum in aliis omnibus sacræ Indicis Congregationis particularibus decretis usque ad annum 1640. prohibitorum per Franciscum Magdalenum Capiferreum Romæ secunda vice ex typographia Cameræ Apost. An. 1640. edito p. 284. notatur *Octobris Melandri J. V. D. Liber, cui titulus est, Jocorum atque seriorum, tum selectorum atque memorabilium centuriæ aliquot lucidæ, utiles, lectuque maximopere dignæ. Francof. 1603.* Habes igitur metamorphosi sat ridicula ex Ottone Octobrem, ex homine mensem. Ne autem typothetæ

cam

eam oscitantiam imputes, videsis hunc errorem non modo p. 214 & 261. iteratum, sed & in ipso Congregationis decrecreto *(i)* admissum. Idem duplici vice repetitus est in Clementis XI. Indice librorum prohibitorum Romæ A. 1711. publicato (*k*).

§. 6.

Oculis vix fidem habui meis, quum nuper aliud agens in Erasmi Schmidii, Viri alias doctissimi, & Græcarum inprimis litterarum callentissimi, Notis in Novum Test. (*l*) sequentia legerem: *Ars* (typographica) *ita postea exculta fuit, ut anno ejusdem Epochæ* 1465. *prima opera publica prodiret, impressis Officiis & Paradoxis Ciceronianis Pergameno, cum hac inscriptione, & in fronte & in calce apposita: Præsens Marci Tullii clarissimum opus Johannes Fust Moguntinus civis, non atramento. plumali canna neque ærea. Sed arte quadem perpulcra. Petri Manu pueri mei. feliciter effeci finitum. anno. M. CCCC. LXV. Ita enim*

in

(*i*) p. 74.
(*k*) p. 276. & 365.
(*l*) F. 5.

in αὐτογράφῳ ipso legitur & distinguitur. Quæ verba aliis, qui forte exemplar tale αὐτόπται non viderunt, paulo aliter allegant; ut videre est in erudito certamine Altorfino de Antiquitate sub ἐργοδιώκτῃ Thoma Freigio Viro doctissimo instituto — — in quo & annos 1466. *perperam ponitur (nisi forte de editione quadam secunda (m) sit sermo) & verbum unum atque alterum transpositum, imo & insertum, secus quam in meo — αὐτογράφῳ anno* 1465. *impresso habetur. Illud saltem obiter moneo, non recte in eo certamine scribi manu Petri &c. quasi τὸ manu esset Ablativus instrumenti, quum ab autore, licet σολοίκως, usurpetur in Genitivo, arte Petri Manu; & sit proprium, Peter Fust oder Faust, non appellativum. Quod non animadversum, translocationi occasionem dedit.* Nescius nempe Schmidius, Petrum non Fusti, sed Schœfferi cognomine fuisse insignitum, aliis abs re impingendo solœcismum grammaticum, ipse ridiculum commisit solœcismum literarium.

§. 7.

(*m*) Vid. Maittaire Annal. Typogr. Tom. I. p. 60.

§. 7.

Solœcistarum literariorum numerum auget quoque Gedeon Pontier, qui in Bibliotheca Magnatum *(n)* Gallice scripta & Parisiis A. 1682. in 8. edita, Beatum Rhenanum, notissimum illum rerum Germanicarum scriptorem, prænomine ejus deceptus, inter sanctos vel potius beatificatos retulit. Vocetur enim ipsi p. 279. *le Bienheureux Rhenanus*, invitis certe Pontificibus, aulæ cœlestis claves sibi vindicantibus, quorum decretis nonnulla ejus scripta in Indicibus librorum prohibitorum damnata sunt. Parachronismis vero literariis accensendus est ille, quem in Justini Martyris Apologia II. pro Christianis deprehendimus, ubi *(o) Ptolemæus*, Ægyptiorum Rex, bibliothecam instruens, deque Judæorum prophetis certior factus, *ad Herodem*, Judæorum Regem, misisse dicitur, eorum volumina sibi expetiturus.

§. 8.

(n) *Le Cabinet, ou la Bibliotheque des Grands*, &c.

(o) P. 72. conf. Samuelis Petiti Variar. Lection. Cap. XXVIII. f. 385. Tom. VII. Criticorum Sacrorum, quos Anglicanos vocant. add. Jo. Fabricii Historiam Bibliothecæ suæ Part. I. p. 64.

§. 8.

Dedimus supra specimen supplementorum Welschii ad Bibliothecam Gesnero-Simlero-Frisianam: nunc notamus, in Bibliothèca Krysiana sive Catalogo Librorum Jacobi Krys, Ecclesiæ Romano-Catholicæ, dum viveret, Amstelodami Pastoris, qui proximo mense Martio Hagæ Comitum plus licitantibus cedens, p. 92. memorari Bibliothecam, libros & scriptores ferme cunctos ab initio orbis ad annum usque 1583. ordine literario complectentem, auctore & collectore Alfonso Ciacconio, Hispano, observarique Bibliothecam Gesnero-Frisianam auctorem fundamenti loco posuisse, ita, ut partim ibi occurentibus plures addiderit observationes, partim prætermissis illam scriptoribus auxerit: opus vero ad medium usque literæ E. tantum perduxisse, ubi ad vocem Epimenidis scribentis manus substiterit.

§. 9.

B. Theophilus Spizelius in Felice literato ex infelicium periculis & casibus sive Commentat. de vitiis literatorum peculiari sectione egit quoque de literatorum hominum

minum cenodoxia sive pernicioso inanis gloriæ amore ac studio. Ibi in notis manuscriptis, quibus exemplar meum auctius reddidit, p. 313. Natalem Alexandrum, Clarissimum Historiæ Ecclesiasticæ scriptorem, inter thrasonès litterarios collocare non veritus est, ita de eo disserens: Insignis plane jactantiæ & cenodoxiæ labem nostro ævo contraxisse videtur celebris alias auctor selectorum Historiæ Ecclesiasticæ capitum, & ad ea dissertationum chronologico-critico-dogmaticarum, Natalis Alexander, dum Claudio Frassenio, compilatoris notam sibi impingenti, sequentia rescribere non dubitavit (*p*): *Novum opus, magnum, difficile studiosis commodum, Ecclesiæ (ut viri probitate, doctrina & dignitate illustres opinantur) non inutile, a quatuor eminentissimis Cardinalibus, qui sua me benevolentia propter lucubrationes in historiam ecclesiasticam meas dignantur, commendatum, ab illustrissimis Cleri Gallicani principibus, qui mihi etiam honorarium in postremis*

(*p*) In disput. apologetica adversus F. Cl. Frassen. ed. Paris. 1682. f. 4. sq.

„ *comitiis libertate sua decreverunt, laudatum,*
„ *a magnatibus cum æstimatione aliqua susce-*
„ *ptum, a viris omnium nationum eruditis*
„ *expetitum, auctoris nomine & honore non*
„ *indignum*, OMNINO ALEXANDRUM
„ COMPROBAT. *Horum judicio contentus,*
„ *Claudii Frassenii convicia non vereor.. Si*
„ *quis ante me selecta historiæ ecclesiasticæ ca-*
„ *pita, & in loca ejusdem insignia dissertatio-*
„ *nes edidit, cujus laborem non solum sim æmula-*
„ *tus, sed diripuerim jure compilator a Frasseno*
„ *fuerim appellatus. At si nemo hucusque hi-*
„ *storiam ecclesiasticam hac methodo, hoc ordi-*
„ *ne, hac ubertate tractavit; si nemo dissertatio-*
„ *nes in universam ecclesiæ historiam seculorum*
„ *septendecim varia negotia illustrantes & ex-*
„ *ponentes scripsit & edidit: si nemo hæreses*
„ *omnes iis, quibus natæ sunt, seculis confu-*
„ *tatas & convictas ex scriptura sacra & tra-*
„ *ditionis doctrina exhibuit:* QUOD SANE
„ ANTE ME FECISSE NEMINEM PA-
„ LAM EST, *hodiernus historiæ ecclesiasticæ*
„ *compilator injuria vocor a Frasseno.* Et
„ post alia, *qui controversias*, pergit Alexan-
„ der, *attingit a* NEMINE *tractatas, qui*
„ *disceptatas ab aliis quæstiones novo ordine*
„ *expendit, novisque probationibus, argumen-*
„ *tis ac responsionibus illustrat, qui recentio-*

„ *rum*

rum hæreticorum ac Johannis Dallæi Calvi- „
niani Ministri inprimis opera contra catholi- „
cam ecclesiam plurima, quibus nemo Catho- „
licorum huc usque responderat, primus „
omnium ex Doctoribus catholicis confutare „
aggressus est, is Frasseni judicis non aliud „
quam compilatoris historiæ ecclesiasticæ no- „
men promeretur &c. Quantumcunque au- „
tem curæ & studii Natalis Alexander in „
conscribendis edendisque selectis suis hi- „
storiæ ecclesiasticæ capitibus, parandisque „
ad insignia ejusdem loca dissertationibus „
historicis, chronologicis, criticis & do- „
gmaticis adhibuerit, planissime tamen „
constat, magnificum illum de opere pro- „
prio sensum, auctori cæteroquin erudi- „
tissimo nonnisi ex spiritus elatioris dicta- „
mine obrepsisse, nec levem monumen- „
to alias non spernendo fuliginem indu- „
xisse. Neque hic conquievit scriptoris „
ejusce cenodoxi infelicitas, verum magis „
lugubri habitu sese dedit conspiciendam: „
scilicet cum opera ejus omnia ab Inno- „
centio XI. Pont. diro duroque diplomate „
proscripta fuissent, atque horribili notata „
carbone. Nimirum Bullæ Pontificiæ „
(A. 1684. d. 10. Julii Romæ divulgatæ) „
tenore Selectæ Hist. Eccles. capita cum „

„aliis Alexandri scriptis penitus damnata
„sunt & reprobata, ipsorumque impressio,
„descriptio, lectio, retentio & usus omni-
„bus & singulis Christi fidelibus sub poena
„excommunicationis ipso facto incurrenda
„interdictus: *Volentes* (ita Bullæ pontificiæ
„verba porro sonant) & *apostolica auctori-
„tate mandantes, ut quicunque libros prædi-
„ctos vel eorum aliquem penes se habuerint,
„illos seu illum statim atque præsentes literæ
„eis innotuerint, teneantur tradere atque
„consignare locorum ordinariis, vel hæreticæ
„pravitatis inquisitoribus, qui exemplaria sibi
„sic tradita illico flammis aboleri* (q) *curent.
„In contrarium facientibus non obstantibus
„quibuscunque, &c.* (r) Quantum inde do-
„loris accesserit Alexandro, haud valenti
„contra stimulum tam aculeatum calcitra-
„re, nemini erit obscurum. Neque a di-
„ro isto censuræ pontificiæ fulmine Nata-
„lem vindicare potuit ingens ejus pro fide
„Romana zelus, toto opere proditus, con-
„ceptum

(*q*) Pertinent igitur Alexandri Natalis opera ad libros publica auctoritate combustos, de quibus proxime singulari commentatione disserere animus est.

(*r*) Mitiorem tamen ergaNat. Alexandrum se præbuit modernus Pontifex Benedictus XIII. atque ejus opera, ni memoria me fellit, e damnatorum numero exemit.

ceptumque ex deletione & extirpatione „ Gallorum Protestantium gaudium, gemi- „ no loco (*s*) declaratum. „

§. 10.


Coronidis loco pauca hic addam e Celeb. Wagenseilii Collegio MSto de moribus Europæorum aulicis, notatu non indigna. Cum Christina Regina Sueciæ „ magno studii literarumque ardore flagra- „ ret, Bibliothecam suam monumentis lite- „ rarum Orientalium nulli comparandam „ atque adeo viginti millibus imperialium „ æstimatam, ei donavit Gilbertus Gaulmi- „ nus Senator Parisiensis, pro quo dono „ Regina Senatori reddi jussit triginta mil- „ lia Imperialium, sed jussit tantum, nihil „ enim ille accepit. Ut autem ipsa sciret „ quid in libris dono oblatis contineretur „ vocavit ad se virorum doctorum nostri „ seculi facile principem Samuelem Bo- „ chartum. Non autem eo honore, quo „ dignus erat, Bochartum tractavit Regina, „ sed ipsum rursus dimisit, perhibens, eum „ quidem esse virum eruditum, sed non „ esse aulicum: mores scilicet externos in eo „

(*s*) Tom. XXI. Selecl. Cap. f. 346. & 580.

„reprehensum ibat. Et Bocharto dimisso
„Bibliotheca rediit ad Senatorem quem
„dixi, Parisiensem. Salmasium in tanto
„pretio habuit, ut ejus ignem ipsa ali-
„quando curaret, cum ille conclavi literis
„se abderet. Et mortuo Salmasio Regina
„literis rogavit viduam, ut aliquem ex ejus
„filiis educandum sibi committeret; an-
„nuit petito mater, mittens filium ad Re-
„ginam coram quo prædicabat ipsa paren-
„tis defuncti merita, hoc insimul addens,
„ut vestigia parentis puer legeret, sed
„& elegantioribus moribus
„adsuesceret.



INDEX.



INDEX.

A.

Augu-

B.

C.

Chry-

D. Dio-

D.

E.

F.

G.

Gelenii

Hære-

J.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

W.

X.

Z.



Emendanda.

In Tom. II. p. 400. lin. 3. pro 1562. lege 1555.

Tom. IIII. p. 24. lin. 17. pro 1587. lege 1586. p. 30. lin. 18. dele *in officina Johannis Lufft*. p. 31. lin. 4. pro *eadem* lege *Joannis Lufft*.

Tom. V. p. 3. lin. 3. quem. p. 19. l. 15. Lonchi. p. 116. l. 19. post *editum* adde *a*. p. 117. l. 16. Thomas. p. 175. l. 1. Le trentieme. p. 185. l. 1. paria. p. 209. l. 26. ibique. p. 245. l. 10. tulisse. p. 250. l. 14. Jacobi. p. 262. l. 21. convellendi. p. 268. l. 6. Passeratii. p. 286. l. 11. MDXXXIIII.

Tom. VI. p. 305. lin. ult. Lutheri. p. 310. l. 16. terrifico. p. 313. l. 30. 1649. p. 337. l. 6. expelleret. p. 355. l. 6. propatulo. p. 361. l. 9. Nuenario. p. 458. l. 6. Fustianis. p. 467. l. 17. Wirsungum. p. 470. l. 23. pro S. lege *Lamed*. p. 477. l. 22. pro *sed* leg. *si*. p. 483. l. 4. post vocem *modo* add. *non*. p. 489. l. 5. legerent. p. 508. l. 23. existimarit.

Reliqua lectoris æquitati permittimus.

AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

TOMUS SEPTIMUS.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI,
MDCC XXVII.



MAGNIFICO, GENEROSISSIMO ATQVE CONSVLTISSIMO DOMINO,

DOMINO

JOANNI SCHÜTZIO,

SERENISSIMI ATQVE CELSISSIMI PRINCIPIS AC MARCHIONIS BADA-DVRLACENSIS ETC.

CONSILIARIO DIGNISSIMO

ET

REIP. MEMMINGENSIS CONSVLI H. T. REGENTI

BENEMERENTISSIMO

)(DOMI-

DOMINO ET MAECENATI SVO DEVOTISSIMA ANIMI REVERENTIA AD CINERES VSQVE DEVENERANDO

Hasce Pagellas

In publicum summæ suæ venerationis monumentum submisse nuncupatam consecratumque it

J. G. SCHELHORNIUS,
Scholæ Patriæ Conrector,
& Reip. Bibliothecarius.

ETsi,



ETſi, VIR MAGNIFICE, benevola eruditorum judicia me, ſponte etiam currentem, ad ſtre-

nue decurrendum illud, quod divino fretus auxilio ſum ingreſſus, ſtadium graviter excitant; etſi ipſe ille labor, quem in paranda atque divulganda hacce opella haud invitus inſumo, nativa ſua jucunditate ac dulcedine mentem ad plura audenda acuit meam: nihil tamen acriores mihi admovere ſtimulos fateor, quam quod non ſine ſuavi tenerrimæ

oble-

oblectationis sensu perspiciam, nec Patronis meis displicere exilia hæc conamina, quodque sic mihi subinde commoda enascatur occasio, publica Illis devotæ devinctæque mentis testimonia exhibendi.

In præsentia hoc penes TE defungi mihi liceat officio, VIR GENEROSISSIME, cujus excellentissi-

mæ virtutes & plurima in Patriam merita pectori meo impresserunt cultum ac venerationem longe maximam, cujusque gratiosæ benevolentiæ plurimum me debere profiteor, æternumque profitebor. Præstantissimas illas dotes quibus divina TE largiter decoravit Providentia, insignia illa officia a TE cum olim jam in viridi vernantis ætatis

tis TVAE flore difficillimis belli Bavaro - Gallici temporibus non absque magno diſcrimine, tum etiam poſtea domi forisque in graviſſimis legationibus in Patriam collata, ſummam illam prudentiam multo uſu ad ſuſtinendas maximarum rerum curas abunde firmatam, expeditam illam in impeditis ſolertiam, feliciſſimam illam in confi-

ciendis arduis negotiis dexteritatem, indefeſſam illam pro Patriæ utilitatibus curam, & reliqua illuſtria ſapientiæ ac fidei TVAE documenta, eaque omnia, quæ ad Rerumpublicarum gubernacula ſedentes unice exornant, dudum in TE admirari atque cultu proſequi devotiſſimo didici.

Hæc

Hæc autem, cunctos bonos cives in TVI amorem & venerationem trahentia, me, qui in TE observando nemini unquam mortalium concedam, impulerunt, ut hoc qualecunque TVIS virtutibus ac in Patriam meritis monumentum publicum ſtatuere ſim auſus, quod ſerena fronte ut excipias, omnibus precibus contendo.

Sunt

Sunt vero & alia haud pauca, quæ debitæ gratitudinis censum, quem TIBI a longo jam tempore debeo, a me jure suo postulant. Et TVO enim, MAGNIFICE CONSVL, favori exoptatissimo ea, quibus hactenus Incluti Magistratus benevolentia multis me beavit vicibus, commoda accepta lubens meritoque refero: spesque

que hilaris meum permulcet animum, fore, ut & in posterum fortunæ meæ amplificandæ curam gratiose gerere, Musasque meas tenues patrocinio TVO animare ac fovere non dedigneris, qui jam olim quum in Academiis operam literis darem, mea studia subsidiis e legato Seyfridiano, cui dispensando

atque

atque administrando laudabiliter praees, sponte TVA juvisti, atque ita TIBI me reddidisti devinctissimum.

Mihi autem, quoad hac frui aura licebit, nihil erit prius, nihil antiquius, quam illum TVVM favorem venerabunda semper mente colere, ac Supre-

premum Numen ardentiſſimis exorare precibus, ut TE, MAECENAS, in Memmingæ noſtræ ornamentum atque gaudium quam diutiſſime ſoſpitet, TIBIQVE cum GENEROSISSIMA CONJVGE quicquid eſt felicitatis perpetuo largiatur, & conſilia TVA porro TIBI glorioſa, Patriæ ſalutaria

eſſe

esse clementer jubeat! Scribebam Memmingæ A. O. R. clↄ Iↄ ccxxvii. ipsis Idibus Jul.



PRÆ-




PRÆFATIO.

L. B. S.

HAud opus fuisset, in ipso novi hujus voluminis exordio novo Te morari præfamine, nisi amicorum quorundam monitu constitutum mihi esset, in posterum subinde huic opellæ inserere vitas & memorias eruditorum in Suevia nostra recens defunctorum, aliaque historiam nostræ gentis litterariam illustrantia. Omnes igitur patriæ studiosos quam humanissime ad suppetias mihi benevole ferendas invito, persuasissimos eos esse cupiens, debitum me illorum facilitati honorem semper habiturum. Ita vale, Amice Lector, atque favore Tuo nostrum institutum porro prosequere.







LVCVLENTA COMMENTATIO IN ANTIQVA MONVMENTA IN AGRO TIGVRINO NVPER ERVTA. (a)

(a) Visum est, pereruditâ atque elegantissima hac dissertatione novum hujus opellæ volumen ordiri, eaque in ipso limine lectores meos oblectare. Acceptam fero illam incomparabili humanitati Illustris UFFENBACHII, magni literarum Mæcenatis, & ævi nostri Peirescii, cujus curæ Auctor doctissimus, nominari nolens, eam commiserat. De iisdem vero monumentis antiquis Anno MDCCXXIV. mens. Junio & Julio feliciter erutis & ab interitu vindicatis, conjecturas suas publice eo ipso anno vernaculo sermone exposuit Maxime Vener. atque Celeberrimus Tigurinæ Ecclesiæ Archidiaconus Jo. Baptista Ottius.

ARGVMENTVM COMMENTATIONIS.

§. I. *Patria Historia in suis initiis mutila est: communia fata habuit cum prisca Romanorum Historia.* §. II. *Supplementi uberrimi vicem præstant monumenta antiqua, Virorum Eruditorum Commentariis illustrata, unde & Antiquariorum dignitas derivatur.* §. III. *Commentarii hujus generale argumentum atque scopus panditur.* §. IV. *In* PAVIMENTORUM ORIGINEM *inquiritur.* PLINIO *lux accenditur, ejusque de Pavimentorum origine sententia confutatur. Castigatur* MAR. GRAPALDVS. §. V. *Docetur* RATIO STRVENDI *Pavimenta penes Romanos ad mentem* VITRVVII. §. VI. *Varia Pavimentorum genera indicantur: quid* TESSELLATA & SECTILIA *differant, disquiritur: varia Eruditorum Virorum,* PHILANDRI, BALDI, SALMASII, GRÆVII, BERGIERII *opiniones rejiciuntur, atque alia Vitruvii auctoritate stabilitur.* §. VII. *De* MVSIVO OPERE *disputatur: Solo id nunquam semper Cameris adsignatum post Salmasium observatur. Ejus struendi ratio inter artes deperditas numeranda. Castigatur* JVL. CÆS. BVLENGERUS: *In denominationis originem inquiritur.* §. VIII. *Quid fuerint* LITHOSTROTA *exponitur,* SALMASII *sententia confutatur.* §. IX. S. JOANNIS *Evangelistæ comm.* 13. CAP. XIX. *criticis illustratur Animadversionibus.* §. X. *Modeste refellitur* LIGTFOOTI *de cit.* IOANNIS *loco sententia, atque de Romano Prætorio sermonem esse, arguitur.* §. XI. *Curatius describitur Pavimentum nostrum in Pago Kloten erutum: Initur numerus reliquorum Pavimentorum in Helvetia hactenus erutorum: promiscuus artis hujus usus leviter indicatur.* §. XII. *Reliquæ ædium* RVINÆ & *universa Instrumentorum, Vasorumque suppellex, excutiuntur. juxta & elucidantur.* §. XIII. LITTERATA MONVMENTA *in duas Classes dividuntur, atque Inscriptiones,*

ptiones, quæ XI. LEG. mentionem faciunt, recensentur. §. *XIV.* *Texitur* LEGIONVM *Romanarum* HISTORIA *ex mente* DIONIS, *qui emendatur:* JVST. LIPSIVS *haud leuiter notatur.* §. *XV.* *Ea* LEGG. *Historia suppletur.* §. *XVI.* LEG. *XI. agnomina* C. P. F. *exponuntur.* §. *XVII.* SEDES *illius* HIBERNA *indicatur*, INSCRIPTIONES *duæ illustrantur: altera quoque emendatur.* §. *XVIII.* *Explicantur reliquæ* INSCRIPTIONES *quæ* XXI. LEG. *memorant.* §. *XIX.* *Eidem* SEDES HIBERNA *adsignatur.* §. *XX.* *Ex Lapidibus Litteratis texitur integra series Legionum, quæ sub Imperio Romano in Helvetia morabantur.* §. *XXI.* *Ad alteram Litteratorum monumentorum classem referuntur* NVMMI *diversi moduli ærisque, qui cursim recensentur.* §. *XXII.* *Arguitur ex his monumentis* CASTRA *quondam* ROMANA *ad pagum Kloten fuisse posita: id quod fusius demonstratur.* §. *XXIII.* *Agitur de* PRÆTORIO, TRIBVNALI *&* SACRIS *Castrorum.* §. *XXIV.* *De* OFFICINIS *& variis ad Castra* ÆDIFICIIS *disputatur.* §. *XXV.* *Confirmatur ea sententia ex loci opportunitate.* §. *XXVI.* *Refellitur eorum opinio, qui publica isto in loco* BALNEA *fuisse contendunt.* §. *XXVII.* *Inquiritur in tempus horum Castrorum.* §. XXVIII. *Momentum horum ruderum expenditur pro demonstranda* ANTIQVITATE VRBIS TIGVRINÆ.



§. I.



Entis nostræ origines, Majorumque res vel pace vel bello præclare gestæ longa premuntur nocte: Patria enim Historia ad ea usque tempora, quæ Augustissimum illud Helvetorum Fœdus proxime anteverterunt, omnis ferme fabulosa est atque mutila, ex levibus quibusdam fragmentis & conjecturis ut plurimum frivolis consarcinata, frequentes inibi lacunæ, mera caligo, meræ tenebræ!

Quasi per incertam lunam sub luce maligna
Est iter in Sylvis, ubi cœlum condidit umbra
Jupiter, & rebus nox abstulit atra colores.

Accidit nimirum illi, quod priscæ Romanorum Historiæ, de qua C. SALLVSTIVS in *B. Catil. Profecto,* inquit, *fortuna in omni re dominatur, eaque res cunctas ex libidine magis, quam ex vero celebrat obscuratque. Athenienſium res gestæ, sicut ego existumo, satis amplæ magnificaeque fuere, verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur:*

tur: ſed quia provenere ibi magna ſcriptorum ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum, qui ea fecere virtus tanta habetur, quantum ea verbis potuêre extollere præclara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit; quia prudentiſſimus quisque facere, quam dicere, ſua ab aliis benefacta laudari, quam ipſe aliorum narrare malebat. En priſcæ gentis noſtræ veram imaginem!

§. II.

Has vero Patriæ Hiſtoriæ lacunas magnam partem explent Monumenta illa antiqua ſive Emblematica, ſive Litterata, æri, lapidibus, gemmis inciſa, totidem quaſi Hiſtoriarum volumina, quæ multa nobis Hiſtoriæ capita, omnibus indicta Annalibus, ab oblivione vindicant, & in claram lucem producunt; multa Hiſtoricis quaſi aliud agendo memorata illuſtrant; multa denique ad antiquos mores ritusque ſpectantia, & poſteris exemplo futura docent.

I nunc Argentum & Marmor vetus, AEraque, & Artes
Suſpice — — —

Intelligis nimirum, quo loco habendi ſint illi, qui in explicandis iluſtrandisque Anti-

tiquorum operum reliquiis & quasi naufragii tabulis rite occupantur; Historicorum vicem præstant, & ubi hi incipiunt, isti ut plurimum finiunt. Vero non hoc ago, ut Antiquariorum dignitatem ad invidiam usque laudibus extollam; nobis in hoc genere otia fecêre Viri immortales & suis in Rem Litterariam meritis toto orbe celeberrimi.

§. III.

Animus est hoc Syngrammate, quantum lucis Antiquitatum studium in ipsam quoque Historiam Patriam diffundat, recenti aliquo & ipsa novitate memorabili edocere exemplo. Eruta sunt nuper in pago quodam ad secundum lapidem ab Urbe Tigurina, dicto Kloten, egregia nonnulla Antiquitatis monumenta; Pavimentum marmore cæsim diminuto stratum, varii generis instrumenta Sacra, nummi, Inscriptiones &c. alia: Quæ omnia Auctoritate AMPLISSVMI SENATVS, sub auspiciis Viri Nobilissimi & moris antiqui Peritissimi JOH. HENRICI ZOLLERI, *Tribuni militum*, cui hæc provincia S. C. demandata erat, magno studio atque labore per latissimum campum conquisita, lucique reddita, quin & optimo consilio Tigurum in Cimeliar-

meliarchium publicum transportata fuere, ubi κειμήλια isthæc magna cura asservantur. Et digna omnino sunt, quam quæ maxime attentione nostra; proinde me operæ pretium facturum existimavi, si otii mei subcesivas horas illustrandis his monumentis occuparem.

§. IV.

Inter monumenta nostra primum merito locum tenet Pavimentum affabre stratum, a quo proin & commentationem nostram ordiemur. Repetam autem rem omnem ab ovo, atque argumentum illud de pavimentorum origine, structura, generibus paulo cujus curatius excutiam, quoniam perperam multa in hoc genere ab Eruditis sunt tradita. Et Pavimentorum quidem originem quod adtinet, PLINIVS nobis consulendus est, qui *Hist. Nat. Lib. XXXVI. cap.* 25. id ex professo agit: *Pavimenta*, inquiens, *originem apud Græcos habent elaborata arte picturæ ratione, donec Lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus* *, *qui Pergami statuit* (vel ut

* Pro Soso Xenodorum nescio quem M. GRAPALDVS in *Lex.* de *Part. Æd.* Lib. II. c. I. p. 56. sub-

ut alii rectius: *stravit) quem vocant* Ἀσάρωτον οἶκον, *quoniam purgamenta cœnæ in pavimento, quæque everri solent, veluti relicta fecerat parvis e ** testulis tinctisque in varios colores. Mirabilis ibi columba bibens, & aquam umbra capitis infuscans. Apricantur aliæ scabentes* (Salmasius legit auctoritate librorum veterum: *lavantes*) *se se in canthari labro.* Hactenus de pavimentis subtegulaneis, seu quæ sub tecto sternebantur. De subdialibus paulo inferius: *Subdialia Græci invenere,*

substituit. *Sternuntur*, inquit, & *Asarota*, *in quibus Xenodorus primus claruit; nam Asarotum stravit miro artificio parvis testulis in varios colores tinctis & imagines pictis.* Unde *Papinius I. Sylv.* Tiburtinam villam Vopisci describens:

- - - - *varias ubi picta per artes*
Gaudet humus, superantque novis Asarota figuris.

Nomen ab ἀ & σαίρω, vel σαρόω, *everro*, vel *scopis expurgo* mutuantur. Videtur Marius insolens hoc Dædali nomen ex aliquo Plinii Codice, ex quo & reliqua hausisse: faciunt tamen plurimi Codd. pro *Sosο.*

** *Salmas in Exercit. Plin.* pag. 854. *b. A.* Testulæ illæ, inquit, in mendo stratæ. Vetus liber: *parvisque essent utilis:* lege: *parvisque e tesserulis.* Verbo Lutilii usus, cujus & versum ibidem citat:

- - *lexis composita, ut tesserulæ omnes*
Arte pavimento, atque emblemate vermiculato.

Id vero Salmasius sola auctoritate sua mihi non persuadebit, cum vulgata Lectio propius accedat ad scripturam Librorum veterum.

re, talibus domos contegentes. Nimirum ea pavimenta omnium prima & antiquissima credit, quæ arte omni & ornatu privata erant, solo fistucationibus magna cura solidato, ut *Vitruvius* loqui amat? FISTVCA enim interprete *Bernald. Baldo* in *Lexic. Vitruvian.* ansatum & capitibus ferratum instrumentum est, quo pali sublicæque in terram panguntur & solum exæquatur atque firmatur, *pavicula* quoque vocatum ipsum hoc instrumentum a *paviendo*, hoc est, feriendo, unde *pavimenti* nomen. Hujus generis pavimenta *barbarica* proin dicta, quia omni cultu & ornatu erant destituta. *Plinius* claris verbis, quæ hunc in modum legenda: *Pavimenta credo primum facta, quæ nunc vocamus barbarica, eaque subtegulanea, in Italia fistucis PAVITA: hoc certe ex nomine ipso intelligi potest.* Postea a Græcis pingebantur hæc pavimenta variis coloribus, ut hodie vulgo parietes: crescente autem luxu picta hæc pavimenta locum cedere cogebantur Lithostrotis, hoc est, pavimentis lapillis stratis, in quorum genere etiam erant Asarota, quorum artifex Sosus *Plinio* celebratur: Ne vero ejus manes mihi iratos habeam, pace illius dictum sit, eum ex gentis suæ more facere, quæ artium ferme omnium ac di-

ſciplinarum originem Græcis tribuere ſolebat. Nos antiquiora eſſe pavimenta illa & ſubtegulanea & ſubdialia cenſemus, idque auctoritate Sacræ Judæórum Hiſtoriæ: de illis mentionem facit *Liber Eſther Cap. I. v.* 6. ubi ſumtuoſiſſimum illud Ahasveri convivium graphice deſcribitur; Cænatorii lectuli poſiti erant על רצפת בהט ושש ודר. Hæc vero memorat. *II. Lib. Samuel*: וסחררת *cap. XI. v.* 2. In Italia vero ante Cimbricum bellum jam fuiſſe frequentata magna gratia animorum teſtis eſt *Plinius* l. c. qui nos itidem docet, *Romæ ſcalpturatum in Jovis Capitolini æde primum factum eſſe poſt tertium Punicum bellum initum: Lithoſtrota vero cœptaviſſe jam ſub Sylla.* Hæc de pavimentorum origine ex Plinio. Clariſſ. *Guil. Gœree* in *Antiqq. Bibl.* Originem pavimentorum Emblematibus pictorum derivat ex more priſco per florea prata jacentium aut ſedentium; cenſetque emblemata hæc pavimentorum præbere accumbentibus ſpeciem floridi quaſi thori: ad partes ſuas vocat *Auſonium Moſell. v.* 48.

I nunc & Phrygiis ſola levia conſere cruſtis
Tendens marmoreum laqueata per atria campum.

item

item etiam *Prudentium* περὶ Στεφ. in Hymn. III. v. 196.

Tecta corrusca superrutilant.
De laquearibus aureolis;
Saxaque cæsa locum variant,
Floribus ut resoluta putes
Prata rubescere multimodis.

§. V.

Pergo nunc ad Pavimentorum structuram. Hanc nos docet VITRVVIVS *Lib. VII. Cap. I.* quo magistro in hoc argumento uti cogito. Pavimentum omne quatuor coriis seu stratis distinguebatur. Primum atque imum pavimentorum stratum STATVMEN dictum, constat ex lapillis, ut vult *Plinius H. N. Lib. XXXVI. c. 25.* globosis, ope calcis & signini coagmentatis; de eo *Vitruvius*: *Tunc insuper statuminetur, ne minore quidem saxo, quam quod possit manum implere.* Alterum corium dictum RVDVS: *Rudera*, teste *Isidoro in Originib. appellant* artifices *lapides contusos & calci admixtos, quos in Pavimentis faciendis superfundunt.* Rationem struendi corii hujus exponit *Vitruvius*: *Statuminationibus inductis ruderetur: Rudus si novum erit*, h. est, e novo

factum

factum lapide aut recentibus teftis, *ad tres partes una calcis mifceatur*, (vel ut *Palladius* vult *Lib.I. c.9.* Saxi contufi duas partes, cum una calcis temperatæ conftitues) *fi redivivum fuerit*, fcilicet e veteri renovatum ex pavimento aut ædificiis dirutis, *minus opus eft calcis, fed ad quinque fufficiunt partes duæ:* ita expreffis verbis *Vitruvius*: *Quinque ad duum mixtiones habeant refponfum. Deinde Rudus inducatur, & vectibus ligneis decuriis inductis crebriter pinfatione folidetur, & id non minus pinfum abfolutum craffitudine fit dodrantis IX. puta pollicum.* Tertium ftratum NVCLEI nomine veniebat, ratio denominationis in promtu eft cuivis: molle hoc erat atque tenellum; præcipit de eo *Vitruvius*: *Infuper ex tefta nucleus inducatur, mixtionem habens ad tres partes unam calcis, uti ne minore fit craffitudine pavimentum digitorum fenum.* Tandem inducebatur *fumma CRVSTA: fupra nucleum ad libellam & regulam exacta pavimenta ftruantur.* Pavimentis hunc in modum coaptatis accedebat ultimo loco fricatura, uti fcil. anguli omnes effent æqualiter plani, neque tumuli aut lacunulæ exftarent. Integrum pavimenti opus craffum erat digitos quindecim. His autem Romanæ Architecturæ præceptis exacte

acte respondet pavimentum illud nostrum Clotense ad libellam structum.

§. VI.

Memorantur vero antiquis varia pavimentorum genera: TESSELLATA, SECTILIA, LITHOSTROTA, alia, quæ superficie tantum ab invicem erant distincta, secundum cujus varietatem, varia habuere nomina. In hac rerum, opinionumque discordia nostrum erit disquirere, ad quam pavimentorum classem illud Clotense potissimum sit referendum. Auctores antiqui TESSELLATA & SECTILIA passim ab invicem distingunt; in quo vero isthæc diversitas fuerit posita, tot sunt Eruditorum sententiæ, quot capita. *Philander* in *Animadv. ad Vitruv. Lib. VII. c. I. Per Sectilia*, inquit, *intelligo parvas marmoreas crustas, in varios interdum colores tinctas: per tesseros quadrata grandia. Baldus* contra in *Lexic. Vitruv.* ad vocem TESSERA: *Ego* tesseras *puto ad Musivum opus* vel pictum *pertinere;* Sectilia *vero secti marmoris esse quadrata grandia.* Clariss. *Salmasius* in *Exerc. Plin. ad Solinum pag.* 854. Sectilia *sectis parvulis marmorum crustis strata erant, ex diversi generis & coloris marmoribus non tin-ctis.*

ctis. Tessellata *ex parvis tessellis, hoc est calculis quadratis in varios colores tinctis*. Quocum facit & Clariss. *Grævius in Not. ad Sueton. Jul. I. 46. Bergierius* vero *Lib. II. de publ. & milit. Viis Imp. Rom. Sect. XII. §. 5. Quadra illa erant generatim vel majora, vel minora. Majora in faciem porrecta infra quatuor digitos, imo reperiuntur, quæ æquant fabæ magnitudinem: Majora dicebantur* Tesseræ *vel* Tessellæ, *& ex iis facta pavimenta tessellata: minora* sectilia *vocabantur*. Quod exstruit alius, alius turbat atque diruit. Nugas vero agunt illi, qui distinctionem sectilia inter & tessellata in colore seu nativo seu adscititio quærunt; cum nullum ex antiquitate testimonium queant producere, quo hæc illorum firmetur Hypothesis: constans enim antiquis Auctoribus de hac distinctionis nota silentium. Ad veritatem propius accedere videntur illi, qui crustularum magnitudine fuisse distincta autumant, inveniunt enim sententiæ suæ aliquod præsidium in ipsa *Sectilium* appellatione. Verum contra eos facit *Vitruvius* l. c. qui tesseras absolute sic dictas, per quas minores tessellas intelligit, quasque grandibus opponit tesseris, a sectilibus expresse differre docet. Ego proin ab his Reip. Litterariæ

terariæ Dictatoribus diſcedere & in omnia alia ire non vereor : cum fiducia aſſerens Teſſellata ſectiliaque pavimenta nonniſi cruſtularum figura ab invicem fuiſſe diſtincta ; Teſſellata quidem calculis quadratis ſive teſſellis; Sectilia vero cujuscunque alius figuræ lapillis ſtrata erant ; fidem facit *Vitruvius* l. s. c. quod miror neminem hactenus advertiſſe ; *Cum ea*, inquit, *pavimenta exſtructa fuerint, & faſtigia exſtructiones habuerint, ita fricentur, ut ſi* Sectilia *fuerint, nulli gradus in ſcutulis*, ſeu rhombis, *aut trigonis, aut quadratis*, oblongis ſcil. *ſeu favis* i. e. hexagonis *extent : Sed coagmentorum compoſitio planam habeat inter ſe directionem. Si Teſſeris ſtructum erit, ut ea omnes angulos habeant æquales, nullibique a fricatura extantes.* Ut taceam iſtam meam opinionem diverſa hac Sectilium, Teſſellatorumque denominatione mire confirmari.

§. VII.

Hactenus de Pavimentis Teſſellatis & Sectilibus : Nunc de *Muſivis* diſputabo *operibus.* Nolo autem varias variorum de illis conſcribillare ſententias ubivis obvias & ut plurimum ineptas : ea tantum in medium proferam, quæ argumentorum vi atque

que pondere firmata sunt. Et ante omnia quidem monendum est, hallucinari omnes, qui Musivum pavimentis adsignant, quod cameris & apsidibus proprium: Cameram, nullum, apsidem legimus ubique de Musivo pictam; solum autem vel ἔδαφος nunquam: tantum certe interest inter musivum & pavimentum, quantum inter solum & cameram triclinii. Clariss. *Sponius in Miscell. Erud. Antiq. Dissert. II.* habet inscriptionem, quæ Cameris adsignat Museum: ET HOC AMPLIVS PRO SVA LIBERALITATE CAMERAM SVPERPOSVIT ET OPERE MVSEO EXORNAVIT. &c. Nusquam item invenies dictum, pavimenta de Musivo picta. Videatur in hanc rem *Almasius* in *comment. ad Æl. Spart. cap.* 6. ubi assertum hoc vel centum testimoniis firmat. Existimant viri in hoc studiorum genere celeberrimi Musivum opus materia & forma tessellato picto non differre; videsis *Baldum* in *Lexic. Vitruv.* ad vocem TESSERA. *Peraltum* in *Annot. ad Vitruvium; Salmasium* in *Exercit. Plin.* p. 855. &c. Ego contra de ratione operis Musivi quicquam absque temeritatis culpa a quoquam posse affirmari nego, in tam alto Auctorum silentio: *Plinius* & *Vitruvius* ejus ne quidem meminerunt;

runt; *Æl. Spartianus cap.* 6. & *Treb. Pollio* in *Tetric. Jun.* nonnisi quasi aliud agentes leviter ejus nomen tangunt; & quicquid ex priscis auctoribus de ratione hujus operis discimus, huc redit, omnem Musivi operis artem ad picturam esse referendam. Mirari vero satis non possum *Jul. Cæsar. Bulengerum* in opere de *Pictura & Plastice Lib. I. cap.* 9. enormiter hallucinantem: *Ego*, ait, *Musivum opus de omnibus sigillis, imaginibus, exemplis, quæ ex tessellis, ex scutulis marmöreis, aut ex hyacinthis, unionibus, carbunculis & aliis gemmis, lapillisque construuntur, interpretor. Scribit enim Pollio in Tetrico jun. Tetricos obtulisse Aureliano civicam coronam de Museo pictam, i. e. sigillis & imagunculis ex unionibus, Smaragdis & carbunculis ornatam.* Nusquam Trebell. Pollio hæc memorat: id vero dicit, imaginem coronæ illius, quam Aurelianus a Tetricis in grati animi monumentum acceperat, de Museo fuisse pictam: dabo ipsissima ejus verba: *Tetricorum domus hodieque extat in monte Cælio inter duos lucos contra Isium Metellinum, pulcherrima, in qua Aurelianus pictus est, utrique prætextam tribuens & senatoriam dignitatem; accipiens ab his sceptrum, coronam civicam picturatam de*

Museo. Originem nominis quod adtinet, communis est Eruditorum sententia, quam habet Clariss. *Sponius Disq. Cur. Diss. II.* p. 21. *On donnoit à ces sortes de pavez,* sequitur communem errorem) *le nom de Musea, Musia & Musiva, parce qu'on attribuoit aux Muses les ouvrages ingenieux, & qu'on y representoit les Muses & les Sciences. Nous avons même dans Lyon l'Eglise ancienne de S. Irenée, qui etoit toute pavée d'une Mosaique où l'on voit encore depeintes la Rhetorique, la Logique & la Prudence.* Addunt huic conjecturæ aliquod pondus, quæ habet *Pausanias Lib. II. cap.* 31. de Musæo Troezeniorum in Peloponeso: Οὗ πορρωτέρω Ἱερὸν Μουσῶν ἐστι. — Τοῦ Μουσείου δὲ πορρωτέρω βωμός ἐστιν ἀρχαῖος, ἐπὶ δὲ αὐτῷ Μούσαις καὶ ὕπνῳ θύουσι. Neque tamen communis hæc sententia firmo satis stare talo videtur: Siquidem artium omnium atque scientiarum originem & incrementum Musis tribuere solebat veneranda antiquitas; quin & artium illæ Litterarumque Præsides non unico hoc picturæ genere, neque solæ effingebantur; quî ergo huic soli nomen inde esset? quasi vero non eodem sive jure, sive injuria hæc denominatio & Statuariæ arti, & picturæ omni & Plastice conveniret.

Ego

Ego quidem huic operi ab inventore nomen inditum censeo: *Pausanias Lib. IV. cap.* 24. *Musi* alicujus artificis mentionem injicit, de basi ænea, quæ Jovem sustinet loquens: Μουσυ δε ἐςι ποιημα, ὁςις δη οὑτος ἐςι Μουσος.

§. VIII.

Pergamus ad LITHOSTROTA: frequens illorum apud antiquos auctores mentio. *Varro de Re Rust. Lib. III. cap.* 1. *Cum enim villam haberes opere tectorio & intestino ac pavimentis nobilibus* lithostrotis *spectandam, parum putasses esse, ni tuis quoque litteris exornati parietes essent.* & *cap.* 2. *Nunc ubi hic vides citrum, aut aurum? num minium, aut armenium? num quod emblema aut* lithostrotum? *quæ illic omnia contra.* De his *Salmasius* in *Exerc. Plin. p.* 855. „Tessellata pavimenta omnino diversa fuerunt „ a *Lithostrotis*, ut clare significavit Plinius. „ Male igitur Viri Doctissimi Lithostrota „ & Tessellata eadem faciunt. *Lithostrota* „ sectis parvulis marmorum crustis strata „ erant ex diversi generis & coloris mar- „ moribus non tinctis. Suetonius *Sectilia* „ latine vocat τα λιθοςρωτα. & distinguit a „ tessellatis, *in Cæsare.* Grammatici apud „

Homerum τὸ κεραταματπεδον interpretantur λιθόστρωτον ἢ ψηφολόγητον ἔδαφος. Ergo di-
'ersum Lithostrotum à tessellato & paulo
nferius ; „ *Lithostrota* in pavimento ac so-
, lo mansere ;. *tessellata* ad cameras trans-
, lata & musivi operis nomine appellata
„ sunt. SalmasiusLithostrota a tessellatis di-
stinguit, cum sectilibus vero suis confun-
lit, quibus ex rationibus, ego quidem non
ntelligo. Prolixus satis in exponendis suis
opinionibus, sed in iis confirmandis nimis
parcus. Frustra vel Plinium, vel Sueto-
nium in subsidia vocat ; quæcunque enim
neic sibi fingit de Lithostrotorum a tessel-
atis distinctione & cum sectilibus synony-
nia, mera sunt somnia, ne levissimis qui-
lem rationibus fulta. Docet enim *Plinius*
:laris verbis generale Lithostrotorum no-
nen esse, & ab utrisque tessellatis & secti-
ibus pavimentis differre, ut genus differt
ı suis speciebus : *Lithostrota*, inquit, *expu-
'ere rationem pingendi pavimenta. Celeber-
'imus fuit in hoc genere*, sc. lithostrotorum
Sosus, qui &c. Refert nimirum Plinius ipse
nter Lithostrotorum species Asarota atque
mprimis Sosi illud Pergamenum ex parvis
:rustulis tinctis stratum.

§. L

§. IX.

Neque vero profani tantum Auctores, verum S. etiam Pandectæ Lithostrotorum mentionem faciunt. Insignem suppeditat locum S. JOANNES Evangelista CAP. XIX. v. 13. quem hac sectione criticis quibusdam illustrabimus animadversionibus, ut doceamus, Antiquitatis Scientiam etiam Libris S. in quibusdam commatibus lucem præferre. Locus ita habet : Ὁ οὖν Πιλατος, ἀκουσας τουτον τον λογον, ἤγαγεν ἔξω τον Ἰησουν· κ̀ ἐκαθισεν ἐπι του βηματος, εἰς τοπον λεγομενον ΛΙΘΟΣΤΡΩΤΟΝ : ἑβραιστι δε ΓΑΒΒΑΘΑ. Βημα hoc Pilati, de quo loquitur Joannes, erat extra Prætorium, ut colligimus ex *cap. XXVII. Evangelii secundum Mathæum. v.* quippe 19. Pilatus memoratur sedens ἐπι του βηματος, & v. 27. milites deduxerunt Jesum à Tribunali εἰς το Πραιτωριον. Et *Josephus* claris verbis docet Tribunal Pilati non longe a Prætorio absfuisse, extructum in Stadio magno : Ὁ Πιλατος, inquit, καθιζας ἐπιβηματος ἐν τω μεγαλω Σταδιω. Quin & Prætoria castrorum a Tribunali erant sejuncta ; præcipit *Hyginus* de *Castramet. Parte læva Prætorii*, nimir. extra Prætorium, *Tribunal. statuitor.* Pars areæ Tribunalis Pilati lapillis erat strata quare subdit Joannes ;


ιον ΛΙΘΟΣΤΡΩΤΟΝ: Omnis
um chorus εἰς pro ἐν positum
llage sacris N. T. scriptori-
ma: Ego vero, integro alio-
erborum insignem & divinis
ibus non minus frequentem
ıethatesin, ita explicandam:
κουσας τουτον τον λογον, ἤγαγεν
ιἰς τοπον λεγομενον λιθοςρωτον,
ϑα,) καὶ ἐκάϑισεν ἐπι τοὺ βηματος
ıd ΛΙΘΟΣΤΡΩΤΟΝ, pavimen-
:tioso cæsim diminuto, & in
;enera discriminato, stratum:
is utar. Sectilene fuerit, an
m ignarissimis æque nescio.
ıudicii iste locus ἑβραιςι ΓΑΒ-
ıcum dicit illud Γαββαϑα S. Jo-
ı autem Nonnus. *Albericus*
ad I. Maccabæorum; Aut hæc
nus cum bonis Magistris, (Juni-
ad Joan. XIX. v. 17. & Tre-
Joan. XX. 5.) *ut quod Syrus*
licit Ebraicum, id proprie Ebrai-
:d vel Chaldæum vel Syrum, di-
tamen, quoniam tunc temporis
ı Ebrais esset vulgaris, (ex sen-
ıdam, non omnium; cui ta-
ıulta obstant) *nam suæ linguæ*
usum


usum, jam in ipsa captivitate amiserant, ac victorum idioma, vicinarumque regionum (quod vel chaldæum erat, vel Syrum) didicerant. Per contrarium dicunt Chaldaicam alii, quæ Hebræa, & quia sunt linguæ istæ affines: & chaldaica notior erat. Imo Salomonis Ebraica Lingua Assyria alicubi dicitur. *Themistius* Philosophus cognomento Ἐυφραδής, *Orat. V.* de Theodos. Imper. Πεπιςευκε γαρ ἑυπoιων τω λωγω τo Ασσυριω, ὁς την καρδιαν του βασιλεως λεγει, ἑυ λεγων, ἑν τη τε θεε παλαμη δορυφορειθαι. Omnino respicit dictum Proverb. cap. XXI. v. 1. Celeberrimi interpretes illud ΓΑΒΒΑΘΑ derivant a Syriaco גב, quod designat *crepidinem, dorsum* aut *superficiem eminulam*, eaque notio non multum abludit a re nostra. Nihil interim obstat, quominus Joannem proprie locutum asseramus, & hanc vocem derivemus ab Ebraico verbo גבה, *elatum, excelsum esse*: Nimirum Romani a miro artis pavimento huic loco imposuere nomen; Judæi vero ἀπο του βηματος, quod descendit a βαινω, *scando*, cui optime respondet illud ΓΑΒΒΑΘΑ. *Tacitus* de seditione Pannonica: *Una tres aquilas & signa cohortium locant, simul congerunt cespites, quo magis conspicua sedes foret.*

rectiſſime colligo, *indigitari* alium quemdam locum a *conclavi Gazith* diverſum; niſi probetur illud ipſum conclave Judæis quoque ſub nomine Γαββαθα clarum fuiſſe. Sed hoc opus, hic labor eſt. II. Quis a ſe poterit impetrare, ut credat Pilatum Proconſulem renitentibus Judæis ipſum accedere, ultro Conclave Gazith adiiſſe, Synedrii ſedem? Cum Evangeliſtæ una omnes ſententia Judæos quidem in cœdem innocentiſſimi Servatoris furore quodam ſtimulatos ruenteisque, Pilatum vero Salutem ejus ſtudioſe quærentem referant. *III.* Fallitur omnino Eruditus Anglus tribunal intra Prætorium conſtituens, de quo ſupra: neque proin opus erat, ut Judæi Prætorium Pilati ingrederentur; neque etiam vetitum ipſis erat vel profeſtis etiam diebus, ſi quod urgeret negotium in loco publico cum homine gentili ſermones miſcere. IV. Ipſe textus Sacer Eruditi Viri opinionem omnem reſpuit atque deſtruit: Expreſſis verbis *S. Joannis cap. XVIII.* 28. *Α'γουσιν ουτον Ιησουν απο του Καϊαφα εις το Πραιτωριον.* Ibi reliqua omnia peracta ſunt. Quid quod ipſa Prætorii vox, quæ origine latina eſt, ſatis evincit, agi h. l. de Prætorio Romano, non de ſede Synedrii Judæorum

1. *pag:27.*







rum. Nollem vero quisquam hæc ita dicta accipiat, quasi meritis immortalis viri temere quid derogatum vellem; neque enim petrahere ausim hærentem capiti multa cum laude coronam. †

§. XI.

Redeo in viam, atque tandem concludo, illud de quo agimus Clotense Lithostroton seu pavimentum inter tessellata esse referendum. Contextum illud est atque coagmentatum ex tessellis marmoreis magnitudine nucem avellanam æquantibus; coloris ut plurimum albi atque cinerei nigricantis, nonnullis etiam rubri viridisque: genus marmoris, ut existimat celeberrimus ævi nostri Plinius JAC. SCHEVCHZERVS, Helvetici in vicinis Legerii jugis atque in ipsis etiam pagis obvii: integram ejus faciem dabit Tab. I. Neque vero istud pavimentum primum est in Helvetia erutum; numerantur VI. diversa hujus generis opera, antiqui luxus documenta; prope Augustam Rauracorum, Agauni,

, Eberoduni & Aventici tria hodie
nſuntur, de quibus conſuli meretur
. Vir MARQ. WILDIVS *in Apolog.*
ntic. p. 178. *ſeqq. pag.* item 194.
Quibus & noſtrum iſtud ſupple-
oco accedit. Uſus vero horum pa-
orum erat promiſcuus in ædibus tam
, quam privatis, in Templis, Pala-
cis, Porticibus, Thermis, Mauſoleis;
is urbium, in viis publicis per Ita-
n area ſeu cavis ædium, in contig-
ous, in tectis &c. Quod monen-
nſeo, quoniam nonnullos ei *inhæ-*
inioni. video, quaſi hujus generis
ota nonniſi ad Tribunalia; in Ther-
n Templis & Mauſoleis ſtrata fuiſ-
ua opinione decepti, quæcunque pa-
antiqua ad hæc ædificiorum ge-
quam ad ſuas referunt claſſes.

§. XII.


rum pavimentum illud nos ultra
rabitur. Pergo nunc bonis avibus
ua monumenta & antiquam illam
ctilem omnem excutiendam. Et
uidem dignæ ſunt animadverſione
n ædificiorumque ruinæ inſignes,
ca pavimentum, tum aliis in locis
erutæ.

erutæ. Et quidem circa pavimentum effossæ muri alicujus in curvitate sese flectentis ruinæ: Ara quin etiam, ad cujus pedem testaceus canalis, sacra quoque instrumenta sunt effossa. Loco autem C. plus minus pedum intervallo a pavimento dissito detecta vastissimi ædificii rudera, cujus pars areæ marmoreis tabulis oblongis, atque ex Alabastro strata erat: Ad istum præterea locum, ut conjiciunt Eruditi Viri sudarii focus est erutus, cujus figuram oculis subjicio fidelibus, ut describendi laborem subterfugerem. † †

Exhi-

Exhibet Clariss. *Bonanni* in *Musæo Kircheriano Tab. LI.* 5. Tubum ejusmodi testaceum, qualeis in hac figura parietibus inclusos conspicis: Ad eum sic commentatur. *Classe. V. p.* 162. „ Sciunt eruditi varias fuisse cellas in thermis, quæ ab igne „ calefiebant, licet dubitetur, qua in parte „ earum ignem fovere veteres consueverint; an ad latus Caldariis fornax esset, „ an vero ipsis subjaceret. Sæpe laudatus „ *Scaccbus Myroth. I. cap.* 26, asserit calo- „ rem cellas omnes suscepisse ab hypocau- „ sto; hypocaustum autem fuisse Vapora- „ rium, seu furnum sive caminum ignis, „ unde balneum calebat, vel potius locum „ concameratum & fornicatum, habentem „ ante præfurnium, in quo, igne apposito, „ ille calebat, ex quo deinde cellæ omnes „ Thermarum calorem hauriebant, quod „ hypocaustum, ait, subjacuisse cæteris cel- „ lis. De fabrica balnei loquens *Plinius* „ *Lib. V. Epist.* ad Apollinarem nominat „ hypocaustum, dicens: *Cubiculum hyeme* „ *tepidissimum, quia plurimo sole perfunditur,* „ *cohæret hypocausto & si dies nubilus immis-* „ *so vapore, Solis vicem supplet, hoc est tepo-* „ *rem illi affert.* Erat ergo modus talem „ calorem immittendi, cum opus esset, &

tan-


pag.
A
A

tantus excitabatur calor, in cella ſupra hy- „
pocauſtum conſtructa, quantum deſide- „
raſſent hi, qui in cellis detinebantur, vel „
unctionis, vel ſudationis cauſa. Hanc „
varietatem caloris, ut veteres obtinerent „
per quosdam tubos, & canales intra pa- „
rietes ipſos collocatos, calorem ad cellas „
ex hypocauſto transmittere ſolebant. Te- „
ſtatur hæc *Seneca Epiſt. XC.* loquens de „
Thermis: *Et impreſſos parietibus tubos*, „
qui ima ſimul & ſumma foverent æquiter. „
Et hæc Bonanni aſſerta mire confirmantur
ab ipſis monumentis noſtris.

Accedunt inſuper ad hactenus recenſitorum monumentorum numerum, varii generis inſtrumenta .., quæ ſubjuncta tabula refert: ea vero ſunt,

A. A. Cultri ferrei duo, rubigine, longo annorum ſpatio ſub ruderibus contracta, exeſi; quos in ſacrificiis victimarum adhibitos fuiſſe, nullus dubitare poteſt, cum inter antiquorum operum rudera & ad pedem aræ reperta fuerint. Diverſam illi formam habent, ad diverſum uſum compacti: neque enim omnia eodem cultro perfici poterant, quæ in ſacrificiis peragebantur: alii pro jugulandis victimis, alii pro iis diſſecandis, excoriandisque requirebantur. Me-

rentur

rentur autem Clotenſes illæ noſtræ Seceſpitæ eo potiſſimum nomine ſingularem adtentionem, quod figura differant ab aliis, quas hactenus ex antiquis monumentis eruerunt Antiquitatis ſtudioſi Viri, & quarum figuras habent *Choulius* p. 250. exque eo *Saubertus de Sacrific. ad cap. XVII. Jo. Bapt. Caſalius de veteri Rom. Relig. Mich. Ang. Cauſeus Rom. Muſæi. tabula* 7. *&c.* Mirum autem non eſt ſacra hæc inſtrumenta, ut materia ex qua conſtabant, ita & forma ſæpiſſime pro ratione loci, temporis artificumque fuiſſe diſtincta; in quo nos dubitare non ſinunt antiqua monumenta hactenus eruta, ſi inter invicem attente componamus.

B. - Parvum ex ære cochleare, elegantiſſimo vernice nitidum, cujus in ſacris uſus, utpote quod ad aram effoſſum. Figuram exhibet quoque *Cauſæus tab.* 7. *ſect.* 3. hoc ſub titulo: *Cochlear, quo thus ex acerra ſumebatur.* Fateor quidem nullum ex antiquis Auctoribus meminiſſe cochlearis hunc in uſum adhibiti: imo conſtat thus ſummis quandoque digitis, manu ergo non armata, ex acerra ſumere fuiſſe ſolitos antiquos. Verum ego in iis, quæ hanc in rem erudite commentatur Clariſſ. *Bonanni Muſ. Kircher. Claſſ. I. p.* 10. *ſeqq.* acquieſco.

C. - Aliud


B

C

D

pag34.
E

C. - Aliud instrumentum sacrum itidem ad Aram cum aliis ejusdem formæ repertum, veru mihi est, cujus usus in sacris ad torrenda exta. *Virgil.* Lib. II. *Georg.*

Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.

Plautus quoque in *Rudent. Act. I. Sc. 2.*

Non hercle adolescens jam hos dies complusculos
Quenquam istic vidi sacruficare: neque potest
Clam me esse; si qui sacruficant: semper petunt
Aquam hinc, aut ignem, aut vascula, aut cultrum, aut veru,
Aut aulam extarem, aut aliquid - -

Observa omnem hanc sacram suppellectilem ad pagum Cloten erutam. Extarem enim quod adtinet, in quo exta coquebantur, constans fama est, apud homines etiam fide dignos lustro abhinc talem supra memorato loco a rusticis esse erutum æneum, quem vero auro mutarunt, callidi quo valeat nummus, quem præbeat usum. Re-

:o ad verua, quæ juxta Sauberti fidem 'ant ὀβολοι & πεμπωβολα instar craticulæ, ıasi cuspides plures connexæ, quibus exta lfigebantur & flamma exurebantur. Con- le sis *Stuckium* nostratem *Libr. de Sacrific.* *l.* 146. Figuram similis plane instrumenti chibet *Bonanni Musæ. Kirch. Class. I. Tab.* ˆ. 6.

D. - Clavis antiqua, de qua videsis *lmasium* in *Exerc. Plin.*, *Begerum in Thes. randeb. Vol. III. p.* 423. *Bonanni* in *Musæo irch. Class. V. Tab. IV.* 3. 4. 5. 6.

E. - Incus chalybea, non multo abhinc :mpore eruta.

)eniqüe fragmenta Vasorum omnis gene- s, qualia antiquissimo nomine fictilia uncupata sunt; eorum frequens ad sacra ıcienda usus; varia eorum forma inde & omina: Patellæ memorantur, Salina, Tri- odes, Cortinæ, Gutti, Sympuvia, Mella- a. &c. &c. Fragmenta nostra e terra mnia: ea temporibus antiquissimis in Sa- :is adhibita teste *Tibullo* I. 1. quo alludit *ersius* noster *Sat. II.* his versibus

Aurum

Aurum, vasa Numæ, Saturniaque impulit æra,
Vestalesque urnas & Thuscum fictile mutat;
O curvæ in terras *animæ, cœlestium inanes!*
Quid juvat hos *templis nostros immittere mores?*

quos hunc in modum esse legendos, ad h. l. doceo pluribus in commentariis, quos molior ad Persii Satirarum librum. Ista inter fictilium fragmina reperiuntur, quæ summam artem sapiunt: quorum in censum refero fragmentum vasis cinerei coloris guttulis albis argenteisque variegatum.

§. XIII.

Accedimus ad Litterata Antiquitatis monumenta: Sunt ista nimirum duplicis generis; Testacea alia, alia Aerea: hæc ad nummariam suppellectilem; in Inscriptionum censum illa referenda. Utraque nunc curatius inspiciemus, & ad trutinam moris antiqui castigabimus. Et lapides quidem litteratos quod adtinet, quos ad examen vocare animus est, ex figlino opere sunt omnes, numero IXX. quorum

tamen Scriptura non in ſingulis variat, plurimi iisdem notati characteribus. Mentionem faciunt alii Legionis XI. alii XXI. Prioris generis Lapides ita habent : F.

Reſtant præterea hujus Inſcriptionis fragmenta duo ; in quorum altero hæ ſuperſunt litteræ - - - ICPF. in altero vero - - - CPF. Quod vero quidam perhibent, quaſi extaret, quæ XI. Legionis mentionem faciat Inſcriptio additis his litteris : S. C. VI. in eo omnino falluntur, decepti fragmento figlini, quod ad alterum genus lapidum pertinet, qui XXI. Legionem memorant, ut cuivis liquet cum integris eam, qui præſto ſunt lapidibus componenti ; ſiquidem litteræ in prioris generis lapidibus quaſi exſculptæ eſſent in lateris ſuperficie eminent, in reliquis vero quaſi inciſæ viſuntur.

§. XIV.

pag. 36.

F LEG XI C P F

pag. 49.

G L XXI S C VI

pag. 49.

H L · XXI

pag. 50.

I L XXI C

pag. 51

K L · X X I S

pag. 55.

L

pag. 5

M









§. XIV.

Antequam ad ſpecialem Inſcriptionis hujus expoſitionem deſçendo, præmonenda erunt nonnulla de Legionibus in genere: Earum hiſtoriam texit Illuſtris Vir Ezech. SPANHEMIVS in opere de *Præſt. & Uſu Numism. Tom. II. p.* 231. „ Fœdere „
Mutinenſi inter Triumviros Antonium, „
octavium aç Lepidum inito, Legionum „
numerum ad XLIII. adſcendiſſe tradit „
Appianus, e quibus illæ, acciſo dein ea- „
rum numero ad XXVIII. poſt Philippen- „
ſem victoriam ſunt redactæ. Ex iis „
XXIII. Legionum nomina juxta Erudi- „
tiſſimum *Fulvium*, & cui adſtipulatur „
celebris Antiquarius, in nummis con- „
ſpiciuntur. Equidem quo ſub Auguſto „
dein XXIII. ſimiliter, aut juxta alios „
XXV. Legiones ali ſolitas tradit duobus „
locis *Dio Lib. LV. p.* 564. Εἴτ' οὖν τρία, „
εἴτε πέντε καὶ εἴκοσιν ὄντα, & e quibus, quod „
paulo ante dixerat, XIX. tantum ſua „
ætate ſuppereſſent, quarum nomina ac „
ſitum, ubi illæ agerent, ibidem indicat „
Dio. Hactenus ille. Dabo integrum Dio- „
nis locum, qui unicus eſt in hoc genere, paſſim omnibus citatus, neque tamen probe hactenus intellectus? Ejus verba ſunt: Τό τε δεύ-

τερον το Α'υγȣςειον, το ἐν Βρετ]ανια τη ἀνω χειμαζων. Και τα τρια τα τριτα, το τε ἐν Φοινικη, το Γαλατικον: και το ἐν Α'ραβια, το Κυρηναικον: Το τε ἐν Νȣμιδια, το Αὐγȣςειον· Τεταρ]ον Σκυθικον εν Συρια Πεμπτον Μακεδονικον ἐν Δακια. Εκ]α δυο, ὧν το μεν ἐν Βρεττανια τη κατω, το των Νικητορων, το δε ἐν Ιȣδαια, το Σιδηρουν τεταχ]αι. Και οἱ ἑβδομοι, οἱ ἐν τη Μυσια τη ἀνω, οἱ και τα μαλιςα Κλαυδιειοι ὀνομαζονται. Οἱ δε ὀγδοοι Αὐγȣςειοι, ἐν τη Γερμανια, τη ἀνω ὀντες. Και οἱ δεκατοι, οἱ τε ἐν τη Παννονια τη ἀνω, οἱ Διδυμοι, και οἱ ἐν Ιȣδαια. Τοτε ἑνδεκατον, το ἐν Μυσια τη κατω &c. — και το δωδεκατον, το ἐν Καππαδοκια, το κεραυνοφορον. Το τε τριτον και δεκατον, το ἐν Δακια, το Διδυμον. Και το τεταρτον και δεκατον, το ἐν τη Παννονια τη κατω, το Διδυμον. Το τε πεντεκαιδεκατον, το Α'πολλωνειον, το ἐν Καππαδοκια: και οἱ ἐικοςοι, οἱ και Οὐαλεριειοι και Νικητορες ὠνομασμενοι, και ἐν Βρετ]ανια τη ἀνω ὀντες, οὓς τινας ἀυτους, ἐμοιδοκειν, μετα των, την τε τȣ ἐικοςȣ ἐπωνυμιαν ἐχοντων, και ἐν τη Γερμανια τη ἀνω χειμαζοντων, ει και τα μαλιςα μηδ' ὑφ' ἁπαντων Οὐαλεριειοι ἐπεκληθησαν, μη τε νυν ἐτι τη προσηγορια ταυτη χρωνται, παραλαβων ἐτηρησα, hoc eſt.

LEG. II. Auguſta, quæ in ſuperiore Brittania hibernat.

LEG. III. tres: quarum una in Phœnice, Gallica cognomento; altera in Arabia, Cyrenaica; tertia in Numidia, Auguſta.

LEG. IV. Scythica in Syria.

LEG.

LEG. V. Macedonica in Dacia.
LEG. VI. duæ, quarum una in Brittannia inferiore, cognomento Victrix; altera in Judæa, Ferrea.
LEG. VII. in Mysia superiore, quæ plurimum Claudia dicitur.
LEG. VIII. Augusta, in Germania superiore.
LEG. X. In Pannonia superiore, Gemina, ut & in Judæa.
LEG. XI. In Mysia inferiore, Claudia, &c.
LEG. XII. In Cappadocia, Fulminatrix.
LEG. XIII. In Dacia, Gemina.
LEG. XIV. In Pannonia, Gemina.
LEG. XV. Apollinea, in Cappadocia.
LEG. XX. Victrix & Valeriana, in Brittania superiore.

Ætate Alexandri Severi, sub quo vixit Dio, hæ reliquæ erant Legiones ab Augusto delectæ: sunt autem numero XIX. Νυν γαρ, inquit Dio, έννεα και δεκα έξ αυτων μονα διαμενει: quem numerum qua ratione inveniamus, haud adeo proclive est dictu: Tentavit quædam IVST. LIPSIVS in *Analect. ad Milit. Rom. Dial. V. pag.* 419. 423. Et vertit quidem hæc Dionis verba: Και οἱ δεκατοι, οἱ τε ἐν τῃ Παννονια τῃ ἀνω, οἱ Διδυμοι, και οἱ ἐν Ιεδαια, istum in modum: *Decima in*

Pannonia ſuperiore, dicta Gemina, atque altera decima in Judæa. Ut vero rotundum Dionis numerum impleret, non dubitavit vel ipſi textui græco vim inferre: ita enim adnotat ad ultima Dionis verba a nobis citata: Hæc confuſa valde in Græco, imo & corrupta ſunt. „ Verba nunc ſonant, „ eandem illam vigeſimam eſſe cum ſupe- „ riore: quod falſum eſt. Nec ſic XIX. Le- „ giones Auguſteas feceris Dioni antea aſſer- „ tum, ſed XVIII. tantum. Adde quod „ hibernis diverſæ cum fuerint, ipſas „ oportuit divertiſſe. Græcis igitur nega- „ tio immittenda eſt, ſi quis id curat. Infauſto, me judice, omine, quod ſolvere nequit, ſecat. Aliam ego prorſus viam ineo atque adfirmo in Dione pro ἐννεακαιδεκα eſſe ſubſtituendum ἑπτακαιδεκα: frequentiores lapſus in numeris, ut vel in pueros notum eſt: neque ſi ad calculum ſedeamus, plures quam XVII. Legiones ex hoc Dionis numero extricare poſſumus. Vanus eſt Lipſius ſua cum illa translatione: Textus græcus nihil de binis X. Legionibus, ita reddendus: *Decima Legionis, Gemina dicta, milites agunt & in Pannonia ſuperiore, & in Iudæa.* Neque contra Romanorum morem tantis intervallis diviſa hæc Legio, abunde

abunde id docent litterati lapides: ut norunt omnes, qui vel Gruterum, vel Sponium, quasi aliud agentes consuluere. Neque cuiquam videbitur mirum voculas *οἱ τε, καὶ οἱ*, per *et, et; tum, tum;* exponi, Grammaticis id passim inculcantibus. Ut taceam Dionem in ambiguis vocibus ludere minime, dixit *και τα τρια τα τριτα*. item *εκτα δυο*: Quid obstitit, quominus mentem suam, cum de X. ageretur Legione claris exponeret verbis? Audaculus vero est Lipsius textum Dionis sollicitans, atque ita detorquens, ut quæ modo affirmasset, protinus illata negatione tolleret. Respuunt hanc medelam ista potissimum Dionis verba: *Ei και τα μαλιςα μηδ᾽ ὑφ᾽ ἁπαντων οὐαλεριειοι ἐπεκληθησαν, μητε νυν ἐτι τη προσηγορια ταυτῃ χρωνται*: ita reddenda: *Etsi quod potissimum est, neque omnibus Valeria dicta, neque nunc eo cognomine utitur;* támen eadem mihi videtur esse cum illa, quæ in Germania superiore hiemat, eodem XX. Legionis nomine clara. Nullus heic negationi locus. Valeat proinde Lipsius cum suo isto commento.

§ XV.

Persequitur *Dio* loco cit. Legionum,

ncipibus conscriptæ sunt
tina tantum dabimus :

LEG. I. Italicam dictam, in inferiore Mysia hiemantem.
LEG. I. Adjutricem, in Pannonia inferiore.
LEG. VII. quæ in Hispania.
LEG. II. Adjutricem, in Pannonia inferiore.
LEG. IV. Flaviam, in Syria.
LEG. I. Minerviam, in Germania inferiore.
LEG. II. Ægyptiacam.
LEG. XXX. Germanicam. Utrique a suo nomine nomen indidit; utpote quas VLPIAS agnominavit, ut docent

cent nummi antiqui.

M. ANTONINVS scripsit LEG. II. in Norico.
LEG. III. in Rhoetia: quæ etiam Italicæ nuncupantur.

SEVERVS, LEG. I. & III. Parthicas, in Mesopotamia.
LEG. II. in Italia.

Præter ea vero, quæ ex Dione hactenus excerpsimus, constat Adrianum Legiones XXX. aluisse: Colligitur hoc ex festivo illò Favorini responso, viri suo seculo doctissimi, qui cum verbum ejus quoddam ab Adriano reprehensum esset, atque ille cederet Principi de verbo, quod idonei auctores usurpassent, risum jucundissimum movit, dicens: *Non recte suadetis amici, qui non patimini me illum doctiorem omnibus credere, qui habet XXX. Legiones.* testis *Æl. Spartianus* in ejus vita. Insuper in M. Antonii denariis signatum usque ad XXIII. Legionum numerum videmus; ita in Severi & Galieni nummis plurium itidem

dem leguntur Legg. Romanarum nomina, & quidem in Severi LEG. XXX. VLP. ac in Inſcriptionibus itidem antiquis tum Gruterianis, tum apud Sponium.

§. XVI.

Inſigniebantur Legiones Romanæ variis nominibus, maxime ab ordine delectuum, nomine *Primæ*, *Secundæ*, *Tertiæ* &c. vel a DIs, ut *Minervia*, *Apollinaris* &c. vel e Domo Auguſta ac Impp. nominibus, ut *Auguſta*, *Claudia*, *Flavia*, *Vlpia* &c. vel e regionibus ad quarum tutelam erant miſſæ, ut *Arabica*, *Cyrenaica*, *Italica*, *Germanica* &c. appellationibus etiam aliunde deſumtis, ut *Adjutricis*, *Antiquæ*, *Felicis*, *Geminæ*, *Primigeniæ*, *Victricis*. His præmiſſis, accedimus ad explicandam Inſcriptionem noſtram. Ea hunc in modum legenda: LEGIO XI. CLAVDIA. PIA. FIDELIS. Memorat eam his agnominibus ornatam DIO. *Lib. LV. p.* 564. Οὕτω γὰρ τὰ δύο στρατόπεδα ἀπὸ τοῦ Κλαυδίου ἐπεκλήθη, ὅτι αὐτῷ ἐν τῇ τοῦ Καμίλλου ἐπαναστάσει μὴ ἀντεπολέμησε. *Hæ duæ Legiones* VII. &. XI. *a Claudio ſunt cognominatæ, quod adverſus eum in Seditione Camilli non rebellaſſent. Libr.* quoque *LX.* refert Claudium, quod pro eo contra Annium Vinicianum & Furium Camillum

Scri-

Scribonianum Dalmatiæ Præfectum in fide permanſerint, effeciſſe, ut S. C. Legg. VII. & XI. Claudiæ, Piæ & Fideles nuncuparentur; ejus verba ſunt: Κλαυδιος δε τεως μεν πανυ κατεδεισεν, ωςτε και εθελοντης ετοιμως εχειν τε κρατες αυτω εκςηναι: τοτε δε αναθαρσησας, τες μεν ςρατιωτας αλλοις τε τισιν ημειψατο και το τα πολιτικα αυτων ςρατοπεδα, το, τε εβδομον και το ενδεκατον, και Κλαυδιεια, πιςα, και ευσεβη, και προς της βελης ονομασθηναι. His paſſim in lapidibus titulis ornata occurrit.

§. XVII.

Legio hæc XI. ſedem habuit hibernam Vindoniſſæ, ut nos, vel tacentibus omnibus antiquis Annalium Scriptoribus, docent bini Lapides Litterati, quorum alter inter arcis Altenburgi prope Vindoniſſam reliquias cernitur, ſicut refert *Guillimannus p.* 25. & *Ruſſingerus*, exque iis *Plantinus* in *Deſcript. Loc. Helv. Antiq. pag.* 278.

L. VEGNATIO
POL. MAXIMO. DO.
FOR. COR. MIL. LEG.
XI. G. P. F. GVSORIVS
ANN. XLVIII. STIP. XX.
H. S. E.
G. ROSCIVS OMPHA
LVS. HER. FAC. CVR.

Exhibet

Exhibet eam quoque *Tefudius* in opere
MSC. cui titulus *Antiqq. Helvet. p.* 106.
egitque pro *Vegnatio*, *Vecnatio*; pro *Ann.*
lmo. pro *fac. phac.* &c. Eam autem hunc
n modum exponit: *Lucio Vecnatio e Pol-*
ia tribu, maximo Domus Fori Cornelii Militi
Legionis XI. Geminæ, Piæ, Fidelis; Guforio
ita enim legit) *annorum XLVIII. ftipendio-*
rum XX. Hoc fignum erectum, Gajus Rofcius
Omphalus hæres faciundum curavit. Alter
Lapis ad ædem Sacram *zu Gebiftorff*, qui
ocus in antiquis Diplomatibus GABINII
VICVS dicitur, (ut me monuit Vir Erudi-
us & Amicus meus JO. GEORG. ALT-
MANNVS) hodie adhuc vifitur: Refe-
unt eum *Guillimannus in Habsp.* exque eo
Plantinus. p. 285. optime tamen *Gruterus*
n *Thef. Infcript. pag.* DLI. 10. quem *Stu-*
kio noftrati acceptum refert. Is ita habet:

M. MAGIVS. M. F. POB. MAC.
CAIVS. VERONA. MIL. LEG. XI. G. P. F.
MARCI. MODESTI. ANNO. XXXIII.
EX. TESTAMENTO. H. F. C.
LENNIVS SECVNDVS
Q. ROMANVS. VERECVNDVS.
H. S. E.

Extat

Extat Inſcriptio iſta hodie adhuc, ſed Litterarum ductibus a male feriato quodam atque cerrito homuncione miſere deturpatis atque corruptis, atro inſuper liquore inductis, ut me docuit Eruditus Amicus & in hoc ſtudiorum genere perſpicax GASP. HAGENBUCHIVS, qui eandem uti hodie legitur exſcripſit, atque mecum communicavit: Ea vero hodierna ejus facies eſt:

M. MALIVS. MI. OB. MAL.
C. AVS. VERONA. MIL. LEG. XI. G P F.
MARCI. &c. reliqua conveniunt.

Dignum vero eſt animadverſione. XI. Legionem GEMINAM. dici in utraque inſcriptione: Omnes enim, qui eas recenſent, auctores, *Guillimannus*, *Ruſſingerus*, *Plantinus*, *Graterus* G. pro C. conſtanter exhibent: quod ex mea tamen ſententia in errore cubat, & C. omnino loco ſuo, unde incuria exſcribentium motum eſt, erit reſtituendum: De poſteriore Inſcriptione teſtatur Amicus Αὐτόπτης, eam C. Litteram diſtincte exprimere: Quin etiam ex *Dione* probo Legionem XI. ad Severi usque tempora Geminæ epitheto nuncupatam non fuiſſe.

fuiſſe. *Dio* memorat ſingulas illas Legiones ab Auguſto ſcriptas, quæ ævo ſuo reliquæ erant, in earum numero eſt quoque ἑνδεκατον ΣΤρατοπεδον, το ἐν Μυσια τη κατω. De iis affirmat: Ταυτ' ἐκ των Αὐγουστειων στρατοπεδων σωζεται. Τα γαρ δη λοιπα, τα μεν παντελως διελυθη, τα δε και ἑτεροις τισιν ὑπο τε αυτου ἐκεινου καὶ ὑπ' ἀλλων Αὐτοκρατορων ἀπεμιχθη, ἀφ' ὁυπερ και Διδυμα ὠνομασμενα νενομισαι. *Hæ Legiones Auguſti ſuperſunt; reliquis aut penitus diſſipatis, aut ab Auguſto ipſo & aliis Imperatoribus inter ceteras Legiones admixtis unde geminarum appellatio tracta putatur.* Unde liquido conſtat, in omnibus aliis Inſcriptionibus, quæ XI. Legionis mentionem injiciunt, atque Dionis ævum antecedunt C. pro G. reſtituendum eſſe. Verum addo binis his Inſcriptionibus tertiam hactenus ineditam, Vindoniſſæ pronuper repertam, quæ & ipſa XI. Legionis meminit: Eam pro ſua in me voluntate mecum communicavit ſupra laudatus Celeberrimus SCHEVCHZERVS, cujus exemplar ſic habet:

L. TI-

L. TITENNIVS L. F.
LEMONIA. VIC
TROINVS. BON.
MIL. LEG. XI. C. P. F.
VALERIANA.
ANNOR. XXV.
STIPENDIOR. LVI.
H. T. F. C.

§. XVIII.

Pergimus ad alteram Inſcriptionum Claſſem, quæ XXI. Legionem memorant. G.

Quinque alia figlinorum fragmenta hanc ipſam ſcripturam, plus mutilam tamen, referunt. In tribus vero integris legitur hunc in modum: H.

In obſcuro eſt, quid Litteræ illæ S. C. VI. ſibi velint: Sunt, qui explicant de Senatus Conſulto, quo *Victricis*, vel *Vitelliana*, vel *Vindoniſſa* nomine fuerit inſignita XXI. Legio: quibus tamen ego calculum meum non addo: Abſonum eſt dicere, Legionem Senatus-Conſulto *Vitellianam*, vel *Vindoniſſam* nuncupatam eſſe. Ego in omnia alia eo, atque Litteras illas S. C. de Senatus Conſulto minime eſſe interpretandas doceo: Primo enim mihi velim unico probetur exemplo, in Lapidibus, ſive nummis etiam unquam litteris deſignatum fuiſſe, qua Auctoritate Legionibus nomina fuerint addita: Quæro inſuper, quî fuerit factum, ut conſtans apud Romanæ Hiſtoriæ Scriptores ſilentium de ejusmodi Senatus Decreto, quod Leg. XXI. ſplendido Victricis titulo ornaverit? memorant Annales alterum illud Conſultum, quo XI. Legio piæ & fidelis cognomine donata eſt: frequens etiam illius Legionis in Saxis nummisve mentio, absque ulla tamen Senatus Conſ. ſignificatione: Et quid verbis opus eſt? omnem rem evinco ex duobus Lapidibus eodem loci erutis! Quatuor integri hunc in modum legunt, I.

unicus

Unicus vero ita habet, K.

Unde liquet litteras S. C. in priore illa inſcriptione aliud quid ſibi velle, quam homines iſti ſibi fingunt. Nos nulli dubitamus genuinum Inſcriptionis ſenſum hunc eſſe: LEGIO XXI. SEPTIMIA vel SEVERIANA CONSTANS VICTRIX. Docet GOLZIUS, in *Theſ. Rei Antiq. Opp. Tom. I. p.* 155. Legionem XXI. in antiquis monumentis SEPTIMIAM PIAM FIDELEM nuncupari: quin etiam in Septimii Severi nummis Legionis hujus extare mentionem, teſtis eſt omni exceptione major BEGERVS in *Theſaur. Brandenb.* quem videſis.

§. XIX.

Huic autem Legioni ſedes erat hiberna Vindoniſſæ: quantum quidem ex *Tacito C.* colligimus: *Hiſt. lib. IV.* 70. *Atque interim una & viceſima Legio, Vindoniſſa; Sextilius Felix cum auxiliariis copiis per Rhoetiam irrupere,* & *cap.* 61. *Cohortium, alarum, Legionum hiberna ſubverſa, iis tantum relictis, quæ Mogontiaci ac Vindoniſſæ ſita ſunt.* Confirmor in hac penitus opinione, dum cogito antiquam Inſcriptionem, quæ hodie adhuc in muro ædium Paſtoris Gabiniovicenſis conſpicitur: Ejus exemplum dabo a ſupra laudato Amico meo exſcriptum:

- - - CLAVDIO PIMNO
MEDICO LEG. XXI.
CLAVDIAE QVIETAE EIVS
ATTICVS PATRONVS.

§. XX.

In genere vero de Romanis Legionibus obſervandum eſt, earum ſedes, numerum atque nomina pro Imperatorum voluntate ſæpius eſſe mutata: Valet hic, quod *C. Tacitus Lib. IV. cap.* 5. de cohortibus habet; qui poſtquam curſim Legio-

num

num numerum, quasque tutarentur provincias: percensuisset, addit: *Sed persequi incertum fuerit, cum ex usu temporis huc illuc mearent, gliscerent numero, & aliquando minuerentur.* Nullius ferme ponderis atque momenti sunt illa, quæ Annalium atque Historiarum Libri de hujus generis mutationibus referunt: Quare ad Litterata monumenta est recurrendum, quæ affatim supplent Legionum Historiam. Proinde operæ pretium erit, ex litteratis lapidibus earum Legionum nomina atque seriem paucis describere, quæ in Helvetia diversis ætatibus consederunt.

LEG. II. ex Inscriptione Genevensi ap. *Sponium* in *Hist.* Urbis illius, gallico idiomate conscripta. *p.* 338.

LEG. IV. MACEDONICA. Sub Tiberio. Ex Inscr. Villariæ eruta, quam habet V. Cl. *Marq. Wildius* in *Apologia pro Aventico. p.* 239.

LEG. VI. VICTRIX. Lapis Genev. ap. *Sponium Lib. cit. p.* 318.

LEG. VI. FIRMA. Sub Nerva Trajano. Ex Lapide Aventicensi ap. *Wildium.* p. 73. & 216.

LEG. VIII. AVG. Ap. *Sponium* p. 356. in Inscr. Genevensi.

LEG. X. apud eundem p. 342.
LEG. XI. C. P. F. In diversis occurrit lapidibus, quos §. XVII. notavimus.
LEG. XIII. In Inscript. Genev. apud *Sponium*. p. 373.
LEG. XIIII. GEMINA. Certiaci in lapide; exhibet eam *Tschudius in MS. opere de Antiqq. Helveticis.*
LEG. XVI. FLAVIA FIRMA. Sub Nerva Trajano. ap. *Wildium*, *p*. 73. 216. ex Lapide Aventicensi.
LEG. XXI. Mentionem ejus faciunt Lapides, quos §. præcedenti exhibemus.
LEG. XXII. Ex Genevensi monumento ap. *Sponium*. *p*. 387.
LEG. XXII. ANTONINIANA. Sub Antonino. Extat Saloduri. refert eam *Tschudius* in opere cit. MS.

Restat id unum notandum in hoc argumento, Legionum nomina in figlinis nostris signata occurrere eam ob rationem, quod ad exstruenda ædificia isthæc castrensia militum opera passim adhibita fuerit, uti pluribus docet eruditissimus *Bergierius*, & monuit Vir πολυμαθέστατος J. CHR. JESE-

LIVS

LIVS, *S. Theol. in inclyta Basileensium Academia Doctor*, Litteris ad me datis.

§. XXI.

Accedo ad alterum genus litteratorum monumentorum, nummos puta, quos ſuccinctе hac Theſi exponere animus eſt. I. frequens eſt mediæ magnitudinis nummus ex ære flavo nigricante, qui exhibet Auguſti Cæſaris & M. Agrippæ averſa mutuo capita, laureatum alterum, alterum absque laurea, cum hac epigraphe: IMP. DIVI F. In poſtica autem parte crocodilum, animal Nilo familiare, palmæ arbori alligatum. Signavit illum Colonia Galliæ Narbonenſis NEMAVSVS utriusque Principis honori poſt Ægyptum captam. II. itidem medii moduli æreus. Marc. Aur. Antonini Philoſophi caput laureatum exhibens: In cujus averſa Salus conſpicitur Dea. L.

III. argenteus eſt minimi moduli, referens caput M. Aur. Antonini Elagabali; M.

altera vero ejus facies ſiſtit Victoriam gradientem; additis lunæ falcatæ ſolisque incunculis; quibus latini Elagabali nummi ab Antonini Caracallæ diſtinguuntur. IV. medii moduli ex ære vernice inductus, cujus anticam ornat caput Trajani cum hac inſcriptione: IMP. CAES. NERVAE TRAJANO AVG. GERM. DAC. P. M. TR. P. COS. VI. P. P. Averſam vero fluvii jacentis ſub fornice typus; circumſcribitur S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI. SC AQVA TRAJANA. Eundem plane nummum exhibet *Begerus* in *Contin. Theſ. Brandenburgic. p.* 644. quo in loco eum perſpicue illuſtrat.

Diverſis quoque temporum ſpatiis ante detecta illa monumenta diverſi moduli ærisque nummi ad pagum *Cloten* ſunt

eruti.

eruti.* Vidi ipse nonnullos in Cimeliarchio Nobilis ZOLLERI, (cujus singularem in me Humanitatem atque in his Litteris perspicaciam dignis efferre laudibus impar sum.) Hos inter duos maxime notavi, Trajani alterum mediæ magnitudinis, cujus aversa refert figuram mœstam scuto insidentem, coram trophæo armorum Germanicorum: Alterum vero ejusdem magnitudinis Severi Alexandri nummum, in cujus postica conspicitur figura sedens dextra pateram, sinistra hastam præferens, cum hac epigraphe: IVSTITIA AVG. SC. Denique silentio non est premendus aureus minimi moduli Othonis nummus; in cujus antica circa caput Othonis legitur IMP M OTHO CAESAR AVG. in postica vero circa figuram stantem, quæ dextra ramum, sinistra caduceum præfert PAX ORBIS TERRARVM, quam vane jactavit Otho, ut imperii sui dulcedinem commendaret: Possidet elegantissimum

* *Jac. Rentinerus* Sangallensis in Diario suo manu exarato hujus rei fidem facit, inquiens: *Vadiano nummismata ultra 50. de CLOTA prope Tigurum missi, quæ ibidem effodiuntur plurima; quia decimas habet a Socero hæreditate acceptas ait Mattheus Althen, una parte imago Constantii patris illius Constantini Magni*, &c. &c.

ımum Vir Nobilissimus
RVS, Magnificentissimi
;. Dom. JO. JACOBI
ı D. J. CASP. ESCHE-
uno Spectatissimo, Ne-

. XXII.

listoria in describendis
ım eventibus loci illius
it, unde Romana, quæ
imus, monumenta in
ıcta: Ita si litteratis illis
iptionibus puta & num-
densa caligine oppressi,
et vel affirmandum, vel
essemus incertique, nec
quibusdam, forsitan &
conjecturis: Ea vero
:, facem nobis præfe-
& antiquitate & usu
ırum. Et lapides qui-
adtinet, nobis persua-
ıdam Romanas ibi lo-
manaque proin castra
in qua opinione mire
ıs loci & reliqua mo-
pluribus exequi nunc
animus.

animus eſt. Romani quamvis in locis ſolerter capiendis nihil intermitterent, non tantum idonea, ſed talia, quibus non darentur meliora eligentes: attamen in ſitu inacceſſo tantum non poſuerunt, quantum in certa ratione & compoſitione caſtrorum: *Hyginus* de *Caſtramet.* *Nunc quod adtinet ad ſoli electionem in ſtatuenda metatione, primum locum habent, quæ ex campo in eminentiam leniter attolluntur, in qua poſitione porta decumana eminentiſſimo loco conſtituitur, ut regiones caſtris ſubjaceant. Porta prætoria ſemper hoſtem ſpectare debet; Secundum locum habent, quæ in plano conſtituuntur: tertium, quæ in colle; quartum, quæ in monte: quintum, quæ in loco neceſſario, unde & caſtra neceſſaria dicuntur.* Id certe Romanis peculiare fuit, quod eadem ſemper & ubique forma caſtrorum, eademque metatione uteretur: Græci enim ut plurimum loca ſectabantur munita, non admodum de forma exteriori, aut compoſitione interiori ſolliciti, dum in tuto metarentur: longa, an lata; rotunda an ſemirotunda conſtituerentur, parum referre rati. De Romanis *Polybius*: Ἑνος ὑπαρχοντος παρ᾽ αὐτοις θεωρηματος ἁπλου περι τας παρεμβολας, ᾧ χρωνται προς παντα καιρον και τοπον:

τοπον : *Est autem apud illos una & simplex castra metandi ratio, qua omni tempore & loco utuntur.* Ita factum, ut ingressus in castra miles non secus ac si patrias ad sedes, suamque in urbem pervenisset, omnia cognita haberet statim & perspecta : non illum fugiebat, qua parte, qua striga, quo tabernaculo tenderet, non quem locum in tumultu tueretur, quo auxilio adcurreret, quo in hostem educeretur. Loco ad castra ponenda delecto Prætorii sedem vexillo designabant : *Polybius* in hanc rem : Τȣ κριθεντος ἀει τοπȣ προς ςρατοπεδειαν, τȣτȣ τον ἐπιτηδειοτατον ἐις συνοψιν ἁμα και παραγγελιαν, ἡ τȣ ςρατηγου σκηνη καταλαμβανει. &c. *Quoties locus castris captus est, partem illam, quæ ad prospiciendum & dandum mandata fuerit commodissima, Prætorium occupat. Vexillo autem posito, ubi id defixuri sunt, spatium quadratum circa id vexillum mensura ita definitur, ut ab eo latera omnia C. distent pedes; totaque area fiat jugerum IV.* Id quoque observabant, ut in loco, in quo ponere castra vellent, vivæ aquæ non esset penuria : præcipit *Hyginus de Castramet. Cæterum quocunque latere flumen sive fontem habere debent in qualicunque positione.* Et *Polybius.* Τȣτȣ δε τȣ σχηματος ἀει παρα μιαν ἐπι-

ἐπιφανειαν και πλευραν, ἥτις ἀν ἐπιτηδειοτατη φανη προς τε τας ὑδρειας και προγαμος, παραβαλλεσθαι τα Ρωμαικα ΣΤρατοπεδα ἰον ἰσοπον τετον. *Ad unum semper figura bujus adspectum ac latus, quod aquationibus & pabulationibus opportunissimum visum fuerit, Romanæ Legiones isto modo collocantur.* Optime ista omnia in locum illum, ubi monumenta hæc eruta sunt, conspirant; nimirum spatiosissimus est campus, paulum ex planitie editus; ad cujus plagam orientalem loco ejus celsissimo atque leviter fastigiato pavimentum tessellatum stratum erat: ibi quoque perennes fontium scaturigines e stagno quasi ebulliunt.

§. XXIII.

Quis proin dubitet, Prætorium isto pavimento stratum fuisse? Prætorium seu tabernaculum ἰε ϛρατηγου inter cetera eminebat, ut in urbe Templum; id enim ad majestatem aliquam & vim Imperii faciebat. Teste *Josepho Lib. III. Excid.* Το ϛρατηγιον τω ναω παραπλησιον: *Prætorium templo simile.* ex mente *Lipsii* de *Milit. Rom. Lib. V. p.* 244. forma ejus superior erat rotunda, quod colligit ex *Varrone Lib. IV. de L. L. In cavædio si locus nullus relictus, sub divo qui esset, testudo dicebatur, a testudinis simili-*

similitudine, ut est in PRAETORIO in castris. Significat, inquit Lipsius, testudinea forma id fuisse, curvatum in cameram rotundiorem. Memorat præterea *Hyginus: Aris institutis in formam ima; Auguratorium parte dextra pratorii ad viam principalem adponimus, ut dux in eo augurium recte capere possit: parte leva tribunal statuitor, ut augurio accepto, insuper ascendat, & exercitum felici auspicio adloquatur.* Tribunal Prætorio semper junctum, quin Lithostrotis sæpe exornatum: Testis *Appianus* de *Bell. Civ. Lib. III. pag.* 173. agens de capite Trebonii, ad Dolabellam tunc Asiæ præsidem delato: Δολαβελλας, ait, μεν αὐτὴν προσεταξεν, ἐπι του ςρατηγικου βηματος, ἐνθα ὁ Τρεβωνιος ἐχρηματιζε, προτεθηναι: *Dolabella quidem ipsum* (sc. Trebonii caput) *jussit super Proconsulari Tribunali, ubi Trebonius jus dixerat, proponi.* & paulo post de militibus subdit Trebonio iratis ob necem Cæsaris: Την κεφαλην (τρεβωνιε) οἰα σφαιραν ἐν ΛΙΘΟΣΤΡΩΤΩ διαβαλλοντες: *Caput Trebonii velut globum per Lithostrotum jactasse. Suetonius* etiam de Cæsare scribit, *in expeditionibus eum tessellata & sectilia pavimenta circumtulisse:* scilicet ut solum, cui το βημα superstruendum erat, illis sterneret. Quid vero

vero obstat quominus nostrum istud pavimentum ad eundem olim usum finemque fuisse structum asseramus? Verum & ex altera parte prætorio junctum erat Sacrarium & Auguratorium, de quo dubitare non licet, confirmantibus id passim antiquis Auctoribus: *Dionys. Lib. IX.* τα ἑτερα των ὑπατων Γαιυ Μαλλιυ κεραυνος εἰς το στρατηγιον ἐμπεσων, την τε σκηνην διεσπασε, και την ἑστιαν ἀνετρεψε: *in alterius COSS. C. Manlii Prætorium fulmen incidens, & tabernaculum disjecit, & focum sive aram evertit. Tacitus. Illic aquilam & signa amplexus, religione sese tutabatur, ac ni Aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, rarum etiam inter hostes, Legatus P. R. Romanis in castris, sanguine suo altaria Deûm commaculavisset. Livius. Sacrificio rite peracto, concilium advocat.* & *Cæsar* quoque: *Postero die, re divina facta, concione advocata, in conspectu oppidanorum milites collaudat.* Quinimo *Herodianus* claris verbis Templi castrorum meminit *Lib. IV.* 4. Ὡς δε ἐισεπεσεν ἐις το στρατοπεδον, ἐς τε τον νεων ἐνθα τα σημεια και τα ἀγαλματα τυ στρατοπεδυ προσκυνειται, ῥιψας ἑαυτον εἰς γην, ὡμολογει τε χαριστηρια ἐθυε τε σωτηρια: *Ut autem castra adtigit* (de Antonino loquitur) *ædiculamque eam, intra quam signa*

signa ac simulacra exercitus adorantur, procidens humi, gratias agebat votis quasi pro salute susceptis. Itidem *Lib. V.* 8. Ὡς δὲ ἀνοίξαντες τὰς πύλας ἐδέξαντο αὐτοὺς, ἐς τε τὸν νεὼν τὰ ϛρατοπέδου ἤγαγον. &c. *Ceterum portis reseratis accepere utrumque milites, atque in Templum castrorum deduxerunt.* Nimirum & inter monumenta nostra Clotensia ara ad dextram Prætorii partem comparet, ad cujus pedem crematorum cineres atque sacra illa instrumenta detecta sunt.

§. XXIV.

Præterea Romani in castris suis habuere omnis generis officinas, ad fabricandum cudendumque arma varia instrumentaque. De ferrariis officinis *Vegetius*, sub *fin. Lib. II.* *Habet*, inquit, *ferreos harpagones, quos lupos vocant, & falces ferreas confixas largissimis contis: Item ad fossarum opera facienda bidentes, ligones, palos, rastra, alveos, cophinos, quibus terra portetur. Habet quoque dolabras, secures, ascias, serras, quibus materia ac pali dolantur atque secantur. Habet preterea artifices cum omnibus ferramentis, qui ad expugnandas hostium civitates, testudines, arietes, musculos, vineas, ut appellant, turres etiam ambulatorias faciant.*

ciant. vide quoque *Lib. II. cap.* 11. Ad ferrarias has officinas refero incudem illam, quæ hoc ipso in loco circa pavimentum est eruta, quales etiam apud Augustam Rauracorum inventas esse, me docuit supra laudatus Celeberrimus ISELIVS. Erant præterea in Romanorum castris & ad ea varia ædificia: Armamentarium, Valetudinarium, Procastria &c. de quibus *Tacitus IV. Hist. Subversa longa pacis opera, haud procul castris in modum municipii exstructa.* Imo revera instar opidorum sæpe struebantur, præsertim in finibus Imperii, & ubi perpetuæ stationes & prætenturæ contra hostem: hæc origo & genitura nobilium aliquot hodie opidorum: quanquam hæc in stativa magis castra, quam vero in mansiones quadrent, nos tamen conjicimus & nostra illa castra Clotensia Valetudinario instructa fuisse, uti fidem faciunt insignes ruinæ ædium amplissimarum, quas inter sudarii iste focus est erutus: fortassis sub eodem tecto erant armamentarium atque fabrûm officinæ.

§. XXV.

Quinimo in ea, quam hactenus astruxi, opinione magis confirmor, cum

ipſum loci, unde hæc monumenta effoſſa ſunt, ſitum cogito. *Antoninus Aug.* in *Itin. Provinc. pag.* 142. *hæc habet:*

ARBORE FELICE. M. P. XX.
FINIBVS. M. P. XX.
V.TODVRO. M. P. XXII.
VINDONISSA. M. P. XXIII.
RAVRACIS. M. P. XXVII.

Nimirum hæc erat regia illa & militaris via per Helvetiam, Romanis caſtris, quæ ipſe Antoninus enumerat, munita. Medius Vitodurum inter & Vindoniſſam eſt Pagus Clotenſis Caſtri, ut opinamur Romani ſedes: Quid ergo obeſt, quonimus incedentes Legiones hoc in loco quietem interponere fuiſſe ſolitas affirmemus? Siquidem hodie adhuc via regia Vitoduro ad Aquas Helvetiorum euntes ducit per *Kloten*. Hoc ſuadere videntur, Lapides illi Litterati atque monumenta, quæ hactenus inluſtravimus, omnia.

§. XXVI.

Verum diffitendum non eſt, eſſe multos in ea opinione, quaſi iſto in loco Thermæ, Balneave publica fuerint poſita: in quo tamen ſuffragium meum non obtinent

nent. Quippe militibus, quos hunc locum frequentasse abunde testantur Inscriptiones, ex disciplina Rom. interdicta erant balnea atque lavacra. *Polyænus* de Scipione corruptam disciplinam in exercitu suo corrigente XVI. 2. Α'ργυρᾶν δὲ ἔκπωμα μὴ ἔχειν, καὶ λᾶσθαι μηδένα. *Dio* de Antonino Caracalla, qui gregarii militis more modoque vitam agebat: Καὶ γὰρ συνεβάδιζε τοῖς στρατιώταις καὶ συνέτρεχε, μὴ λουτρῷ χρώμενος, μὴ τὴν ἐσθῆτα ἀλλάσσων, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἔργον συνεργαζόμενος, καὶ πᾶσαν τροφὴν αὐτὴν ἐκείνοις αἱρούμενος. *Chrysostomus in I. ad Timöth.* ΣΤρατιώτης λουτροῖς καὶ θεάτροις προσανέχων, καὶ πραγματείας ὡς λιποτάκτης κρίνεται. Ita quoque *Æl.Spartianus* de Alexandro Severo: *Cum Antiochiam venisset, ac milites lavacris muliebribus & deliciis vacarent, eique nuntiatum esset, omnes eos comprehendi jussit, & in vincula conjici, quod ubi compertum est, mota seditio est a legione cujus socii erant in vincula conjecti. Tum ille Tribunal ascendit, vinctisque omnibus ad tribunal adductis, circumstantibus etiam militibus, & quidem armatis, ita capit: Commilitones, si tamen ista vobis, quæ a vestris facta sunt, displicent, disciplina majorum Remp. tenet; quæ si dilabatur, & nomen Romanum & Imperium ammittemus. Neque enim sub nobis ista facienda sunt, quæ*

ſub impura illa beſtia nuper facta ſunt. Milites Romani, veſtri ſocii, mei contubernales & commilitones, amant, potant, lavant. Græcorum more etiam quidam ſe inſtituunt: hoc ego diutius feram? & non eos capitali dedam ſupplicio?. Equidem balnea non prorſus deerant Caſtris Rom. ſed deſtinabantur tantum uſui ægrorum: teſtis omnium loco *Vell. Paterculus Lib. II. cap.* 114. *Per omne belli Germanici Panonicique tempus, nemo e nobis, gradumve noſtrum aut præcedentibus aut ſequentibus, imbecillus fuit, cujus ſalus ac valetudo non ita ſuſtentaretur Cæſaris cura, tamquam diſtractiſſimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio vacaret animus: Erat deſiderantibus paratum junctum vehiculum, lectica ejus publicata, cujus uſum cum alii, tum ego ſenſi. Jam medici, jam apparatus cibi, jam in hoc ſolum importatum inſtrumentum balinei, nullius non ſuccurrit valetudini.* Inde colligimus balnea noſtra Clotenſia Valetudinario juncta olim fuiſſe in uſum ægrorum. Qui vero publica ad iſtum locum balnea ſibi fingunt, velim mihi explicent, quo militares illas Inſcriptiones referant quæ Legionum integrarum cum balneis cognatio? Certe ſi militibus balneorum uſus fuiſſet conceſſus,

cele-

celeberrimas illas Thermas Aquenſes, natura calidas, atque hibernis vicinas, Clotenſibus balneis longe antetuliſſent, & hæc omnino præ illis fuiſſent deſolata. Ut taceam ruinas noſtras Balneorum publicorum magnificentiam luxumque non redolere.

§. XXVII.

Reſtat ut in Clotenſium Caſtrorum ætatem inquiramus, ne quid intentatum relinquatur. Sedeamus ergo ad calculum, ut rite ſubducere poſſimus rationes. Quod ſi litterata, quæ hactenus expoſuimus monumenta, conſulimus, nobis liquido conſtat, ad tertii a Chriſto nato ſeculi initium, atque adeo ad Septimii Severi, Caracallæ & Elagabali ætatem hæc monumenta eſſe referenda, id quod vel ſoli docent litterati lapides, qui Legionem XXI. Septimii Severi agnomine inſigniunt, quin & ipſi Litterarum ductus formæque: adeoque manifeſtum eſt, hallucinari illos, qui ad Galbæ, Othonis & Vitellii tempora eorum antiquitatem extollunt, atque imprimis huc referunt funeſtam illam Cæcinnæ cum Helvetiis cladem, de qua *Tacitus Hiſt. Lib. I. cap. 67. Irritaverant turbidum ingenium*

Helvetii, Gallica gens, olim armis virisque, mox memoria nominis clara, de cæde Galbæ ignari, & Vitellii Imperium abnuentes. Initium bello fuit avaritia ac festinatio una & vicesima Legionis: rapuerant pecuniam missam in stipendium Castelli, quod olim Helvetii suis militibus ac stipendiis tuebantur: ægre id passi Helvetii, interceptis Epistolis, quæ nomine Germànici exercitus ad Pannonicas Legiones ferebantur; centurionem & quosdam militum in custodia retinebant. Cæcinna belli avidus, proximam quamque culpam, antequam pœniteret, ultum ibat; mota propere castra, vastati agri, direptus longa pace in modum municipii extructus locus, amœno salubrium aquarum usu frequens locus: missi ad Rhætica auxilia nuntii, ut versos in Legionem Helvetios a tergo aggrederentur. Illi ante discrimen feroces, in periculo pavidi, quanquam primo tumultu Claudium Severum ducem legerant, non arma noscere, non ordines sequi, non in unum consulere, exitiosum adversus veteranos prælium, intuta obsidio, dilapsis vetustate mœnibus, hinc Cæcinna cum valido exercitu, inde Rhætica ala coborteisque, & ipsorum juventus sueta armis & more militiæ exercita: undique populatio & cædes, ipsi in medio vagi, abjectis armis, magna pars sau-

cii

cii aut palantes, in montem Vocetium (Botzberg) perfugere. Ac ſtatim immiſſa cohorte Thracum depulſi, & conſectantibus Germanis Rhætisque per ſylvas atque in ipſis latebris trucidati: multa hominum millia cæſa, multa ſub corona vendita. Cumque direptis omnibus, Aventicum gentis caput juſto agmine peteretur, miſſi qui dederent civitatem, & deditio accepta, &c. &c. Memorat hic quidem Tacitus XXI. Legionem, ſed eam ſolam: Septimiam vero tunc temporis fuiſſe nuncupatam, nemo cui ſanum ſinciput affirmaverit: & quid clades iſthæc caſtra Clotenſia adtinet? Refert Tacitus Cæcinam cum exercitu fugientes Helvetios per ſilvas inſecutum, atque rebus omnibus confectis Aventicum ultro petentem: quinimo expreſſis verbis addit. *cap.* 70. *Cæcina paucos in Helvetiis moratus dies, dum ſententia Vitellii certior fieret, ſimul tranſitum Alpium parans, lætum ex Italia nuntium accipit, &c.* Quis vero Helvetiæ ſtatus fuerit, ſub Severi, Caracallæ, Alagabali etiam Imperio, docuerunt ante nos ad fidem monumentorum hiſtoricorum Viri Eruditiſſimi, *Guillimannus de Reb. Helv. Lib. II. Cap.* 3. *Plantinus in Hiſt. Helv.* alii paſſim: quos exſcribere ſuperſedeo, cum præter generalia

quædam, tacentibus qui vitas horum Impp. scripsere, priscis auctoribus, afferant nihil, quod ad pleniorem monumentorum nostrum illustrationem faciat: Qui volet eos adeat, atque sibi consulat. Cæterum nullus dubito, castra isthæc nostra Clotensia vel ipsius Galbæ, Othonis, Vitellii, Trajani, Antoninorum temporibus jam fuisse & posita & frequentata, id quod nummi suadere videntur; quorum Imperatorum auctoritate Legiones etiam in Helvetia moratas ex aliis passim monumentis discimus. Forte jam ab ipso Augusto locus iste in castri formam instructus est, ejus enim auspicio militares viæ, per universum, qua late patuit, Rom. Imperium stratæ sunt, quarum & nos hoc adhuc tempore hinc inde manifesta satis indicia atque vestigia deprehendimus: ut præsertim in via illa, quæ a *Gynopedio* ducit per *Vitodurum*, *Steig*, *Basserstorff*, & inde ad castra nostra Clotensia; opus Romanum id esse, argumento nobis sunt silices, glarea, arenaque mira arte constructa., per terram illam mollem & uliginosam; imprimis vero via illa montem secans, atque nostris *Steig* dicta, a scandendo, *vom steigen*.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Tigurinæ gentis quidem frequens, urbis vero nulla fit mentio in antiquis monumentis: multi multa de ejus fabulantur antiquitate atque origine, quæ nos non curamus, ſed iis relinquimus, qui umbram pro Junone amplectuntur, & quid diſtent æra lupinis neſciunt. Rara ſunt, non diffiteor, antiquitatis in illuſtri hac urbe monumenta; præter nummos quosdam & Deorum ſtatuas hactenus erutum nil eſt, quod magnitudinem Rom. operum prodat: Id tamen mihi non videtur mirum; ſuppetunt hujus rei rationes ſatis graves: Tigurum enim, antiquiſſimum licet, a Romanis præſidiis longo temporis tractu immune fuiſſe, cenſemus, utpote in mediterraneo ſitum: procul Rheni limites, quos juxta Hiſtoriæ fidem præ cæteris locis, præſidiis ſuis atque Legionibus firmabant Romani adverſus Germanorum inſultus: Hinc paſſim ad loca illa limitanea monumentorum Romanorum magna ſeges eſt. Hinc & *Antonino*, qui in *Itinerario* ſuo ea tantum oppida atque caſtra, quæ ad militarem viam ſtructa erant, recenſet, nulla Tigurinæ Urbis mentio. Celtæ vero ge-

nuini Urbis hujus incolæ parci erant & in Deûm cultu, & in reliquis muniis publicis obeundis; ut docent nos quæ, (raro id tamen) eruuntur monumenta: quorum in censum refero statuam æneam artificii rudis, quæ in Cimeliarchio nostro publico asservatur, & in hac urbe nostra inventa est: refert illa, ut conjicio, Celtarum aliquem Deum barbatum, arctissima toga indutum, brachiis extensis, mancis tamen mutilisque manibus, nudoque capite, cui etiam pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat. Quicquid vero de hoc sit, licet urbis nostræ Antiquitas aliis multis iisque haut levibus nitatur argumentis: gratulamur tamen nobis de nuper invento pretioso hoc thesauro, qui nobis suppeditat pro asserenda ejus antiquitate argumentum, quo reliqua illa non tantum confirmantur, sed etiam vi atque pondere vincuntur, quodque omnem vitilitigandi ansam præscindit, & Cavillatores ad ἐχεμυθίαν redigit.

TANTVM.

II. DIS-

II.

DISSERTATIO HISTORICO-LITTERARIA DE LIBRIS COMBUSTIS.[(a)]

§. I.

Libri licet monumenta esse videantur duro marmore & ære perenniora

quæ nec Jovis ira, nec ignes,
Nec possit ferrum, nec edax abolere vetustas,

Haud

(a) Jo. Schmidii & Fr. Guil. Schützii Dissertationes de combustione librorum varii generis & in specie hæreticorum, Lipsiæ A. 1696. & 1697. editas laudat Mich. Lilienthalius de Machiavellismo literario p. 127. eas vero inspicere hactenus mihi non licuit. Celeb. autem Andreæ Westphali Dissertationem, Gryphiswaldiæ A. 1713. habitam, qua centuriam librorum publica auctoritate combustorum erudite recensuit, vix tandem amici ope ex ipsa Pomerania nactus sum. In Michael. Piccarti Observat. historico-polit. Part. II. p. 59. sqq. peculiare extat caput hoc insignitum titulo *librorum mors ignis.* Huc quoque pertinet Jac. Gretseri liber inferius citandus.

Haud raro tamen diram fatorum atrocitatem experti ac tritissimas clades stragesque passi sunt, suo quoque exemplo testatum facientes, nihil esse in rebus humanis, destrui atque absumi nescium. Innumeros tempus cuncta vorans absorpsit, hominum ignavia blattis ac tineis misere lancinandos tradidit, spumantis undæ (*b*) pelagi rapuere,

(*b*) Non minus enim Neptunus, quam Bellona & Mulciber, infensum se quandoque Musis præbuit. Pauculis id in transcursu demonstratum dabimus exemplis. Notatu digna sunt, quæ de GUARINO Veronensi Ponticus Virunius in vita Chrysoloræ, ejus Erotematibus; Ferrariæ A. 1509. in 8. excusis, præmissa tradit: *Guarinus Verona oriundus, concivis Catullo, ex nobili familia Guarina ortus, ætate jam grandiore, a nobili Veneto Byzantium conductus, cœpit ibi Chrysoloram Græce per quinquennium audire. Reversurus in Italiam capsas duas librorum, quorum exempla non erant, duabus navibus locavit: cum altera venit, sed demersam alteram, perditis tantis thesauris librorum, audiens, nocte una canus totus factus præ dolore intolerabili.* vid. Menagian. Tom. I. p. 48. edit. recentiss. Paris. Tristissima Bibliothecæ VINCENTII PINELLI fata non sine gemitibus enarrat Paulus Gualdus in ejus vita p. 372. sq. collectionis Batesianæ, Gryphianæ vero p. 420. sqq. unde nonnulla delibabimus. *Bibliothecam Venetias devehendam curaveramus, ut inde mari Neapolim impendio minori appelleret: at ne qua vis major, ut in navigatione solet, pessundaret universam, placuit in tria navigia capsas conjici,* — — *Navium harum altera cum trium & triginta capsarum sarcina in piratas Turcas incidit, qui prædæ opulentæ inhiantes*

puere, atque horridus Musisque inimicus bellorum furor, omnia prosternens, perdidit. Nec paucos violenta invidiæ rabies nobis abstulit, idemque fatum subire coëgit, quo intercidisse testis est Joannes Pierius

---

inhiantes, cum chartas & libros invenissent, gaudio in iracundiam verso, inutiles sibi merces abjicere cœperunt in mare, quousque captivi navarchi monitu deliniti, & tot exhauriendarum chartarum tædio fatigati, ab impotenti cœpto destiterunt. Ita navigium exarmatum, nautæ in vincula conjecti, merces reliquæ in triremem comportatæ, & libri (ut ille monuerat) relicti beneficio alicujus, qui cum navigio in littus ejectos colligeret asportaretque. Ita plane factum: cum enim fluctus maris navim destitutam ejecisset in littus, e regione Firmanæ coloniæ, convolarunt ad expositam prædam piscatores, aliique, quorum nonnulli libros domum asportare, quidam papyros in frusta dissectas ad rimas navigiorum cum glutino adhibere, non pauci, specularium vice, tuguriorum fenestris aptare. Et profecto memini audire me a quopiam, per tractum sane quam patentem litoris illius aliud tum omnino haud comparuisse, quam laceras schedas, qua projectas in litus, qua in salo fluctuantes &c. Naufragii Bibliorum Suevicorum, nec non Polyglottorum Antwerpiensium mentionem feci Tom. II. p. 397. sq. Magnam MSS. congeriem, quam CHRISTINA, REGINA SUECIÆ, è Germania in Sueciam absportare constituerat, undis marinis absorptam fuisse, didici ex Herm. *von der Hardt*, Proleg. Hist. Conc. Const. cap. X. De adversis librorum variorum fatis quædam observavit B. Theph. Spizelius in Commentat. de vitiis litteratorum p. 990. sqq.

lius Valerianus (*c*) Petri Martelli Florentini, Viri inter ætatis suæ litteratos non ultimo loco habiti, quatuor libros exactissimæ interpretationis in mathematicas disciplinas, a Petro Alcyonio, ita suppressos, ut nusquam amplius apparuerint (*d*). Plurimos funestus in cineres redegit ignis, de quibus in præsentia commentari constitutum mihi est. Animus erat primum, ea quæ de libris incendio absumtis generatim observaveram, procemii loco præmittere commentationi, a me pridem *promissæ*, de libris publica auctoritate combustis, sed perspiciens, justæ præfationis limites me sic supergressurum esse, mutavi consilium, atque illa heic, quum notatu non prorsus indigna videantur, seorsim exhibere decrevi, reliquis proxime secuturo hujus opellæ tomo reservatis.

§. II.

Primo igitur loco enarrandæ atque lacrymis nostris irrigandæ forent celebriores Biblio-

(*c*) Lib. II. de litteratorum infelicitate. p. 362. edit. Lips.

(*d*) De alio libro ab Alcyonio suppresso vid. Tom. II. p. 381.

Bibliothecæ, in cineres infelici fato redactæ, nisi otium nobis fecissent Viri Doctissimi, Mich. Neander (*e*) Jo. Lomajerus (*f*), Thomas Bartholinus (*g*), Andr. Westphalus (*h*) aliique. Ne tamen prorsus ἀσύμβολοι recedamus, pauculas & nos memorabimus. Anno MDLXI. in bellis Galliæ civilibus feralis flam̃a FLORIACENSE Ordinis Benedictini Monasterium una cum Bibliotheca instructissima absorpsit, quæ qualis fuerit, ex his Raynaudi (*i*) verbis facile augurandum: *Schola in monasterio Floria-*

(*e*) In erudita de Bibliothecis deperditis ac noviter instructis præfatione Erotematibus Græcæ Linguæ ed. Basil. 1569. præfixa, & postmodum ob raritatem & præstantiam inserta Collectioni I. Comment. de Bibliothecis Madero-Schmidianæ, p. 37. sqq.

(*f*) In Lib. de Bibliothecis passim.

(*g*) In Diss. de Bibliothecæ incendio ad filios.

(*h*) Qui Jenæ A. 1709. Luci restituit Barthol. Dissert. & in præfat. recentiora Bibilothecarum combustarum exempla exhibuit, qualia etiam dedit in præf. Diss. de libris publica auctoritate combustis p. 3. sqq. Nisi memoria me fallit, vidi etiam aliquando Clar. Bolzii Regiomontani Diss. de Bibliothecarum incendio.

(*i*) Qui hæc ex Aimoini Vita S. Abbonis Floriacensis hausit, cit. Arsen. Sulger. in Annalibus Imper. Monast. Zwifaltensis Part. II. p. 145. de Schola quoque Floriacensi conferri potest Jo. Launojus de Scholis

Floriacensi fuere celeberrima, ita ut adolescentum & studiosorum ultra quinque millia numeraret, a quorum singulis pro muneribus scholastico dabatur Monacho Praeceptori duplex volumen manuscriptum, haudquaquam exile minerval certe, typographia tunc nondum per orbem propagata. Unde de immensitate voluminum, quæ isto incendio irreparabili damno periere, judicium haud difficulter ferri potest. Ita quoque A. MDLXXVIII. Vulcanus vastator in Suevia nostra WEINGARTENSE ejusdem Ordinis Cœnobium cum Bibliotheca devoravit. Audiamus ea de re Gabrielem Bucelinum(*k*): A. 1578. *luctuosissimo toti posteritati incendio vastatur Imperiale Monasterium Weingartense, splendidissimo & amplissimo, quod paulo ante Johannes Gerwici successor extruxerat, palatio, cum ignibus, tum consequente inde concameratarum ædificiorum ruina absumpto, in quod paulo ante locupletissima magni momenti veterum Manuscriptorum & incomparabilis raritatis monumentorum Bibliotheca translata est,*

lis celebrioribus seu a Carolo M. seu post eundem Carolum per Occidentem instauratis Cap. XXIII. p. 85. sqq. & Cap. XXVI. p. 104. sq. edit. Hamburg.

(*k*) In Constantia Rhenana. p. 358.

est, paucis e pergameno libris, ipso flammarum impetu per longa aëris spatia in patentes campos ejectis & posteritati conservatis. Superbit tamen hodienum hocce Monasterium (cui nuper moderni Abbatis magnificentia novum templum splendidissimum, veteri diruto, accessit, paucissima fortassis in Germania habens paria) Bibliotheca codicibus manu exaratis, & maximam quidem partem membranaceis instructissima, laudata etiam a Jo. Mabillonio (*l*). Nec desunt rariores typis excusi, e quibus nomino Ciceronis officia & Paradoxa Moguntiæ per Jo. Fust & Petr. Schoeffer A. 1465. membranis impressa, ac Clementis V. P. M. Constitutiones, ab iisdem in fol. A. 1460. vulgatas, cujus rarissimæ editionis cum Cel. Maittaire in Annalibus typographicis haud meminerit, ea, quæ ad ejus calcem notata sunt, huc transferre operæ videtur esse pretium. *Presens Clementis Pape quinti Constitutionum Codex una cum apparatu Dn. Joh. An. suis rubricationibus sufficienter distinctus artificiosa adinventione imprimendi & characterizandi absque ulla calami exaratione sic effigia-*

(*l*) In Itin. German. p. 43. sq. edit. Hamburg.

giatus & ad Eusebiam Dei industrie est consumatus. Per Joannem Fust. civem Moguntinum & Petrum Schoiffher de Gernssheim clericum diœces. ejusdem. Anno Dn. MCCCC. sexagesimo. XXV. die mens. Junj. Exemplar hoc ibidem est membranaceum, Bibliothecæ cimeliis jure accensendum.

§. III.

Incendio quoque A. MDCXXIII. periit egregia Bibliotheca WALLENRODIANA, ita, ut ne pagina quidem relicta sit, atque simul interciderit desideratissima Joannis a Wallenrod Concilii Constantiensis historia, a Theodorico Vrie laudata, cui epicedium scripsit Cel. Hermannus *von der Hardt* (*m*). Pariter A. MDCXCVII. funestæ flammæ injurias expertum est Cœnobium SALEMITANUM Ordinis Cisterciensis (Salmansweiler), una cum Bibliotheca

(*m*) In præf. Tom. I. Part. II. Historiæ Concil. Constant. collegit vero postea ejus Possessor magnis sumtibus aliam insignem Bibliothecam, quam Illustrissimus illius Filius publicis dicavit usibus. Ejus notitiam dedit Clar. Volbrechtus, qui hodie ipsi præfectus est, in *erläuterten Preussen*, Fasc. XXXIII.

theca amplissima igne absumptum. Quædam ejus MSSta enarravit Mabillonius (*n*), ac inter ea Acta Concilii Constantiensis in maximo folio cum egregiis figuris & symbolis gentilitiis eorum omnium, qui Concilio interfuerunt, quantivis pretii opus, cujus jacturam laudatus Hardtius (*o*) deplorat. Eodem etiam fato superiori seculo interiisse novi ROTHENSE ordinis Præmonstratensis Monasterium, nobis vicinum, cum apparatu librario non contemnendo. Anno autem præterlapso 1726. d. 13. Jan. Parisiis eximia Bibliotheca VALINCURTIANA cum pretiosa supellectili & multis rarioribus picturis in ignes consedit (*p*). In incendio item nupero FRANCOFURTANO Vulcanum destructorem nec pepercisse tabernis librariis, atque sic operibus (*q*) nonnullis raritatem induxisse, nunciarunt publicæ novorum litterariorum tabulæ. Et quot, sodes, omni ævo cum in-

(*n*) In Itin. German. p. 89. sq.

(*o*) In prolegomenis Histor. Concil. Constant. Cap. X.

(*p*) Vid. *Neue Zeit. von gelehrten Sachen.* p. 89.

(*q*) Inter quæ præsertim Reuberi Scriptores rerum Germanicarum, studio Celeb. Joannis non sine insigni accessione iterato paulo ante editi. vid. l. c. p. 533.

tegris urbibus in favillas abiere Bibliothecæ opulentissimæ, quarum jam ne memoria quidem superest?

§. IV.

Haud raro etiam contigit, ut ingens librorum copia imperantium aliorumve cura infelicibus flammis ustulanda traderetur. Augustus, quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis vel parum idoneis auctoribus ferebatur, supra duo millia contracta undique cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos (r). Ephesiorum, των τα περιεργα πραξαντων, multos, ad Christum conversos, libros impios publice exussisse, refert & calculo suo probat S. Lucas (s). Pios vero Christianorum libros è medio tollendos, inque cineres vertendos curasse Diocletianum, Antiochi Epiphanis crudelitatem (t) æmulantem, testis est Eusebius (u). Arianos sacros libros, quoscunque

(r) Sueton. in Augusto. Cap. XXXI. Hac vice tantum agemus de multis libris simul imperantium jussu crematis, de singularibus vero ejus generis libris Tomo VIII. differemus.

(s) In Act. Apost. Cap. XIX, 19.

(t) 1. Maccab. I, 59. 60.

(u) Histor. Eccl. L. VIII. c. 2. 3.

que in Ecclesiis reperiebant, flammis absumsisse conqueritur Athanasius (*x*): contra Constantinum M. eorum libros igni addixisse memorat præter alios Sozomenus (*y*). Libros Eunomianos comburi

(*x*) In epistol. ad orthodoxos de persecut. excit.

(*y*) Hist. Eccl. L. I. c. 20. Narratur ibi, Constantinum decrevisse, ut, si quis aliquem librum Arianum occultare deprehenderetur, ac non illico in publicum productum incenderet, capitis mulctaretur supplicio. Mirum vero, tanta severitate Imperatorem in eos, qui Ariana scripta igne non perderent, sed occultarent, uti voluisse, cum ipsum contra Arium exilio tantum mulctaverit. Parum igitur abest, quin pollicem premam Mino Celso Senensi, ita de ea re judicanti in Disputatione: *In Hæreticis coercendis quatenus progredi liceat, ubi nominatim eos ultimo supplicio affici non debere aperte demonstratur*: edit. Christling. A. MDLXXVII. p. 133. sq. *Arrius hæresiarcha a Constantino haud comburitur, sed tantum in exilium ablegatur, & in ejus libros non comburentes capitale supplicium decernitur. Hæreticus inultus dimittitur, in libros autem sævitur. Nec tamen usquam legitur, in hujusmodi libros retinentes hac lege animadversum esse. Ex quo luce clarius colligitur, Cæsaris decretum in Arrii libros apud se habentes ad terrorem conditum esse, ut ejus dogmatis sectatores ab eo deterrerentur, itaque extinctum iret hæresis illa: non autem sanguinario animo hæreticos trucidandi: cujus rei illustre poterat exemplum edere, insignem hunc hæreticum necando, si sic decere censuisset. Nam alioqui in sapientissimo ac pru-*

ac prudentissimo Principe tantam fuisse stupiditatem mente concipi non potest, ut haereticos necandos sentiens, haereticum a celeberrimo Concilio damnatum impunem dimisisset, libros autem ejus eosque retinentes comburendos imperasset. Hac occasione quaedam de hujus libri auctore, de quo inter eruditos disputatur, monere lubet: Sunt, qui sub Mini Celsi nomine Sebastianum Castalionem latere volunt: Celeb. vero Heumannus in Schediasmate de libris Anonymis ac Pseudonymis p. 144. sq. post Sandium, Bailletum, Placcium & Goth. Arnoldum hanc personam induisse Laelium Socinum existimat. Sed liceat mihi, salva, quae mihi cum Viro Optimo verique amantissimo intercedit, amicitia, in hoc ab eo modeste dissentire. Ego Mini Celsi nomen haud adscititium, sed auctoris proprium esse arbitror. Extant enim inter Epistolas Claudii Tolomei, itidem Senensis, Italicas, Venetiis A. 1566. in 8. hoc titulo editas: *De le Lettere di M. Claudio Tolomei Libri Sette, con nuova aggiunta ristampate, & con somma diligenza ricorrette,* p. 288 sqq. Fabii Benuoglienti litterae ad Minum Celsum Venetiis d. 15. Sept. A. 1548. scriptae, e quibus ista aetate Virum eruditum, eo nomine insignitum, vixisse patet. Illum autem librum primo Italico sermone conscriptum fuisse, ipse nos auctor edocet, p. 117. his usus verbis: *Reliqui nobis sunt ex neotericis Caspar Hedius, Johannes Agricola Isslebius, Jacobus Scheuchus & Christophorus Hofmannus, quorum Latine scripta, quamprimum has nostras disputationes Hetrusce scripsimus, commodum habuimus: eorumque dicta ex Latina in nostram linguam vertimus; nunc autem cum eo locorum venerimus, ubi eorum libri, etsi diligenter inquisiti, ad manum nobis non fuerint, ex nostra in Latinam linguam eorum locos fidelissime vertimus, eorum sensu nulla ex minima parte immutato.* Habemus & alium ejus argumenti librum cum praefatione Martini Bellii (non Prelli, uti perperam a Goth. Arnoldo in Histor. Eccl. & haeret. P. II. p. 407.

vocatur

jussit Theodosius M. (z). Eutychianos & Apollinarianos Imperatores Valentinianus & Marcianus; Manichæos Leo M. & Symmachus I. PP. MM. nec non Cabades Persarum Rex, Magicos & judiciarios Valens Imperator, sed intermixtis plurimis optimi generis operibus (a), & alii, Monothelitarum libros, Synodus sexta, Thalmudicos & Judaicos alios (b) Gregorius IX. Julius III. Paulus IV. Clemens VIII. (c) PP. MM. Mahometanos Franciscus Ximenius Archiepiscopus Toletanus. De quibus omnibus brevis sum, cum plenius jam de iis dissernerit Jacobus Gretserus (d).

vocatur) quem recensuit & Argent. A. 1610. recudi curavit Joach. Cluten.

(z) Lib. XVI. Cod. Theodos.

(a) Vid. Ammian. Marcell. Lib. XXIX.

(b) De fatis Thalmudis & librorum Judaicorum vid. Celeb. J. C. Wolfii Bibliothec. Hebr. Part. II. p. 930. sqq.

(c) De Clemente VIII. Paulus Piasecius Episcopus Præmisliensis in Chronic. gestorum in Europa singularium f. 112. *Eodem tempore Pontifex legem sancivit, ne Judæi Talmud suum & alios in Indice expressos ac probibitos libros legerent, & omnes tales libros ab officio Inquisitionis conquisitos cremari jussit; in sola civitate Bergomensi fere 10000. hujusmodi librorum fuerunt collecta & igne absumta.*

(d) Lib. I. De Jure & more prohibendi, expurgandi

§. V.

Apud SINENSES licet a longo tempore litterarum studia non mediocriter floruerint, aliquando tamen diris ea novercantis fortunæ insultibus petita, ab extrema pernicie prope abfuere. Jussu enim atque auspiciis Imperatoris Chingi seu Xii, antecessorum suorum sic extincturi memoriam, suamque solius famam nefario ausu apud posteros servaturi, cuncta fere philosophorum monumenta perdita atque cremata sunt, furorem ejus in comitiis hac oratione acuente Lisuo, pessimæ notæ philosopho: *Olim cum in plures divisa dominos essent regna, non abnuerim necessarium fuisse literarum studium, ut, quæ ad cujuscunque regni gubernationem pertinerent, e libris promerentur. Nunc eviluit hæc ratio, cum sub unius imperio totus quiescit orbis, omnes unius nutum intuentur, unus ordo, una lex servanda, cui rei quid plura scire sit opus ego quidem nescio, at obesse potius, hoc scio.* Quid *enim?*

gandi & abolendi libros hæreticos & noxios, de quo opere videsis judicium Guilielmi Cave in prolegomenis historiæ literariæ scriptorum ecclesiasticorum f. 14. sq.

enim? Otioſis litigioſisque literatoribus regnum cur oppleamus? Quo impenſius Imperatori vigilandum, ne quis libros habeat domi vel ſua vel aliena, neve abſcondat, ſed quamprimum addicat flammis, etiam ſub mortis pœna denunciandum, ſalvis tamen illis, qui de agricultura, medicina & divinatione agunt. Periere igitur tum omnes propemodum Sinicorum Philoſophorum libri, ſi Confutii ac Mentii ſcripta exceperis, quæ mulier quædam laudabili conſilio paginis diviſis ad domus parietes agglutinatis feliciter exitio eripuit (*e*).

§. VI.

Eximia ARABUM in litteras merita neminem paulo humaniorem fugiunt: at inter eos etiam in libros optimos flammis nonnunquam atrociſſime ſævitum fuit. Accipe ejus crudelitatis exemplum. Amrus, exercitus Arabici dux, Alexandria Ægypti urbe capta rogatus a Joanne Philopono

 Gram-

(*e*) Vid. Martinium in Hiſtor. Sin. Lib. VI. p. 210. ſq. & Theophilum Spizelium in commentario de re litteraria Sinenſium Sect. III. p. 42. quem inter reculas meas ſervo multis obſervationibus haud aſpernandis ipſius beati Auctoris manu ornatum.

Grammatico, quem favore complectebatur, ut libros philosophicos, quorum magnam vim bibliotheca regia possidebat, ipsius concederet usibus, ab Omaro Chalifa ejus rei veniam impetrare contendit. Ab eo autem hoc tulit responsum: *Utique libros istos vel cum Alkorano convenire, atque ita opus iis non esse, sufficere enim Alkoranum: vel illi contrarium aliquid continere, atque eo nomine penitus tollendos.* Quo audito Amrus illos ad calefacienda balnea, quorum quatuor millia isto tempore Alexandriæ fuerunt, adhiberi jussit: tanta autem eorum fuit copia, ut omnes semestri demum spatio hac ratione consumti sint, si fides Abulpharagio id narranti (*f*) habenda. De iisdem Leo Africanus apud Hermannum Conringium (*g*) hæc commemorat: *Eo tempore quo a Bagadadi Pontifice deficientes rerum in Africa potiebantur*

(*f*) In historia Dynastiarum, ab Eduardo Pocockio Arabice & Latine Oxoniæ A. 1663. publicata, p. 181. add. Pocock. Specim. Histor. Arab. p. 165. & Hottingeri Analecta Historico-Theolog. p. 247. sq. De fatis studiorum apud Arabes egregia extat Dissert. Clar. J. G. Lakemacheri, sub præsidio D. C. D. Kochii Helmstadii A. 1719. habita.

(*g*) In Supplementis Dissertationum de Antiquitatibus Academicis. p. 242.

tur Arabes, omnes Afrorum libros igni committi jusserunt. Sic enim persuasum habebant, quamdiu penes Africæ incolas esset aliqua naturalis scientiæ aut bonarum disciplinarum cognitio, fore, ut superbia eos indies ad tumultum atque ad Mahumethicæ legis contemtum magis ac magis provocaret. — Nonne idem & Persis, dum adhuc staret Arabum imperium, accidisse legitur? Certissime constat, hos quoque literas, quas sibi peculiares habent, amisisse, omnesque illorum libros Pontificum Mahumedanorum jussu igne consumptos, ne quid rerum physicarum cognitio aut idolorum leges Mahumedicæ detraherent dignitati. Addo, quæ de iis Joannes Spencerus *(b)* habet: *Primi post Muhamedem Duces libros ubique*

(*b*) De Legibus Hebræorum ritualibus & earum rationibus Lib. II. Cap. I. p. 360. edit. Lipſ. 1705. Ἐν παρόδῳ heic notare placet, Arabes non magnam duntaxat librorum vim combuſſiſſe, verum etiam undis immerſiſſe. De Mujavia enim, Sarracenorum Duce bellicoſiſſimo Cœlius Auguſtinus Curio Lib. I. Sarracenicæ Hiſtoriæ (quæ cum Wolffgang. Drechsleri Turcicarum rerum Chronico, & ejusdem Curionis deſcriptione Marochenſis regni, nec non Cœlii ſecundi Curionis belli Melitenſis hiſtoria Baſileæ A. 1568. in 8. ex officina Oporiniana prodiit) p. 54. ſq. hæc memoriæ prodidit: *Concilium ſuæ ſectæ indixit, ad quam edicto promulgato doctos omnes, quive*

que locorum incendio tradiderunt, & ita se gesserunt, quasi bellum non minus humanitati, quam hominibus indixissent. Quin & seculi sequentis Arabes artium & literarum omnium adeo rudes erant, ut id inprimis curasse putentur, ne Prophetam suum illiteratum (uti vulgo audiit Mahometes) scientia superarent. Inde venit, quod scriptorum Arabicorum hodie vix quispiam annis octingentis antiquior inveniatur.

§. VII.

Ab Arabibus ad GRÆCOS, omnis olim eruditionis antistites, migrabimus, quibus tot præstantia antiquitatis monumenta orbis cultior debet. Desiderantur hodie multorum quondam inter istos celebrium poëtarum opera, quibus internecionem ignis, ab iis excitatus, jurene an injuria nescio, intulit. Testem

quive aliquod Muamedis aut superiorum pontificum haberent, suum agnoscentes imperium, venire, & scripta secum adferre jussit. Celebratus hic conventus exitiabilis fuit Damasci: cumque ibi ob sententiarum pugnantium varietatem nihil statui posset, sex omnium sapientissimos ex eo numero communi consensu eligi jussit: & sic delecti fuere Mulcinus, Boarius, Buora, *Anoecius, Abermindus, & David. His in unam domum cum omnibus scriptis, quæ allata fuerant, inclusis, ut singuli ex illis*

Testem produco Petrum Alcyonium (*i*): *Audiebam puer ex Demetrio Chalcondyla, Græcarum rerum peritissimo, sacerdotes Græcos tanta floruisse auctoritate apud Cæsares Byzantinos, ut integra (illorum gratia) complura de veteribus poëmata combusserint, inprimisque ea, ubi amores, turpes lusus & nequitiæ amantium continebantur, atque ita Menandri, Diphili, Apollodori, Philemonis, Alexis fabellas, & Sapphus, Erinnæ, Anacreontis, Mimnermi, Bionis, Alcmanis, Alcæi carmina intercidisse: tum pro his substituta Nazianzeni nostri poëmata, quæ etsi excitant animos nostrorum hominum ad flagrantiorem religionis cultum, non tamen verborum Atticorum proprietatem & Græcæ linguæ elegantiam edocent. Turpiter quidem sacer-*

---

ex illis scriptis omnia Muamedis facta & dicta, quæ verisimilia viderentur in unum volumen colligerent, injunxit. Cumque illi sex volumina fecissent, reliqua omnia scripta in flumen projici curavit, quæ tot fuerunt, ut illis ducenti cameli fuerint onerati. Deinde lege lata gravem eis pœnam proposuit, qui secus crederent, facerent, dicerentve, quam in iis sex Alcoranis præscriptum esset. Cæterum hodienum omnia exemplaria librorum Muhammedanorum, a Christianis typis excusorum Turcis haberi profana, & vel ideo igne abolenda memorat D. J. M. Langius in Diss. de Alcorani prima editione p. 28.

(*i*) In Medice legato priori p. 69. Analectorum Illustr. Menkenii de calamitate literatorum.

cerdotes isti in veteres Graecos malevöli fuerunt, sed integritatis, probitatis & religionis maximum dedere testimonium. Fateor autem, me vereri valde, ne ab illis sacerdotibus cum malis & noxiis libris stragem etiam senserint codices, immortalitate dignissimi.

§. VIII.

Pedem a Græcia ad SUEO-GOTHOS longe dissitos promovebimus, quorum poëtæ, antiquis temporibus Scaldi nominati, res a majoribus atque sibi coævis heroibus strenue gestas certatim carminibus celebrarunt, magno ab ipsis olim Regibus habiti in pretio. Supersunt hodienum nonnulla eorum poëmata, vel poëmatum fragmenta; sed plura superessent, nisi Olaus Skautkonung præpostero zelo abreptus, & instinctu præsertim Papæ Sylvestri II. item Sigfridi, Eschilli, Davidis & reliquorum Monachorum carmina ejusmodi Runica, utpote magiæ suspecta, & undique studiose comportata, Vulcano consecrasset. *(k)*

§. IX.

(*k*) Vid. Jo. Aluandri Historiolam artis typographicæ in Suecia. p. 3. & auctores ibi allegatos.

§. IX.

Propius tandem ad nostra accedamus tempora. Nunquam credo flammæ violentiam in bonos libros adeo grassatam esse, quam ab ea ætate,

Primus inaccessum qua per tot secula verum,
Eruit e tetris longæ caliginis umbris.

B. Lutherus divina fultus gratia. Non ejus solum, sed & συνεργων opera magno numero in Germania, Anglia, Italia, Gallia, Hispania alibique ferali rogo fuisse imposita nemo ignorat, nisi qui nihil novit. Haud publice duntaxat, verum etiam privatim Lutherani libri flammis fuerunt injecti. Nec mirum id, cum præter alia severissimum prostat CAROLI V. edictum, Bruxellis A. MDXL. publicatum (*l*), in quo hæc præcipiuntur: *So jemand die vorgeschriebene Bücher Lutheri &c. bey sich hätte, daß*

(*l*) Vid. Bibliotheca Cyprianica. p. 397. de libris Lutheri passim publice combustis hujus loci non est, pluribus agere; conferendus est de iis Seckendorfius, Sleidanus, Westphalus l. c. p. 30. aliique.

daß er die bald verbrenne, bey peen verklärt und vollstreckt zu werden, nemlich die Manns-Person mit dem Schwerdt, und die Weiber lebendig zu vergraben, so sie anderst ihre Irrthum nicht dulten oder beschützen wollen. Wenn sie aber in ihren Irrthümern der Ketzerey verharren wollten, so sollen sie mit dem Feüer zum Tode gebracht werden, und alle ihre Güter genommen, und gewendt zu unserm Nutz. PHILIPPUS II. Hispaniarum Rex, ejus filius, pro illo fervore, quo in pontificiam religionem tuendam ac provehendam ferebatur, in suis ditionibus, Belgicis præsertim, omnes libros, quos hæreticos vocant, sedulo conquiri atque exuri, alios vero, purgationem admittentes, castrari jussit. Ipse id de se testatur in diplomate, A. 1571. ultimo Julii Bruxellis dato, & Indici expurgatorio præmisso: *Quandoquidem ad orthodoxæ religionis incrementum tam in his provinciis citerioribus, quam in aliis, quo hinc libri transvehuntur, Nos* A. CIↃIↃLXIX. *elapso, duobus indicibus super librorum probibitorum censura evulgatis bibliothecas omnes publicas privatasque a libris ut tum, sic etiam in hoc tempore periculi & scandali nomine damnatis, perpurgavimus: hac in re divinam legitimamque constitutio-*

stitutionem sequuti, quaque in sacrosancto concilio Tridentino & catalogis decretisque ejus statuta & declarata sunt. Et quoniam inter præscriptos libros permulti in omni facultate scientiaque comperti sunt, qui alias castigati, & a zizaniis impuræ doctrinæ opinionumque emendati, deinceps bona sui parte & cum fructu legi possint: & nolentes perire tantam pecuniæ vim, quam æstimatio ejusmodi librorum producere queat, non sine magna mercatorum jactura, & studiosorum damno, mandavimus hæresiarcharum ut principum hæreticorum scripta eaque plane exitiosa incendio aboleri, quæ in prædictis provinciis nostris citerioribus inventa sunt, quorum quidem Dei gratia rara exemplaria exstiterunt; quæcunque vero alia purgationem facilem admissura videbantur, ea universa in urbibus & municipiis prædictarum provinciarum collecta conservari cavimus &c. BUDENSES in Hungaria A. 1524. Georgium quendam Bibliopolam una cum libris evangelicis exussisse, Abrahamus Scultetus (*m*) scribit. LUTETIÆ quoque librarius quidam, una cum plurimis libris A. 1559. vivus ustulatus fuit (*n*).

(*m*) In Annalib. Evangel. p. 62. edit. *Herm. von der Hardt.*

(*n*) Vid. J. H. Hottingeri Histor. Eccles. N. T. Tom. IX. p. 408.

§. X.

ROMÆ præsertim cum alias, tum potissimum ab ætate PAULI IV. P.M. primus catalogum hæreticorum & librorum damnatorum typis vulgari curavit, plurimos flamma hausit libros, Pontificis in concremandis eruditorum, qui a Romano cœtu secesserant, lucubrationibus privatis etiam imitantibus. Hinc Theodorus Zwingerus (o): *Quantam stragem sub Paulo IV. Pont. max. A.* 1559. *Germaniæ clarissimorum virorum scripta religionis nomine publice passa sint, testes esse possunt, qui eo tempore in Italia fuerunt. Vidimus nos privatim Philippi Melanchthonis grammaticam exuri, cumque causam rogaremus, id unum afferebatur, sanctorum hominum consiliis parere sanctum esse & pium. Erat autem id consilium Confessoris privati, magno cum applausu in Patavino Gymnasio theologiam profitentis.* De hujus incendii auctore ita cecinit Sudarnocus Surensegus (p), primariam ejus causam indicans: *Ineptus*

(o) In Theatro Vitæ humanæ Vol. XVIII. Lib. VIII. f. 3103. conf. Jo. Henr. Hottingeri Histor. Eccles. Novi Test. Tom. IX. p. 408.

(p) Vel potius literis retro lectis & utrinque terminatione *us* abjecta Conradus Gesnerus, Polyhistor. Tigu-

Ineptus olim & conſcius pictor ſibi,
Galli figuram venditurus alitis,
Puerum jubebat, forte gallinaceus
Ne vivus ullus ales eo procederet,
Cavere. Idem hodie nonne facit ter maximus
Pictor? licere qui ſibi putat omnia,
Quæcunque pingit atque comminiſcitur;
Quæcunque fingit atque mentitur: jubet
Illis haberi ſimpliciter ab omnibus
Fidem. Et quia nuper improbari cœperant
Commenta, quæ obtrudit miſeris mortalibus,
Nunc veritatem e finibus juſſit ſuis
Faceſſere, exulare, cum omnibus bonis
Sanctisque libris: in quibus veri alites,
Ad ætherem alis evolantes limpidum,
Teſtantur alta voce cœleſtem Dei
Inſtare lucem, filium per unicum:
Ad hanc relictis & tenebris ſe præparent,
Surgantque mortales, monent graviſſime.

Indices certe prohibitorum librorum eum finem ſibi popoſitum habere videntur, ut

 illa

Tigurinus. Hoc vero carmen cum aliis eandem rem concernentibus annexum eſt Thomæ Naogeorgi Regno Papiſtico, ed. 1559. p. 309.

illa, quæ prorsus in istis damnantur, opera,
non hominum tantum manibus excutian-
tur, verum etiam penitus aboleantur.
Unde ei, qui auspiciis CLEMENTIS XI.
A. 1711. e typographia Cameræ, quam vo-
cant, Apostolicæ in forma octuplici pro-
diit, præfixa est figura, sistens DD. Aposto-
los Petrum & Paulum, in quorum pecto-
ra Spiritus S. ignem & radios suos cœlitus
immittit, ita quidem, ut inde rursus exsi-
liant in libros subjectos, eosque ingenti
flamma excitata absorbeant. Hac autem
injuria affici plurima monumenta eximia
atque dignissima, quæ per seræ posteritatis
manus eant, omnes norunt, quibus trucu-
lentos istiusmodi indices evolvere licet.
Multis igitur libris carendum est literatis
Romæ & alibi, ubi idem rigor obtinet, de-
gentibus: de quo Gabriel Naudæus (*q*) in
literis

(*q*) Vid. ejus Epistolas, Genevæ A. 1667. in 12.
editas, p. 232. sq. Aliud etiam Naudæo Romæ tum
tædio fuit, studiisque ejus remoram injecit, de quo
ita l. 1. p. 213. sq. in literis ibidem A. eod. d. 25. Febr.
ab D. Du Pré Caussinii Dominum datis: *Accessit lon-*
ge permolestum ac tædiosum onus functionis aulicæ, quæ
in eo tota versatur, ut Eminentissimi Cardinales anteambu-
lonum aulicorum frequentiori numero stipati incedant, dum
mutuis inter se certant officiis & honoris ac salutis imper-
tiendæ

literis ad Petrum Gassendum Romæ d. 6. Mart. A. 1632. exaratis conqueritur: *Commodum mihi traditur ab Eminentissimo Cardinali meo Nundinarum Francofurtensium Catalogus, in quo Philosophiæ & Alchymiæ Fluddanæ clavem inveni, sive Roberti Fluddi Armigeri & Medicinæ Doctoris ad epistolicam tuam pro R. Patre Marino Mersenno Exercitationem responsum. Verius tamen ego dixerim responsionis titulum: nobis enim, qui Romæ vivimus, non licet esse tam beatis, ut libros omnes absque metu & delectu penes nos habere possimus; sed nec mercatoribus ipsis Bibliopolis quidquam huc advehere concessum est, quod examen ignis perhorrescat, non modo Lutheranis, sed etiam Paracelsistis ob blasphemias utrisque communes sæpe sæpius intentatum. Quare cum hoc illo nomine atque insuper vasto ipsarum pondere Fluddanæ compositiones, quibus nunc deferendis vix onerariæ suf-*

tiendæ causa sibi invicem ultro citroque occurrunt, vel ad palatium aut congregationes proficiscuntur, tanto quidem æmulationis studio ac fastuoso vanæ contentionis ambitu, ut plerumque videas unius homuncionis muricem trahere post se florem delibatum Italicæ nobilitatis, & populo, qui rerum quondam potitus est, orbem dum totum victor Romanus habebat, turpissimæ servitutis jugum imponere.

sufficerent, communi ad nos aditu prohibeantur, fac &c. Hanc vero cumprimis ob causam in urbe, quæ

tantum alias inter caput extulit urbes,
quantum lenta solent inter viburna cupressi,

hodienum bibliopolia adeo sterilia atque bonis libris destituta esse existimo, quod nuper retulit testis αὐτόπτης Consultissimus atque Clarissimus Joach. Christoph. Nemeitz (*r*). Misere autem isthic locorum agitur cum litteris, ubi eruditorum oculi, mentes manusque onerosa illa gravantur servitute, ut nec legere illis liceat, quæ velint (de probis, non de obscœnis, seditiosis & blasphemis loquor libris), nec scribere, quæ sentiant, etsi sint optima. Merentur & heic repeti Viri ingenui ex ipso Pontificiorum cœtu, Lamindi Pritanii (*s*), querelæ: *Novimus, qui ne sibi confligendum foret cum indocili quorundam Censorum*

(*r*) In Spicilegio memorabilium Italiæ, Germanico idiomate edito, Part. I. p. 221.

(*s*) Lib. II. de ingeniorum moderatione in religionis negotio Cap. 5. p. 266. cit. Celeb. Heumann. in Conspectu Reip. litter. p. 108. edit. recentiss. conf. hujus opellæ Tom. V. p. 28. sq.

rum inſcitia atque impotentia, dimiſſis theologicis ac philoſophicis ſtudiis, ſe totos conjecerunt in eruditionem profanam, unde ſi non æqua laus, certe minus periculi, & plus quietis expectandum fuerat. Non ergo privatis tantum ſtudiis officitur ab hisce Cenſoribus, ſed publicæ etiam utilitati & Eccleſiæ, quæ ſcriptoribus theologisque indiget non aſſentatoribus, dum ſcribunt, neque Zelo immoderato ferventibus, dum judicant, ſed ſolida eruditione refertis, & omni ſuperſtitione & affectu vacuis.

§. XI.

Sed e diverticulo in viam redeundum eſt. Pontificum in perſequendis & pellendis Proteſtantibus, librisque eorum igni addicendis ardorem ſecuti ſunt certatim alii Principes & Epiſcopi. Prolixum foret, cuncta ſolennia librorum incendia hinc exorta enumerare. Paucula ſpeciminis loco ſufficiant. Martinus Epiſcopus Seccoviæ de eradicata in STYRIA ET CARINTHIA religione Evangelica ad illuſtrem quendam Auguſtanum hæc inter cætera A. 1600. perſcripſit (*t*): *Eodem plane modo, ſicut*

(*t*) Has litteras D. Daniel Cramerus vulgavit cum Petri Schargæ Soc. Jeſ. concione de quæſtione: An hæretico ſit fides ſervanda? A. 1602. in 4.

do, sicut & Styria, Carinthia a nobis reformata est: inprimis haeretica templa cum coemeteriis sectariorumque praedicantium aedibus ubique partim arietibus, partim pulvere tormentario sunt eversa. Praedicantes ubique ex provincia expulsi, uxores putativae & concubinae ab eorum consortio abactae, illisque reditus ex omnibus provinciis interdictus. — — — *Multa millia librorum haereticorum publice in variis locis combusta.* Christianis Lectoribus dijudicandum permitto, num fumosa isthaec & Vulcania reformandi ratio mitissimae respondeat Jesu Christi, Servatoris nostri optimi, indoli, qui non ferro & flamma, sed Evangelii fulgure, sed beneficiorum cumulis, sed inculpatae atque integerrimae vitae exemplo homines ad frugem perduxit, ipse cum suis dirissimas calamitates, horrenda opprobria, & atrocissimam mortem infracto animo miraque patientia tolerans, nequaquam renitentibus inferens. Idem fere quod in Styria & Carinthia tum in CARNIOLIA factum esse, edocemur ab Ill. Jo. Weichard Valvasore (*u*). Novimus

(*u*) In topographico-historica descriptione Ducatus Carnioliae (*Ehre des Hertzogthums Crain*) Tom. I. f. 432. & 467. sq.

vimus quoque A. 1624. in AUSTRIA superiore magnam evangelicorum librorum vim flammis addictam fuisse. Non vero tantum Romani coetus asseclæ isthoc libros supplicio affecerunt, sed interdum & alii. En exemplum! Joannes Matthæus, Anabaptistarum pseudopropheta, A. 1535. Monasterii mandavit, ne quis ullum deinceps librum haberet aut sibi servaret, præter sacra Biblia, reliquos omnes in publicum deferri, flammisque aboleri jubens (*x*).

§. XII.

Præterea haud paucos libros privata quorundam industria, male sedula, ac publicæ æmula, ignibus dedit. Quis enim dubitet, JOANNEM COCHLÆUM, verbi gratia, complures lucubrationes Melanchthonianas ejusque generis alias in cineres redegisse, præpostero Zelo abreptum, qui ita Philippum, communem olim Germaniæ præceptorem, publice affari veritus non est (*y*): *Vidi heri, quos jam edidisti, Locos communes, seu Hypotyposes theolo-*

(*x*) vid. Sleidan. Comment. Lib. X. p. m. 271.

(*y*) In Confutatione abbreviata adversus Didymum Faventinum Phil. Melanchthonis, scripta jam A. 1521. sed A. 1534. demum Lipsiæ in 4. edita, pag. ultima.

gicas, novum plane Alcboranum (z). *Qui tanto pernicior erit Babylone Lutheri, si non statim deleatur de terra viventium, quanto est tibi quam illi & stilus suavior & ingenium nobilius, ac major cautiorque ad fallendum citatione scripturarum dexteritas & solertia. Heu infelicem hoc novo partu Germaniam, nisi mox eum velut monstrum nocentissimum perniciosissimamque Syrenem de medio sustulerit. De quo verissime dixerim:* Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum. *Utinam & animæ tuæ & universæ patriæ nostræ consuluisses melius! Hoc autem factum esset, si librum istum non publicasses, nisi legitime prius examinatum. Nunc priusquam paretur antitodum, serpet hoc per omnia membra venenum. Ego Alcboranum istum tuum vidi solum apud alium, non habeo ipse: utinam eum haberet nemo, nisi ego solus! pro summa certe gloria habiturus essem, ipsum non edidisse, sed mox Vulcano tradidisse, ut hac peste terras*

(z) Primam ejus libri editionem ob insignem raritatem & præstantiam Cel. Herm. *von der Hardt* recudi curavit in Historia litteraria Reformat. Part. IV. f. 30. sqq. præmissa præfatione, in qua summa elogia, quibus Viri doctissimi istud opusculum ornarunt, enarravit.

terras, imo animas hominum levarem (*a*). Lepida sunt, quæ Romæ circa huncce librum

(*a*) Præstantiora forsitan, si credere fas est, sunt Cochlæi scripta, istud præsertim, quod de B. Lutheri vita & rebus gestis ex meris fere mendaciis conflatum est & compositum. Extat Pauli III. P. M. Bulla de iis, a quodam Anonymo satyrice efficta, & A. 1544. in 8. h. t. excusa: *Impressura Auscultationis, Protocolli, Bullæ, Papæ, Canonisationis, Librorum, Cochlei, Chori, S. Bilibaldi, Canonici, cum una grandipensa epistola de modo exponendi scripturas.* Nonnulla animi gratia inde in librorum Cochlæi commendationem excerpere juvat. Ita autem Sanctissimus Pater ad illum præter cætera: *Nos pietate tua moti duximus, in solatium & recompensam laboris tui tam pii & frugiferi, dictos libros tuos in numerum Canonicorum librorum ponere, &, sicut digni sunt, canonisare. Quos & præsentium tenore approbamus & canonisamus. Et ne in posterum ulli dubium relinquatur, quo honore habendi sint, volumus, decernimus & declaramus per præsentes, ut proxime post libros Decretalium & Extravagantes Romanorum Pontificum ponantur, hoc est, supra decretum Gratiani, qui est liber nondum approbatus & canonisatus. Deinde supra omnes libros quatuor Doctorum Ecclesiæ & aliorum Doctorum & sanctorum Patrum, qualitercunque & quandocunque approbatorum & canonisatorum. Et ex proprio motu & certa scientia ac de plenitudine potestatis statuimus, ordinamus & mandamus districte præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus Episcopis, Canonicis, Presbyteris, & quicunque horas canonicas legere tenentur, ut semel in mense, omissis horis canonicis, istos libros cum debita attentione legant, etiamsi sit tali*

tali lectioni integra hebdomada vel plus impendenda. Absolventes virtute clavium tam ordinis quam jurisdictionis omnes ab horis canonicis, pro hac vice duntaxat. Laicis vero Latinum scientibus, ut semel in anno legant, omissis Psalmis, oratione Dominica, toto hortulo animæ, & omnibus devotionibus, & si opus sit, etiam Missis audiendis, exceptis tamen Offertoriis & aliis accidentalibus, quæ solent pro Missis & Vigiliis per annum offerri. Quæ omnino volumus ubique & semper strictissime persolvi, non obstante, quod interim officia cessent, propter istos libros sanctissimos Cochlei legendos, ut discant & sciant omnes Romanam Curiam & Ecclesiam defendere, & hæreticos extirpare. Et quo devotius omnes legant hos libros, dum senserint sese spiritualibus bonis largius refectos, Nos de plenitudine potestatis, qua fungimur de benignitate sanctorum Apostolorum confisi, omnibus contritis, etiam attritis tantum & confessis, quando legerint hos libros, toties, quoties, concedimus plenariam remissionem omnium peccatorum a pœna & a culpa, etiam a casibus in Bulla cœnæ Domini reservatis: nec non easdem indulgentias & gratias, quas merentur illi, qui orationes S. Brigittæ orare per annum solent, remittendo etiam pœnas purgatorii in quantum se claves sanctæ Matris Ecclesiæ extendunt. Et ut majore reverentia legantur, nullus sedendo, aut operto capite, sed stando vel genuflectendo, vel ambulando, nudo capite, legat, caveatque, ne dissolutam aut levitatis aliquid eodem faciat tempore, ne scilicet tussiat, vel rideat, vel colloquatur. Si vero riserit, vel tussierit, tundat pectus ter cum devotione. Reliqua adscribere pudor vetat. Cæterum ipse Cochlæus A. 1548. in 8. per Franciscum Behem apud S. Victorem prope Moguntiam typographum suorum operum edidit catalogum, quorum pleraque ita sunt comparata, ut orbem potius iis onerasse, quam ornasse videatur. Inprimis ejus Commentario de vita Lutheri, per modum annalium digesto, merito accommodari posset illud Catullianum:

At

brum contigisse e Scaligeranis refert Wagenseilius (*b*), heic quoque legi digna: *Impressi erant Loci communes Philippi Melanchthonis Venetiis cum hoc titulo; per Messer Philippo di Terra nera. Et illi Loci Communes missi Romam, per annum integrum emebantur, & legebantur cum magno applausu, & jam non amplius reperiebantur, ita, ut oportuerit iterum petere Venetiis. Tandem Franciscanus quidam agnovit librum, & dixit, se habere, eosdem Locos Lutheranos esse Melanchthonis. Volebant mulctare typographum, qui non legerat fortasse. Ipsi est remissum, & exemplaria combusta & suppressa. Ita spectatur, non quid, sed quis dicat.* Neminem vero novi, qui eum librum, istud nominis in fronte gerentem, se unquam vidisse professus fuerit: hoc autem scio, in Indice librorum prohibitorum nigro theta notari damnatisque accenseri Hippophili Melangæi Theologiæ compendium, quo Melanchthonis locos communes indigitari suspicor.

§. XIII.

At vos interea venite in ignem
Pleni ruris & inficetiarum
Annales Volusi &c.

(*b*) In Synops. Histor. Univers. Part. II. p. 590.

§. XIII.

Eandem fortunam sæpius Magni ERASMI ROTERODAMI, quem Bellarminus inter semichristianos retulit, ac Forerus dignum censuit, qui ex omnium hominum memoria erasus esset (c), libros fuisse expertos, haud abs re conjicio. Acriter scilicet Vir summus inscitiam Monachorum sui ævi, intolerabili junctam fastui, in scriptis suis passim pupugerat, atque ita implacabile in se eorum converterat odium, quod ab illis in posteros etiam, licet multo meliores, propagatum est. En unicum ex recentioribus testem, Arsenium Sulger, Ordinis Benedictini monachum (d): *Mortuus est Basileæ 2. Julii* (A. 1536.) *Desiderius Erasmus Roterodamus, vineæ Dei callida devastatrix vulpecula, alter Lucianus, cui & merito potuisset pro epitaphio inscribi.* (e) *ERAS-MUS. Nec scio, uter Catholicæ pietati*

(c) Vid. Wagenseil. l. c. p. 592.

(d) In Annalibus Imperialis Monasterii Zwifaltensis. Part. II. p. 128. sq.

(e) Poterat hic Sulgerus meminisse inepti & claudicantis ejusmodi Epitaphii, Erasmo scripti:

Hic jacet Erasmus, qui quondam bonus erat mus,
Rodere qui solitus, roditur a vermibus.

Vid.

tati plus damni dederit Lutherus, an ejus prodromus Erasmus, ille palam insaniendo, iste clam virus evulgando: certe sola ejus colloquia plus quam Chaldaicis flammis digna pronuncio, quæ quo demulcent blandius, perimunt inopinatius, & dulce venenum tam dissimulanter instillant, ut non citius te perire sentias, quam periisti; fuit olim Eremita Augustinianus

Vid. Menagian. Tom. III. p. 374. edit. Parif. 1715. Sed præstantiori epicedio dignissimum censuit eum ex ipso Pontificiorum cœtu Georgius Wicelius, qui in appendice conquestionis de calamitoso in præsens rerum Christianarum statu, Lipsiæ A. 1538. in 4. editæ, ejus honori litavit, adjectis nonnullis epitaphiis, quæ partim ipsum partim alios auctores agnoscunt. In præfatione graviter invehitur in eos, *qui virum, quo nullus unquam mortalium* (ipsa ejus verba legis) *melius de humano genere mereri potest, vituperant, haud aliter, ac si inferior etiam fuisset Lombardis; Thomis, Albertis, Scotis, Hugonibus, & his similibus Aristotelicæ theologiæ authoribus.* Plura in ejus laudem scripta carmina exhibet Nicolaus Reusnerus in Imaginibus virorum literis illustrium, Argentor. A. 1590. vulgatis, p. 70. sqq. e quibus præsertim placet istud, quod iconi ejus subjecit Theodorus Beza:

Ingens ingentem quem personat orbis Erasmum;
Hac tibi dimidium picta tabella refert.
At cur non totum? mirari desine Lector:
Integra nam tantum terra nec ipsa capit.

Confer, si lubet, quæ in honorem Viri laudatissimi diximus Tom. I. p. 223. sqq.

nus, & teste Brietio Monachorum hostis acerrimus. Fertur quoque exspectatione Cardinalitiæ dignitatis, ad quam illum Paulus III. evehere cogitaverit, retentus ab aperta fidei Catholicæ ejuratione; adeö etiam honores malos exterius in officio continere quandoque possunt, ne appareant saltem pessimi. Neque vero mirandum, tam exosas esse Monachis Erasmi lucubrationes, cum eas ipse Vaticanus Præsul, Paulus IV. rogo publice injiciendas Romæ curaverit: de quo alio tempore plura (*f*).

§. XIV.

Quo animo in libros, sanctissima purioris religionis dogmata complectentes, fuerit Joann. Joach. SCHOBERUS, ex Franciscanæ familiæ Monacho Evangelii Minister Palæo-Dresdensis, sed deinde relapsus & ad pristinos errores reversus, hæc ejus venenata & ex ipsis orci faucibus petita verba (*g*) nos edocent: *Gibet der barmherzige*

(*f*) Vid. interim J. H. Hottingeri Histor. Eccles. N. T. Tom. IX. p. 408.

(*g*) In litteris Romæ A. 1655. d. 12. Aug. datis, quæ cum aliis & animadversionibus A. 1658. in 12. typis exscriptæ sunt sub titulo: BARNABAS (hoc enim

herzige Seelen - Hirte Christus diesem unserm jetzigen heiligen Vatter Alexandro, Römischen Pabst, und wahren sichtbarlichen Hirten der glaubigen Herde Gottes das Leben: so verhoffe ich noch manche Predigt (wann ich anderst von Gott das Leben habe) auf etlichen Cantzeln, auf welchen die Lutherischen Lügenmeister (Prædicanten) *jezt schreyen, und die armen Seelen durch ihre Lügen-Predigten verführen, und zum Teuffel schicken, auf gut Römisch Catholisch zu thun, und also noch manches Lutherisches Buch nicht allein zu zerreissen, sondern auch öffentlich zu verbrennen. Denn es ist einmal wahr, und der allgemeine jüngste Tag wird es offenbaren, dass nicht allein Luther und seine Bücher, sondern auch alle, die dess Luthers Ketzerey anhangen, und darinnen verstockt verharren, dem ewigen Feuer zur Speise verordnet seyn.* Bona verba, quæso, Schobere!

---

enim nominis ante suum ad nos secessum gesserat Schoberus) FUGITIVUS. Concio contra ejus revocatoria Wittebergæ A. 1652. d. 11. Jan. habita hunc gerit titulum: BARNABAS SEGREGATUS. In ea vero Romani cœtus antistites tot nefandorum & atrocissimorum flagitiorum insimulavit, ad propriam sæpe experientiam provocans, ut valde mirer, eum ad suos redire ausum esse.

Credo equidem, ingenti tactus veroque do-
lore,
Irrueres in nos ipsos, ignique libenter
Corpore nostra dares: quoniam vero ista
facultas
Non datur, admittunt tantum nec fata fu-
rorem,
Irruis in libros, istos lacerasque cremasque:
Ut lapidem jactum mordet canis improba,
quando
Non potis est rapido jacientem lædere dente.

§. XV.

SOCIETATIS Præsertim IGNATIANÆ sodales in librorum exustione se egregios esse artifices, pluribus sat luculentis speciminibus, cum alibi sæpius, tum non ita pridem Thorunii editis, ostenderunt. (*b*) Neque

(*b*) Plura fortassis huc pertinentia habentur in libro, cujus hic titulus in Bibliothecæ Krysianæ Catalogo, Part. II. p. 64. & 80. exhibetur: *Les Enluminures du Fameux Almanach des Jesuites, intitulé la deroute & la confusion des Jansenistes, ou triomphe de Molina sur S. Augustin avec l'Onguant pour la Brulure, & le secret d' empecher aux Jesuites de Bruler des Livres.* *Liege* 1683. in 8.

Neque dissimulant, id curæ sibi cordique esse, ut hæreticos, quos nuncupant, libros aboleant, ac in favillas vertant, singularem inde captantes gloriam. Hinc Franciscus Montanus in Apologia pro iis edita (*i*), *solent*, ait, *Jesuitæ diligenter in id incumbere, ut libri impii & ab hæreticis scripti flammis absumantur.* Et Jacobus Gretserus in suo de jure & more prohibendi, expurgandi & abolendi libros hæreticos & noxios opere ex instituto istud comburendi studium defendere & majorem in modum commendare annisus est, inter reliqua truci hoc classico omnes in certamina contra libros innocuos (*k*) vocans: *Quivis existimet, jam sibi dictum esse: colligite Zizania (hæreticorum volumina) & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Insanient quidem zizaniorum satores & fautores, cum hoc incendium viderint; sed non tam insanientium, quam aliorum, ne pariter insaniant, habenda est ratio. Habebitur autem vel maxime, si perniciosi libri in cineres vertantur, ut factum olim, nostroque tempore, & nuper adeo pulsis*

(*i*) Apud Heilbrunner. in Rel. Post-Coll. Ratisb. Præf. p. 24.

(*k*) Lib. II. C. XIII. p. 376. & 379.

hæreticorum magistris ex Stiria & Carinthia &c. — — — Cum D. Augustinus in maxima carnis & spiritus lucta versaretur, nec sciret, quo se verteret, vox ad aures ejus accidit : tolle, lege: tolle, lege. *Tu quisquis salutem tuam amas, hanc vocem auribus tuis hanc admonitionem accinere cogita: TOLLE, URE, TOLLE, URE. Quilibet liber hæreticus similis est mulieri illi ornatu meretricio preparata ad decipiendas animas &c.* Nempe vestigiis Ignatii sui, Ordinis conditoris, insistunt, quem Nicolaus Orlandinus (*l*) luculentam librorum hæreticorum, ad decipiendos quosdam Jesuitas honesto eleemosynæ nomine Romam ab hæreticis missam, flammis mandari jussisse memorat, de Possevino quoque narrans (*m*), eum, postquam Lugdunum venisset, primum omnium egisse effecisseque, ut pestilentium farrago voluminum, Geneva comportatorum, & non per Galliam modo ferendorum, verum etiam

(*l*) In Histor. Societ. Jes. P. I. L. 11. n. 8. p. 338. cit. Dan. Franco in Disquisitione de Papistarum Judicibus librorum prohibitorum & expurgandorum Cap. II. p. 25.

(*m*) Ibid. P. II. l. 6. n. 44. p. 314. cæterum confer, si placet, quæ dixi Tomo II. hujus opellæ p. 379. sq.

etiam Constantinopolim ad orientem versus mittendorum, flammis aboleretur. Hinc fortassis Jacobus Cujacius, ICtorum facile princeps, testamento suo moriturus cavit, ne quis librorum suorum Jesuitis vel pretio, vel gratis manciparetur (*n*).

§. XVI.

Propemodum neglexeram, suum, quem meretur, inter librorum incensores concedere locum Francisci PETRARCHÆ parenti, is animadvertens, filium, quem juris studio, utpote lucrosiori & faciliorem ad summos honores viam pandenti, addixerat, omni animi impetu in litteras, quas vocant, elegantiores ferri, manuque diligentiore Ciceronem, Virgilium & ejus commatis alios, quam Justiniani codicem versare, indignatus ad filium Bononiæ agentem contendit, illoque diris verbis increpato ignem accendi jussit, ut quotquot is haberet libros Ciceronis & poëtarum

(*n*) Vid. Franc. l. c. In suis Bibliothecis Jesuitas hæreticorum libros non inter alios, sed ad sinistram collocare, & quidem atris pellibus, atris membranis ligatos, & atro colore desuper tinctos, refert Hospin. in hist. Jesuit. p. 209. Sunt, qui eum locum ab illis INFERNI titulo insigniri dicant.

rum omnes comburerct, & cum jam aliquos accensus ira igni mandasset, cum Rhetoricam Ciceronis & Virgilii opus manu teneret, non amplius ferre potuit egregius juvenis innocuos talem injuriam pati, genubus flexis, lacrymisque precibus admixtis, ut tantum nefas ne faceret, & a tam indigna re abstineret, & si quid esset peccati, a se, non ab illis claris viris pœnas exigeret, exorat, obtestatur, adjurat, & patrem amplectitur, osculatur, pollicendo non amplius illos legere. Atque ita Ciceronem & Virgilium, pene jam incendio adustos, vix servavit eximiæ indolis, ac indulgentiore parente dignus adolescens (*o*). Memorabile denique sed æquiori animo, quam modo dictum, ferendum est librorum incendium, cujus notitiam Clar. Dan. Franco (*p*) debeo, qui illud e paucorum foliorum

(*o*) Vid. Hieron. Squarzafichi Vitam Petrarchæ, a Clar. Ackero luci restitutam, nobisque illustratam p. 32. sqq. Cæterum quam gratiam ipsi rependerit Cicero, ei ab ineunte ætate tam charus semper & tam cultus, vel potius volumen epistolarum ejus ingens, lævo cruri vulnus non sine sequenti cruciatu & periculo infligens, ex ipso Petrarcha Epist. Famil. Lib. XII. p. 440. edit. Lugd. A. 1601. discere haud injucundum erit.

(*p*) l. c. Cap. III. p. 33.

foliorum libello (*q*) ita descriptum dedit: *Dominicastri Lovanienses curaverunt suis pecuniis, ut opera Lutheri incinerarentur. Concursus factus est, plures apportarunt libros, sed non Martini. Studentes itaque & plerique alii parato jam igne libros comportant, ille sermones Discipuli, aller Tartaretum, hic Dormi secure, Paratum, & alios id genus. Ut plures ex illorum autoribus combusti sint, quam ex operibus Martini Lutheri. Venit postremo Carmelita nequissimus, & postposita verecundia, quo animum suum iniquissimum cunctis patefaceret, in ignem publice & cineres urinam projecit, videns hoc Brassicanus junior, qui tam nefario spectaculo aderat, fratrem observat redeuntem ad monasterium, qui cum vellet intrare, apprehenso pallio fratris, & gladiolo extracto, huc huc mecum perge frater, calcans, percutiens, & semivivum reliquens abiit.*

(*q*) A. 1521. absque mentione loci & typographi impresso h. t. *Des. Erasmi Axiomata pro Luthero. Oecolampadii judicium de Doctore Martino Luthero. Quidam Aphorismi Lutheri rem continentes &c.*

§. XVII.

Singulares jam enarrare animus est libros, qui vel hominum fatorum atrocitate Vulcano destructori in prædam cessêrunt (*r*). Roma, triumphati orbis domina, quum A. MDXXVII. a Caroli V. exercitu duce Borbonio capta diriperetur, irreparabilem quoque fecit res literaria jacturam. Neque enim tum ingeniorum monumentis, æternitate dignis, pepercit furibunda militum immanitas, sed non in Vaticanam duntaxat Bibliothecam, copiosissimam & incredibili sumtu studioque a Nicolao V. potissimum & Sixto IV. PP. MM. congestam, teterrime sæviit (*s*), verum etiam

(*r*) Alios ejus generis recensuit Celeb. Andreas Westphalus in præf. Diss. de libris publica auctoritate combustis pag. 5. sqq. conf. si placet, quæ dixi Tom. II. p. 382. sq. & 394. sqq. FRANCISCUM PHILELPHUM Ciceronis librum, qui deperditis accensendus est, de Gloria a se inventum combussisse, ne plagium ejus detegeretur, post Varillasium tradidit Æg. Menagius. Sed fabellam hanc refutavit Bælius in Diction. art. ALCYONIUS vid. Menagianorum Tom. III. p. 163. sqq. edit. Paris. A. 1715.

(*s*) Bibliotheca in Vaticano; *die grosse Liberey, welche Nicolaus V. angefangen, und* Bapst *Sixtus mit alten Griechischen und Lateinischen Büchern gezieret hat,*

etiam in alias plurimas. Quis vero dubitet, ea tempeſtate numerum interiiſſe operum, ab eruditis publicæ luci deſtinatorum, inexputabilem? Unicum ſiſtere tibi libet ob oculos exemplum, idque verbis Jo. Pierii Valeriani (*t*): *Non minus crudeliter occubuit AUGUSTUS VALDUS, Patavinus civis, qui Romæ per tot annos bonas literas tantis ab eo vigiliis, ſudoribus & peregrinationibus acquiſitas profeſſus erat, qui non ſolum voce, verum etiam ſcriptis eruditionem omnifariam ab interitu vindicabat: quam autem miſerabili mortis genere vitam finiit? Incidit enim in Romanam cladem Hiſpa-*

hat, iſt gar verwüſt, und alle Bäpſtliche Bullen und Brieff verbrennt, zerriſſen und zu nichten gemacht, daſs alle Gaſſen voll Bullen, Brieff und Bücher lagen, den Roſſen in S. Peters und andern Tempeln untergeſtreuet worden, und iſt alles, was man für heilig hielte, zu Schanden worden. Es iſt auch ſo gar nichts gantz blieben, daſs auch das alte Bild Lacoontis, welches Kayſer Titus in ſeinem Hauſs gehabt, auſs einem gantzen Marmorſtein kunſtreich gebauen, und in ſo vielfältiger Römiſcher Zerſtörung biſsher hinkommen, ſo Bapſt Julius mit groſſem Geld kaufft, und in ſeinem Luſt-Garten, Belvidere genannt, geſezt hat, jezt zerbrochen worden. Verba ſunt teſtis αὐτόπτου Adami Reiſneri in Hiſtoria Georgii & Caſp. Frundsbergiorum, edit. Francof. 1568. f. 113.

(*t*) Lib. I. de litteratorum infelicitate pag. 286. edit. Lipſ. 1707.

spanorum illam & Germanorum prædonum sævitiam acerbissimam, cujus ante oculos direpta domo, ipse in vinculis habitus, pretiosissimam librorum suppellectilem, laboresque illos suos, quos præsertim in Plinium elucubrabat, coram dilacerari, & in usum culinæ incendi conspexit, & in eo mœrore omnibus aliis incommotis conflictatus propter arrogantem eorum crudelitatem, quibus nihil unquam fuit improbius, dum modicæ fortunæ vir insatiabilem barbarorum sitim tributis explere nequit, qui omne senectutis suæ viaticum jam excusserant e loculis, post cruciatus varios fame demum consumtus perhibetur. Idem Pierius (*u*) ANTONII MAROSTICI, a sui ævi eruditis in deliciis habiti, miseranda deplorat fata; eumque repentina epidemiæ contagione extinctum eo afflictiore conditione fuisse commemorat, quod pleraque ejus scripta, quæ vitam illi dubio procul reparare potuissent, una cum reliquo instrumento, ut moris est, ad expurgandam morbi ejus contagionem concremata sint.

§. XVIII.

(*u*) l. c. p. 277.

§. XVIII.

Per deformem Vulcanum si stetisset, careremus hodie insigni monumento historico, Annalibus scilicet Hirsaugiensibus JOANNIS TRITHEMII, Viri tot nominibus de Orbe literato bene meriti. Eorum etenim autographum post longos in exilio errores, hospitium peregrinis quærens in oris, tandem flammis misere succubuit. Magnas vero ab omnibus bonis iniere gratiam Monasterii Sangallensis inquilini, quorum sedulitas a multis retro seculis celebrata rediviva hodie est in Rev. P. Bernhardo Franco, ejus Monasterii Capitulari, Theol. Professore & Bibliothecario doctissimo, qui nuper cum aliis, tum præsertim peregregia dissertatione historico-critica de auctore translationis & paraphraseos Theotiscæ Psalterii Schilterianum Antiquitatum Teutonicarum Thesaurum exornarvit. Ii namque bono auspicio opus, antequam in cineres laberetur, a se descriptum, sui Monasterii typis, laudabili certe consilio, A. MDCXC. in folio excudi curaverunt. Repetere heic ex præfatione juvat historiam libri, ætatem ferre digni: *Frementibus Protestantium & postea Suecorum*

Suecorum armis, verus & unus hic unio pulsos Hirsaugia Monachos & Abbatem Wunibaldum comitatus est ad Vineas (Weingartense Monasterium) tanquàm ad sinum & concham, sed cum grassante indies jamjam in Suevia viscera bello inter manubias Martis rapi formidaret, securitatis ergo in Helvetiam ad nostrum D. Galli Asceterium ex tot procellis elapsus appulit, ex quo dein sagaci industria apographum nostrum exemplar descripsimus, eundemque jam alteri ruinæ, quam dicemus, imminentem ab interitu vindicavimus. Eo adhuc madido & vix completo, avocatur rursus, & alio portu quæsito naufragium reperit. Ut enim tutius lateret, Blumenegga castro in Walgoja sito una cum ultimo Hirsaugiensi Abbate Wunibaldo immigrat. Invida & infida sors! Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. Declinato feliciter Marte, Vulcano spolium infeliciter cessit Trithemii Chronicon, post tot pericula & sortis insidias quiete incassum quæsita: repentino etenim exorto incendio cum universis aliis Hirsaugiensium documentis, priusquam in lucem prodiit, in flammam & cineres abiit, Wunibaldo vix illæso, & paulo post animam doloris acerbitate victam efflante. Audio quidem, jam antequam castrum flammis absumeretur, jussu & impensis Sere-

nissimi

nissimi Ducis Bavariæ & Electoris Maximiliani pleraque ex documentis descripta, Monachiumque deportata fuisse, quæ nunc ævi fortassis in Electoris Bibliotheca Monacensi reperire liceat. Quievit hactenus sub umbra Bibliothecæ nostræ Sangallensis Trithemii Chronicon, surgit nunc tanquam e cineribus (autographum enim, ut diximus, in cineribus Blumeneggianis sepultum) redivivum, animante editionem ejus R. & Clariss. P. Jo. Mabillono Monacho S. Germani Paris. quem lares vel potius tutelares nostros invisentem in S. Gallo vidimus, nec sine sensu suavitatis recordamur. Viso is apographo nostro Chronici Hirsaugiensis, quasi reperto thesauro exultans, mox editionem ejus impense suasit & persuasit, quem Ἐργοδιώκτην *hujus lucubrationis nuncupari non gravate fero, sed potius in acceptis habeo.* Ejusdem quoque Trithemii Steganographiæ αὐτόγραφον flamma hausit, quippe quod, ab ipso olim auctore Philippo Electori Palatino oblatum, tanquam magica refertum δαιμονομανίᾳ, Franciscus Husitus, Vir cæteroquin doctissimus, cum bibliothecam Heidelbergensem curaret, immerito combussit (*x*). Dudum enim magicæ Impietatis

(*x*) Vid. Conring. Epist. ad Boineb. de Biblioth. Augusta p. 244. Coll. Schmid.

pietatis maculam feliciter ab eo abstersit Principum omnis ævi eruditissimus, Augustus, Serenissimus quondam Brunsvicensium & Luneburg. Dux, in Cryptographiæ Systemate, & post eum Jo. Caramuel Lobkowitzius, aliique. Ipsius vero Trithemii apologiam pro semet scriptam non ita pridem Cel. Colerus in Anthologiæ suæ Tom. I. Fasc. I. p. 41. sqq. exhibuit.

§. XIX.

Quos R. SCEMUEL BEN MEIR, per literarum compendium רשב״ם vocari solitus, nepos Raschii, in Gemaram scripsit commentarios, superstite adhuc avo suo, hic ob eorum prolixitatem ira correptus in illius conspectu combussisse fertur, quod tamen alii factum esse negant (y). GERSONEM quendam literis Rabbinicis sed lingua Germanica librum de finibus sive regionibus terræ Israëliticæ scripsisse, ineunte seculo XVII. a duobus Judæis Polonis, varias Orbis partes pervagatis, Lublinum delatum typisque excusum, sed consilio sapientum flammis deletum, testatur Menasses

(y) Vid. Cel. J. C. Wolfii Bibliotheca Hebræa. Part. I. p. 109.

Menasses ben Israel (*z*). Putidissimis & anilibus fabulis refertus esse dicitur liber iste, quarum vel ipsos Judæos puduit, nisi, quod Summe Rever. Wolfio (*a*) probabilius videtur, ideo Rabbini Poloni animum ab eo alienum testati fuerint, ne Christianorum odium illo libello arrogantiam fastumque spirante sibi conciliarent. Recusus tamen est in vico Furthensi A. MDCXCI.

§. XX.

SAMUELIS PRZIPCOVII de Przypcowice, Equitis Poloni, Historiam Ecclesiarum Unitariarum Regni Poloniæ MS. incendio periisse in exilio ipsius, in quod religionis ergo, persecutione ingruente, abire coactus est, observat Christophorus Sandius (*b*), simul, ejus persecutionis tempore haud parvam & aliorum illum esse passum jacturam, notans. Idem Joannis Ludovici WOLZOGENII, Austriaci, Liberi Baronis in Tarenfelt &c. commentarios in quatuor Evangelistas & Epistolas Paulinas, Germanice scriptos, a quibusdam qui proprium

(*z*) In Spe Israëlis Cap. X. p. 40.
(*a*) l. c. p. 284.
(*b*) In Bibliotheca Anti-Trinitariorum. p. 126.

prium potius quam publicum quærebat commodum, flammis abolitum tradit (*c*), ita ut nunc ex commentariis in epistolas Apostoli nihil præter titulum ac vitam S. Pauli, latine redditam & Bibliothecæ fratrum Polonorum insertam, supersit. Venerabilis Abbas Jo. Fabricius (*d*), illos, ne lucro Bibliothecæ Fratrum Polonorum officerent, ejus editorem igne absumsisse, observat.

§. XXI.

Arnoldus BOHYRÆUS, cum *in* universum Aristotelem luculentos commentarios, foeturam complurium annorum, editurus proxime esset, tot laboribus malitiose injecta flamã, spoliatus momento est, teste Theophilo Raynaudo (*e*). Commemoranda etiam heic sunt Inscriptionum Romanarum, Jani Gruteri cura evulgatarum, fata, quæ ex ejus vita, a Flaydero conscripta ita recensuit B. Spizelius (*f*):

Cum

(*c*) l. c. p. 138.
(*d*) In Histor. Biblioth. suæ P. II. p. 75.
(*e*) De Bonis & malis Libris p. 322. apud Spizelium in Felici Literato ex infelicium periculis & casibus. p. 996.
(*f*) l. c.

Cum primo omnium MARTINUS quidam SMETIUS Brugensis, sexennio integro totam Italiam pervagando, Inscriptiones tales collegisset, & Doctorum aliquot auctorum auctariis locupletatas in ordinem summa diligentia redegisset, inopinatum incendium opus illud illustre consumpsit, atque universum fere Smetii laborem cassum reddidit, remanentibus solummodo uno & quinquaginta foliis, in scrinio quopiam seorsim custoditis. Mox cum de integro illud periculosæ adeo aleæ plenum opus Smetius esset aggressus, restitutumque secum avehere constituisset, inter vias ab Anglis militibus, qui Ostendæ præsidium agebant, nefarie est abreptum, ipso Smetio ad Bruxellas, quod reformatæ religionis ageret concinatorem, a furibundis militibus crudelissime suspenso. Periisset cum ipso opus insigne, ni Janus Dousa, Legatus ab Ordinibus Belgii in Angliam missus, forte fortuna in Anglum militem operis venditorem incidisset, emtumque illud & in patriam transportatum Grutero concessisset divulgandum. Parum absfuit, quin silentio præteriissem JULII CÆSARIS SCALIGERI (*g*) orationem

(*g*) Ediderat is antea orationem pro Cicerone contra Ciceronianum Erasmi, qui illam refutans, ejus auctorem

nem de optimo dicendi genere pro Cicerone contra Erasmum scriptam, atque Lutetiæ apud Vidoveum cum epistola quadam Erasmi editam, cujus exemplaria omnia per emissarios & ὠλακιστάς suos magnis sumtibus conquisita flammis aboleri curavisse Erasmum testis est Josephus Scaliger, qui unum se duntaxat exemplar Aginni reliquisse, neque ullum præter illud nancisci aut videre potuisse tradit (*h*). Ad extremum nec reticendus est liber, per miraculum, si Diis placet, crematus, nonneminis scilicet professio fidei, quam Constantinus Pont. Max. Romæ in templo S. Petri in Vaticano ad eum locum, ubi pars corporum DD. Petri & Pauli sepulta perhibetur, examinis veluti causa, deposuit, sed rediens deinde combustam reperit, quod ab auctore invito & aliud sentiente edita atque conscripta esset (*i*).

§. XXII.

auctorem Scaligerum fuisse negare ausus est, quia monitus erat, eum fere semper militasse. Quod coëgit Julium aliam, de qua heic loci nobis sermo est, orationem scribere, qua se prioris auctorem asseruit.

(*h*) In Confutat. fabulæ Burdonum p. 263. sq. edit. Lugd. Bat. A. 1608. in 12.

(*i*) Traduntur hæc in libello, fabellarum hujusce furfuris plenissimo, Germanico sermone sed litteris latinis

§. XXII.

Ad eos tandem progredior, qui variis ducti rationibus ipsi suas lucubrationes in rapidos abire fumos jusserunt. In hanc

I 2 classem

nis Romæ tertia vice in officina Francisci Cavalli A. 1628. in 8. impresso h. t. *Wegzeiger zu den wunderbarlichen Sachen der Heidnischen etwan, nun aber der Christlichen Stat Rom &c. durch Hermannum Bavinck Metelensem des Bistums Münster in Westphalen Priester der Kirchen S. Mariæ de anima.* Quæ retuli, habentur p. 26. ubi & inter alia narratur, Leonem I. Pont. Max. illa, quæ contra hæreticos scripserat, atque eodem loco S. Petro corrigenda obtulerat, emendata inde deportasse. Speciminis loco ex tot commentis, inibi traditis, unius tantum adhuc meminisse juvat. Pag. 116. sq. auctor asseverare haud dubitat, Romæ ultra sexaginta templa custodire genuina crucis Christi fragmenta: alia præterea Florentiæ, Venetiis, Neapoli, Genuæ, Mediolani, plura denique in Hispania, Gallia, Bohemia, Hungaria, Polonia, Anglia & Germania adservari: quod scilicet sanctissima ista crux per prodigium, sicuti quinque panes hordeacei, crescat & augmenta capiat. *'Ist wol zu glauben, das dasselb heiligste Creutz sich mehre und wachse wie die fünff Gersten-Brodt, es wär sonst nicht möglich, das von ihm allenthalben gefunden würde, dann es ist, wie jener schreibt, nicht länger gewesen, als fünffzehen Fuss und acht seine Breite.* Meum exemplar religiosus aliquis peregrinator Romæ eleemosynæ loco accepisse videtur. Hæc enim in aversa tituli facie leguntur manu exarata: *Ill. mi Card. Burghesii* (Scipionis 'scil. Germaniæ tum protectoris) *Eleemo-*

classem Cel. Westphalus (*k*) retulit Jo. Picum, Laurentium Gambaram, Benedictum Patinam, Jo. Bodinum, Waltherum Raleighium, Claudium Salmasium, Christianum ab Hofmannswaldau, Benedictum Spinozam, Andream Mullerum, Casimirum Oudinum, Du Clos, Rossi, & Wilh. Ern. Tenzelium. Missos itaque hos faciens, tribus tantum exceptis, de quibus notabilia quædam per spicilegium adjicienda in promtu sunt, alios enumerabo. Fuere videlicet, qui poëmata juvenilia, amoribus suis destinata, tandem pœnitudine ducti flammis abolenda censuerunt. Agmen eorum jure quodam suo ducat PLATO, Philosophorum prisci ævi facile coryphæus. Is carmina, a se juvene amoribus dedito licentiore calamo effusa, maturior & gravioribus studiis incumbens, igne obliterasse traditur; quanquam Plutarchus hoc eum propterea fecisse scribat, quod Homeri elegantiam & majestatem assequi se haud posse animadverterit. Pariter AVERROES, Arabum fami-

Eleemosynarius adm. R. D. Ludovicus Fattorinus S. Marci Canon. &c. me simul cum argenteis d. d.

(*k*) l. c. p. 9. seqq.

famigeratissimus, poëmata, quæ adolescenti cœci Cupidinis ignes extruserant, calidis focis torrenda, ne post fata ideo vel laudaretur vel reprehenderetur, dedit, (*l*) atque ita *sævis compescuit ignibus ignes* (*m*). Nescio, an huc quoque referendus sit METROCLES, qui libros suos itidem rogo ipse injecit, hoc iis epicedio parentans:

Τα δ' ἐς' ὀνειρων νερτέρων φαντασματα.

Hæc somniorum sunt phantasmata.

§. XXIII.

Platonis exemplum imitatus est JOANNES PICUS, Comes Mirandulanus, ob rarissimas dotes & omnigenæ eruditionis copiam sui seculi Phoenix cognominari meritus. Eum præter exquisitam animi indolem concinna quoque corporis venustas & gratus in ore vigor roseumque faciei decus præclare ornaverat, quæ egregiæ blandi-

(*l*) Vid. Historie *der Gelehrsamkeit unserer Zeiten*. Part. I. pag. 24. ubi de ejus vita scriptisque disseritur.

(*m*) Ita Ovidius Metam. II. v. 313. de Jove Phaëtontem fulmine percutiente.

menta formæ plures fœminas flagrantissimo in eum amore inflammarunt: Iis vero non semper ita restitit adolescens, ut æstuantis vicissim pectoris incendia strenue compesceret, ac dulces istarum generoso contemtu vindicaret illecebras; sed victas interdum manus Veneri dedit, totus alias a teneris Musarum oestro percitus. Verum obtrectatorum invidia per nongentas de dialecticis & mathematicis, de naturalibus divinisque rebus quæstiones ab ipso viginti annorum juvene Romæ publicæ ventilationi propositas ei conflata, ad meliorem frugem redactus, alium prorsus induit animum. Testatur id ejus patruelis Jo. Franciscus Picus hisce verbis: (n) *Prius & gloriæ cupidus, & amore vano succensus, muliebribusque illecebris commotus fuerat: fœminarum quippe plurimæ ob venustatem corporis orisque gratiam, cui doctrina amplæque divitiæ & generis nobilitas accedebant, in ejus amorem exarsexunt, ab quarum studio non abhorrens, parumper via vitæ postbabita, in delicias defluxerat: verum simultate illa experrectus, diffluentem luxu animum retudit, & con-*

(n) In illius vita, selectorum aliquot Virorum Vitis a Guil. Batesio inserta. p. 93.

& convertit ad Christum, atque fœminea blandimenta in superna patriæ gaudia commutavit, neglectaque aura gloriæ, quam affectaverat, Dei gloriam & Ecclesiæ utilitatem tota cœpit mente perquirere, adeoque mores componere, ut posthac vel inimico judice conprobari posset. Jacobus Gaffarellus in Codice quodam manu exarato & coævo Margaritam quandam, quæ Picum deperierit, nominari observavit (*o*). Carmina igitur, quibus de amoribus suis jocatus fuerat, in quinque libros digesta, in lucem editurus, Angeli Politiani judicio submisit, sed ea deinceps, licet miris ab isto laudibus prædicata, pœnitentia ductus, religionis causa ignibus tradidit, multos itidem ejus genii rhythmos Hetruscos (*p*). Quo intellecto Politianus eorum manes hocce lessu prosecutus est (*q*): *Audio te versiculos amatorios, quos olim scripseras, combussisse, veritum fortasse, ne vel tuo jam nomini, vel aliorum moribus officerent: non enim puto, quoniam minus*

(*o*) In Codicum Cabbalisticorum MSS. quibus est usus Joannes Picus, Indice, a Cel. Wolfio Bibliothecæ Hebrææ Parti I. annexo, p. 6.

(*p*) Vid. Jo. Franc. Pic. l. c. p. 94.

(*q*) Epistol. Lib. I. p. 14. edit. Basil. A. 1542.

nus exierint apte, sicuti Plato suos dicitur. Nam quantum repeto memoria, nihil illis tersius, dulcius, ornatius. Quos quia vocabas amores tuos, placuit mihi nuper velut in amores ipsos abs te crematos ita ludere Græcis versibus:

Πολλακι, ἰοξευθεις, φλεχθεις θ' ὑπο Πικος Ἐρωἰων,
'Ουκ ἔἰλη προἰερω, πανἰα δ' ἀφειλεθ' ὁπλα,
Τοξα, βελη, φαρεἰρας, και νικησας ἰα γε πανἰα
Ηψεν ὁμȣ σωρον λαμπασι ληιδιοις.
Συν δ' αὐἰȣς μαρψας, ἀμενηνα χερυδρια δησεν
Ταις νευραις, μεσσῃ δ' ἐμβαλε πυρκαϊῃ,
Και πυρι φλεξε ἰο πυρ. Τι δ' ὠ ἀφρονες αὐἰον Ἐρωἰες
Τον Πικον, μȣσων ἐισεποτασθε προμον;

Quod elegans epigramma, in Angeli Politiani Operum editione, Lugduni per Sebast. Gryphium A. 1533. in 8. curata (*r*), ita Latine ad verbum redditum legitur:

Sæpe sagittatus, incensusque Picus ab amoribus
Non pridem toleravit, sed omnia abstulit arma,

Arcus,

(*r*) Tom. III. p. 370.

Arcus, sagittas, pharetras, & congregans hæc omnia
Accendit simul acervum flammis edacibus.
At ipsos comprehendens, debiles manus ligavit
Nervis, medio vero injecit igni.
Et igne combussit ignem. Quid autem o stulti ipsum amores
Ad Picum musarum volastis principem?

§. XXIV.

PETRUS quoque PASCHALIUS, Vir disertissimus, poëmata sua juvenilia, iisdem forte caussis motus, si non cremata, perpetuis tamen tenebris tecta voluit. Egerat is caussam amici sui, Joannis Maulii, prosapia Aquitaniæ nobilissima (*s*) editi, a Stephano Rogerio, cum in Academia Patavina literarum studiis operam navaret, latronum ritu crudelissime in ipso museo suo necati, oratione facundissima, sed pro sceleris enormitate satis dentata coram Se-

(*s*) Quam ex præclara olim apud Romanos MANLIORUM familia derivare Paschalius non dubitat, penes quem ejus rei fides sit.

natu Veneto habita (*t*), e qua, non adeo obvia, nefandi illius parricidii historiam recitare

(*t*) Edita est ea Venetiis A. 1548. in 8. per Aldi filios, cum ejusdem Gallia per prosopopœiam inducta ad Venetam Remp. & oratione de legibus Romæ habita, cum juris insignia caperet, nec non epistolis in Italica peregrinatione exaratis. Ex iis, utpote rarioribus, hac occasione bina loca decerpam, e quibus apparet, quid Paschalius, ipse pontificius, de sui ævi Roma senserit. Scilicet p. 87. ita ad Durbanum suum scribit: „Movet me, angitque vehementer, dum, „qualis fuerit olim Roma, & quæ nunc sit cogito. „Nam ut omittam urbem dirutam atque desertam, „Vias Appias & Aurelias incultas, frondibusque & „virgultis jam diu interclusas, columnas, templa, „porticus, signa ænea & marmorea fracta & com„minuta: qua me molestia affici putas, cum video „istorum hominum animos, qui ut quemadmodum „sunt, sic etiam divini & immortales putantur, ita „tamen a majoribus suis degenerasse, ut ex illis nun„quam orti, & ex se nati prorsus esse videantur? „illud, illud est, quod me torquet. Nam si Romæ „L. Manlios, C. Gracchos, M. Scauros, C. Marios, „Q. Mettellos, D. Brutos, T. Cicerones, P. Lentu„los desiderares, ab inferis, mihi crede, omnes „evocandi essent. Quotus enim quisque Romanus „Romæ invenitur, qui virtutem, qui humanitatem, „qui literas colat? omnino cum a Cabellis & ab ad„modum præterea paucis discesseris, reliquos bono„rum omnium literarum rudes & pene barbaros re„peries. Quod cum egomet mecum considero, ur„bemque circumcirca ex loco quodam excelso pro„spicio, facere non possum, quin valde doleam, at„que hoc mecum non sine suspirio dicam: Hem ubi „Roma illa, quæ quodam tempore fuit florentissi„ma?

recitare non piget : *Ad III. Calend. Sextil.* (A. MDXLVII.) *tertia fere noctis vigilia Stepha-*

---

ma? ubi Senatus ille, qui aliquando florens non „ urbi, sed orbi terrarum præsidebat? ubi illi cives „ egregii, ubi artes, ubi liberales doctrinæ, ac in- „ genuæ? quarum nisi scientiam habuissent, idem „ certe ille tumulus, qui corpus obruit, nomen „ etiam eorum obruisset. Sed profecto & claret, & „ quamdiu sol, clarebit. Illis enim ipsis artibus (hoc „ est, monumento sempiterno) mors eorum est or- „ nata. At sunt Romæ Poëtæ, Philosophi atque Oratores. Certe, sed quos audire aut omnino videre „ nolis. Poëtas vocant Mimos, Histriones, Comœ- „ dos, qui vicatim poti vulgaria quædam carmina „ bacchantur, quæ nihil habent præter muliebres ri- „ sus, lasciviamque numeris quibusdam & rithmis „ involutam. Philosophi hujus sunt generis, ut „ omnia voluptate metiantur, ut nihil naturæ non „ tribuant, ut omnia aërem & litus: nosti cætera. „ Habes Poëtas & Philosophos: audi nunc Orato- „ res. Ii medius fidius oratores plenos se profiten- „ tur, qui publice unam aut alteram causam jejune „ illi quidem & exiliter egerint, qui vix Ciceronem, „ nunquam Demosthenem legerint. Breviter tanta „ est in urbem infusa barbaria, peregrinitas tanta, ut „ jamdiu malis Poëtis, vitiosissimisque Oratoribus „ locum dederit. „ Pag. 100. ad Jo. Massancalum Sena- „ tus Tolos. primum Præsidem : Ego habeo in animo, „ in Siciliam veris initio navigare: nam ut me sum- „ mum illius veteris Romæ studium, sic hujus novæ „ odium jam tenet. Aliquot enim secula jure flo- „ ruit populi Romani nomen, jure imperii hujus au- „ toritas gravis, civitatisque majestas habebatur. Nunc „ vero omnibus voluptatis illecebris delinita, virtuti „ nuntium constanter remisit, nec ullum veteris di- „ gnitatis vestigium reliquum sibi esse voluit.

Stephanus Rogerius homo temerarius & ad omnia nefaria scelera audacissimus, manu amentium & perditorum facta, ad eam domum, in qua hic integerrimus adolescens diversabatur, proficiscitur. Cædunt januam, instant ferro, intro irrumpunt. Hoc tam subito & inopinato terrore, mens omnium & consilium est ereptum: vix se ex tanto timore colligunt, resistere præcipiti furori tamque impio sceleri non possunt. In intimas ædes se recipiunt: pertinaciter alii atque acriter illos persequuntur. Maulius dum illorum impetum & ferociam perferre non potest, salutem ab iis petivit; eodem modo Pausaderius & Villarius (Maulii comites & ministri, literis itidem addicti) *passis palmis projecti ad terram, flentes, fecerunt. Qui cum istos injuria facienda fortius perseverare vident, cum ullis precibus eorum impetum reprimere, ardoremque restinguere non possunt, vel amore, vel misericordia, vel utroque incensi, suæ propriæ salutis obliti nudis manibus, latere, jugulo, capite, toto denique corpore herum, quantum potuerunt ferre, obtexerunt. — — Ad heri pedes multis & mortiferis plagis confecti tandem ceciderunt. Quem postea inermem & pene nudum tam crebris gravibusque vulneribus consauciarunt, ut ipse super suorum jacentia*

centia & concisa corpora extremo pene spiritu exanguis corruerit. Et ne plaga illa extrema deesset, vix summa defatigatione cadere destiterunt: ut insatiabilem crudelitatem magis in mortuis, quam in vivis exercuisse videantur (*u*). Libera vero hac oratione Paschalius ita adversariorum suorum animos exacerbavit, ut nihil habuerint delibcratius, quam eum quacunque ratione possent opprimere. Illorum ergo insidias & truculentiam veritus, deque incolumi in patriam reditu valde dubitans, propter incertos casus sibi imminentes amicissimum suum Patrum Maulium Durbanum literis Romæ A. MDXLVIII. pridie Cal. Jun. scriptis de suprema sua voluntate certiorem fecit, inter cætera eum sic compellans (*x*): *Illud velim diligenter videas, (quod ego, mi Durbane, tui in me amoris supremum testimonium esse cupio) ne ea, quæ a me juveniliter sunt scripta, quæque potius animos hominum effœminare, quam aliquid ad comunem fructum afferre posse videbuntur, emittas, sed ita*

(*u*) Huic sævitiæ ansam præbuit, quod, cum eo tempore Patavii de eligendo novo Universitatis Rectore controversia esset, aliis in hac re Galli nonnulli essent adversarii.

(*x*) l. c. p. 161.

ita comprimas, ut nunquam e tuis manibus emanent. Quæ mecum habeo, a quodam cæli filio fortasse adservabuntur.

§. XXV.

Huc etiam pertinet JO. PETRUS CATALONUS, Romanus, Vaticanæ Basilicæ Canonicus, A. 1673. fatis functus, de quo Prosper Mandosius (y) sequentia habet: *Multa scripsit summo studio, jugique diligentia: at die immediate ipsius mortem præcedente proprias omnes lucubrationes ante se ferri jussit, igneque combustas vidit; totus etenim divino accensus amore, cum inter illos multa carmina amatoria miscerentur, de vita immortali animæ cogitans, hæc caduca ac vana eximia animi fortitudine sprevit.*

§. XVI.

Alii contra ob sinistros casus tædio & ira compulsi, dolorisque impatientes, fœtus suos literarios voracibus flammis immisere, atque ita in propria velut sævierunt viscera. Primo hic in scenam producendus nobis est ingeniosus ille amorum lusor,

(y) In bibliotheca Romana. Part. I. Cent. V. p. 285.

for, P. OVIDIUS NASO: qui cum ab Augusto in exilium ejiceretur, nec alia ipsi vindictæ facultas esset, ultrices manus libris metamorphoseon, multa industria conscriptis, sed ultimam nondum limam passis, intulit, eisque & aliis lucubrationibus ignem suppofuit. Verum, haud paucis exemplis antea jam fuga elapsis, hodienum ea excellentis ingenii documenta supersunt. Ipsum de illa re audire juvat poëtam (z):

Carmina major imago
Sunt mea, quæ mando qualiacunque legas:
Carmina mutatas hominum dicentia formas,
Infelix domini quod fuga rupit opus,
Hoc ego discedens sicut bona multa meorum
Ipse mea posui mæstus in igne manu.
Utque cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias, & melior matre fuisse soror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Imposui rapidis viscera nostra rogis.
Vel quod eram musas, ut crimina nostra, perosus,
Vel quod adhuc crescens & rude carmen erat.

Quæ

(z) Trist. Lib. I. Eleg. VI.

Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed extant:
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.
Nunc precor, ut vivant, & non ignava legentem
Otia delectent, admoneantque mei.
Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
Nesciat his summam si quis abesse manum.
Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit & scriptis ultima lima meis.
Et veniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non fastiditus si tibi lector ero &c.

Huic comitem dabimus THEODORUM GAZAM, Græcorum exulum, quorum potissimum opera seculo XV. litteræ fere extinctæ in Italia renasci divina virgula cœperunt, facile doctissimum; qui nonnulla Aristotelis scripta, Latina a se improbo labore conversa, inque membranis nitide exarata Sixto IV. P. M. dicavit; quum vero præmii loco duodecim tantum aureos (*a*) recepisset, rei indignitate motus, eos

(*a*) Jo. Pierius Valerianus Lib. II. de Litteratorum infelicitate aureos quinquaginta à Pontifice, a quo se totum inauratum iri speraverat, retulisse, ac Saturnina quadam iniquitate bonam suorum fœtuum partem absumsisse, hujusque rei indignitate exulceratum insolabili contabuisse ægritudine narrat.

eos in Tiberim projecit, & ultimam de iisdem partem igni adjudicavit (*b*). Alii vero cum nummis reliquas lucubrationes fluctibus tradidisse devorandas volunt, his additis verbis: *effugere hinc libet, postquam optimæ segetes in olfactu pinguibus asinis sordescunt* (*c*). Sed Lomejerus ex Jovio de eodem quoque perhibet, tanti candoris eum fuisse, ut multa ex Aristotele versa Vulcano tradiderit, ne crescenti famæ hominis amicissimi Argyropili, qui eadem generose verterat, officerent (*d*).

§. XXVII.

Ex nostro ævo referendus huc est Philologus Academiæ Helmstadiensis celeberrimus, HERMANNUS VON DER HARDT, qui sinistris opusculorum suorum uno majoris formæ volumine sub titulo Ænigmatum prisci orbis comprehensorum fatis irritatus, Collectaneorum suorum Volumina VIII. in folio igne absumsisse fertur, iis propterea eruditis accenseri dignus, quos

(*b*) Vid. Jo. Wolffii Lectionum memorabilium & reconditarum Centen. XV. f. 884.

(*c*) Vid. Jo. Lomej. de Bibliothecis C. VIII. p. 127. edit. Schmid.

(*d*) l. c. Cap. IX. p. 177.

quos forsitan non incommode Ἐμβρυοσφαγεῖς nuncupare posses. In eum itaque elegantissimi ingenii & omnigenæ eruditionis Vir, Theodorus Hasæus (e), Augusti de ultima Virgilii voluntate versus παρῳδίᾳ, imitatus non abs re ita lusit:

Ergone tam rigidis potuit vox percita verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnaque doctiloqui morietur MUSA DURANDI?
Non velit hoc data lex a Principe; si velit, ipsa
Frangatur potius legis veneranda potestas,
Quam tot congestos noctesque diesque labores
Hauriat una dies, & funere mergat acerbo.

§. XXVIII.

Quidam præterea eruditi, nimis rigidi suarum lucubrationum censores, eas, cum doctorum oculos ferre haud posse videren-

(e) In Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Brem. Class. VII. p. 743.

derentur, Vulcano corrigendas dare voluere. Primum hic locum occupet P. VIRGILIUS MARO,

Omnes qui cantu vocat in certamina Vates:

Is (uti narratur in ejus vita, quæ communiter Ælio Donato tribuitur) cum gravari morbo ſeſe ſentiret, ſcrinia ſæpe & magna inſtantia petivit crematurus Æneida: quibus negatis teſtamento comburi juſſit, ut rem inemendatam imperfectamque. Verum Tucca & Varrus monuerunt, id Auguſtum non permiſſurum. Tunc eidem Varro ac ſimul Tuccæ ſcripta ſub ea conditione legavit, ne quid ederent, quod a ſe editum non eſſet, & verſus etiam imperfectos, ſi qui erant, relinquerent. Bene vero factum, quod nullius omnino, ſententia crematu Æneis digna viſa fuerit. De qua re Sulpitii Carthaginienſis extat epigramma:

Juſſerat hac rapidis aboleri carmina flammis
Vergilius, Phrygium quæ cecinere ducem.
Tucca vetat, Varrusque ſimul: tu maxime Cæſar
Non ſinis, & Latiæ conſulis hiſtoriæ.

Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et pene est alio Troja cremata rogo.

Habentur & ibidem ipsius Augusti eam in rem versus plane egregii (f).

§. XXIX.

Hujus lateri adhæreat studii consors FRANC. PETRARCHA, de quo Jacobus Philippus Tomasinus (g) hæc commemorat: *Illud a fide dignis auctoribus accepimus, quod cum ad eum visendum processissent multi Verona, atque gratificandi studio Africa ipsius palam recitaretur, ipsum fusis lacrymis rogasse, ne ulterius progrederentur. Causam vero sciscitantibus respondisse; utinam opus illud abolere possem, nulla mihi profecto res gratior aut jucundior foret. Sunt, qui putant, id ab ipso fuisse prolatum, quod fœtus ille adhuc fuis-*

(f) Extat quoque de Virgilii Æneide ad Augustum Cæsarem Cornelii Galli carmen.

(g) In Petrarcha Redivivo. p. 26. sq. cf. Squarzafichi vitam Petrarchæ. p. 62. confer ipsius Petrarchæ in epistolas familiarium rerum ad Socratum suum præfationem. Referendus in hanc classem quoque videtur JOANNES BOCCACIUS, Petrarchæ σύγχρονος, de quo vid. Bælius in Diction. art. BOCCACE.

fuisset immaturior. At modestum nimis de semetipso vatis judicium, quod licet voce fuerit proditum, a mente ipsius nihilominus diversum fuit. Sic enim de hac ipsa Poëta Africa in vita ejus MS. Bibliothecæ Canonicorum Regularium S. Jo. in Viridario Patavii Paulus Vergerius: In ea quidem ad marginem, nam dudum illius manum notissimam habeo, ita scribit: Raro unquam pater aliquis tam mœstus filium unicum in rogum misit, quanto id fecerim dolore, ut si omnes labores meos eo in opere perditos acriter tecum volvas, vix ipse lacrymas contineas. — — Præter hæc plurima alia e pluteis deprompta prudens nostra memoria subduxit. Sic enim ipse in quadam ad Socratem epistola: | Quid multa? Incredibilem forte rem audies, veram tamen: mille vel eo amplius seu omnis generis sparsa poëmata, seu familiares epistolas, non quia nihil in eis placuisset, sed quia plus negotii quam voluptatis inerat, Vulcano corrigendas tradidi non sine suspiriis.

§. XXX.

Præstantes hosce poëtas excipiat ANDREAS NAUGERIUS, Poëta itidem non e vulgo, summus suæ ætatis, Jo. Pierio

 Valeriano

Valeriano (*h*) judice, ingenio, optimaque doctrina & incomparabili eloquentia Vir, sed mea quidem sententia in foetus suos literarios, si quis alius, maxime injurius. Is non contentus, quotannis stato die aliquot Martialis, cui inimicissimus erat, codices incendio devovisse, in sua etiam poëmata, quod Statianum characterem referre videbantur, igne grassatus est, solius fere Virgilii æstimator superstitiosissimus, cui nihil placebat, nisi quod Maronis majestatem saperet. Rem verbis non meis, sed Famiani Stradæ (*i*) plenius exponere lubet: *Andreas Naugerius Valerio Martiali acriter infensus, solemne habebat in illum aliquanto petulantius jocari. Etenim natali suo accitis ad geniale epulum amicis, postquam prolixe de poëticæ laudibus super mensam disputaverat, ostensurum se ajebat a cœna, quo tandem modo laudari poësin deceret, mox afferri jubebat Martialis volumen (hæc erat mensæ appendix) atque igni propior factus, illustri conflagratione absumendum flammis imponebat*

(*h*) Lib. II. de litterat. infelicitate p. 326. edit. Lips.

(*i*) In Eloquentia. Lib. II. Prolus. V. p. 332. sq. edit. Colon. 1655.

bat (*k*): *addebatque eo incendio litare se Musis manibusque Virgilii, cujus imitatorem cultoremque præstare se melius haud posset, quam si vilia poëtarum capita per nudas insecutus ac flammas perpetuo perdidisset. Nec se eo loco tenuit, sed cum Sylvas aliquot ab se conscriptas legisset, ut solebat, in concilio Poëtarum, audissetque Statiano characteri similes videri, iratus sibi, quod a Martiale fugiens alio declinasset a Virgilio, cum primum se recepit domum, protinus in Sylvas conjecit ignem, ejusque calore succensus versiculos prope extemporarios fudit, quos in eodem conventu, qui proxime coactus est, sub rustici Acmonis persona recitavit in hunc modum:*

Has Vulcane dicat sylvas tibi villicus Acmon,
Tu sacris illas ignibus ure Pater.
Crescebant ducta e Stati propagine Sylvis,
Jamque erat ipsa bonis frugibus umbra nocens.
Ure simul Sylvas, terra simul igne soluta,
Fertilior largo fœnore messis eat.

(*k*) Paulus Jovius in Elog. Vir. Ill. eum quotannis multa Martialis volumina tanquam impura cum execuratione Vulacno dicasse tradit.

Ure istas, Phrygio nuper mihi consita co[...]
Fac pater à flammis tuta sit illa tuis.

Neque hic substitit severioris, quam pa[...] erat, suarum lucubrationum judicis auste-ritas, sed ulterius progressa est. En, quæ Fracastorius (*l*) apud P. Bælium (*m*) de eo memoriæ prodidit: *Vir summi ingenii, summique etiam spiritus, assiduis patriæ occu-pationibus distentus, ut nullum fere spatium litterarum studiis superesset, ut qui se ipsum probe nosceret, quæ fecisset, cum non esse hu-jusmodi putaret, ut in vulgari citra sui nomi-nis jacturam possent, dum tanta existimatio-ni, quanta jam ipse apud omnes eruditos omnium fere nationum agebat, utpote nec po-lita satis, nec unquam recognita, non usque quaque responderent; quæcumque apud se ha-buit, paulo ante mortem igne delevit. Quare ejus libri de venatione duo pulcherrimi, in Bartholomæi Liviani gratiam heroico carmine eleganter scripti, & unus de situ orbis eodem stylo confectus, quos alias legimus, periere: atque*

(*l*) De morbis contagiosis. p. 157.

(*m*) In Diction. Tom. IV. edit. III. f. 3053. art. NAVAGIERO. not. (B). cf. etiam Tom. I. art. BEMBUS, not. (M).

atque ut omittam laudationem illam, quam in funere Catharinæ Cypriæ Reginæ, Marci Cörnelii Senatoris ampliſſimi filiæ, de Veneta Corneliorum gente nobiliſſima, ad Leonardum Lauredanum Venetiarum Principem & Senatum publice habuit, & alia multa, quæ eodem igne concremata ſunt, quo piaculo dixerim luculentiſſimam hiſtoriam ab ingreſſu Caroli VIII. Gallorum Regis in Italiam ad ea usque tempora tot vigiliis tantoque labore ampliſſimorum Decemvirum juſſu deductam concidiſſe. Duæ igitur duntaxat orationes funebres, ab eo habitæ, & quædam poëmata ab interitu vindicata ſunt. Cæterorum jactura eo gravius dolenda eſt, quo pluribus Naugerii eruditionem & elegantiam Viri ejus ætatis doctiſſimi certatim elogiis cumularunt, e quibus Aldus Pius Manutius, idoneus, ſi quis alius, judex eum adhuc juvenem in dedicatione Librorum Ciceronis de arte Rhethorica A. 1514. in 4. editorum ita affari haud dubitavit: *Cum adeo juvenis tantus & proſa & carmine evaſeris, ut te vel antiquis, qui utroque in genere ſumma cum laude elaborarunt, fere æquaveris; non dubito, quin futurus ſis maximum decus & gloria noſtrorum temporum, & una cum Bembo noſtro magna ſpes altera Romæ.*

§. XXXI.

Succedat his THOMAS MEZLERUS, Ordinis Benedictini Monachus, A. 1655. in Monasterio Zwifaltensi denatus, Vir Arsenii Sulgeri judicio consummatæ literaturæ, Poëta, Orator, Philpsophus, Philologus, Theologus, non paucis ingenii monumentis clarus, de quo idem hæc (*n*) refert: *Quadam vice, nescio, qua tædii impetigine actus, libros duodecim Carolidos, quos magno studio & temporis impendio ad Virgilianæ Æneidos similitudinem de Caroli V. Imperatoris vita rebusque gestis heroico carmine absolverat, subitariis ignibus combussit, cujus egregiæ lucubrationis præter unum quaternionem ab alio descriptum nihil dum, quod restet, potui comperire.* Nominari heic quoque meretur GREGORIUS LETI, si quis alius, inter recentioris ævi polygraphos suo jure ponendus, quippe qui iconi suæ hoc subjicere poterat distichon:

Hæc Leti facies, quot sæclum continet annos,
Quem solum dicas tot peperisse libros.

Plura

(*n*) In Annalibus Monast. Zwifaltens. Part. II. p. 272.

Plura tamen ſcripſiſſe, quam edidiſſe teſtatur catalogus operum anno, antequam ex illius manibus calamum mors extorqueret, ab ipſo confectus, in quo lucubrationes ſuas in tres diſpeſcit claſſes, quarum prima continet eas, quæ ad annum MDCC. typis jam excuſæ erant, ſecunda ad prælum tum paratas, tertia vero poſt obitum demum Imprimendas, vel etiam Vulcano conſecrandas (*o*). Horum agmen claudat BENEDICTUS SPINOZA, qui maximam Veteris Teſtamenti partem ex Hebræo in Belgicum ſermonem a ſe converſam paucis ante ſuprema fata diebus, forte non immerito, (vix enim dubitandum eſt, eum illam translationem ſuo infeciſſe veneno) in fauillas redegit, notante id Jacobo le Long in Bibliotheca S. Part. I. f. 414. edit. recentiſſ. Pariſ.

§. XXXII.

Alii inſuper ſcripta ſua combuſta voluere, pœnitentia eorum ducti, quæ in illis tradiderant. Sic CLEMENS V. P. M, moribundus Conſtitutiones, ab ipſo Clementinas

(*o*) vid. Hamburg. Biblioth. Hiſtoric. Centur. VI. p. 141.

mentinas nuncupatas, rejecisse, cremarique jussisse dicitur (*p*) nihil in iis quam laqueos & retia contineri professus, quos tamen Joannes XXII. ejus successor firmas ac ratas haberi mandavit. BONIFACIUS quoque II. cum Clerum adegisset, ut se adhuc vivente Vigilium Diaconum sibi successorem daret, conscripta in eum finem constitutione, singulorumque chirographo munita, tandem, quod hæc canonibus adversari videret, animum mutans, ipsam in præsentia omnium sacerdotum & senatus incendio, consumsit (*q*), egregiò scilicet pontificiæ infallibilitatis, quam tantopere jactant, documento.

§. XXXIII.

NONNUS PANOPOLITANUS Dionysiacorum libros, a se adhuc gentili, ut Guil. Cave videtur (*r*), scriptos, ipse damnavit, & quotquot eorum exempla nancisci potuit, fecit favillas, studiumque deinde suum ad divina convertens, Joannis Evan-

(*p*) Vid. Jo. Nauclerus in Chron. Part. II. f. 246.

(*q*) Vid. Jac. Gretser. de jure & more prohibendi libros malos. Lib. I. Cap. XIV. p. 79.

(*r*) In Histor. Litt. Script. Eccles. Part. I. f. 213.

Evangelium metrica paraphrasi illustravit (s) B. etiam LUTHERUM nostrum, ut suorum quædam flammis perirent, in votis habuisse, ex ipsis ejus verbis (t) compertum habeo, quæ heic recitare non piget; *Velim, nolem, cogor indies eruditior fieri, tot tantisque magistris certatim me urgentibus & exercentibus. De indulgentiis ante duos annos scripsi, sed sic ut me nunc mirum in modum pæniteat editi libelli. Herebam enim id temporis magna quadam superstitione Rom. tyrannidis, unde & indulgentias non penitus rejiciendas esse censebam, quas tanto hominum consensu cernebam comprobari, nec mirum, quia solus tum volvebam hoc saxum. At postea beneficio Sylvestri & fratrum adjutus, qui strenue illas tutati sunt, intellexi eas aliud non esse, quam meras adulatorum Romanorum imposturas, quibus & fidem Dei & pecunias hominum perderent. Atque utinam a Bibliopolis queam impetrare, ut universos libellos meos de indulgentiis exurant, & pro omnibus quæ de eis scripsi hanc propositionem apprehendant: Indulgentiæ sunt adulatorum Romanorum nequitiæ*

(s) Vid. Theoph. Spizel. de vitiis litteratorum. p. 729. sq. Huc pertinet etiam MARSILIUS FICINUS, de quo vide, si placet, quæ observavimus Tom. I. p. 36. sq.

(t) De captivit. Babylon.

quitiæ. Idem paulo post votum de iis repetit Lutherus quæ antea nimis leniter de papatu scripserat.

§. XXXIV.

Meminisse quoque heic decet CLAUDII SALMASII, cujus uti celebratissima est in omni doctrinæ genere eruditio, ita & mordacitas, rixandi libido, ac summa in alios invehendi licentia nemini ignota esse potest. Tot certe sarcasmis & cavillationibus scripta sua cæteroquin doctissima, conspurcavit, ut vel maledicentissimos hominum longissimo post se intervallo reliquisse videatur. Idem vero morti vicinus, perspiciens haud dubie, quam indignus sit homine Christiano iste conviciandi & detrahendi pruritus, uxori mandavit, ut scripta sua, adversus maximos viros pridem prælo parata, flammis absorbenda traderet, ne si forte in aliorum manus devenirent, erumperent in publicum, & magnorum virorum perderent famam, cum iis gravissimos eorum errores confutasset (*u*): & procul dubio ita quidem, ut simul illos atrocissimorum scom-

(*u*) Vid. Ant. Clementii vitam Salmasii, Lib. I. Epist. ejus præmissam, coll. Spizel. l. c. p. 688. & 729.

scommatum cumulis pro more suo obruerit.

§. XXXV.

Ultimo tandem loco eorum habenda est mentio, qui ab aliis coacti, sua ipsi scripta in cineres verterunt. Huc refero BERENGARIUM, Archidiaconum Andegavensem, qui undecimo a Christi nativitate seculo panem & vinum in Eucharistia non vere & essentialiter, sed figurate tantum in corpus & sanguinem Christi converti statuit, ob eam sententiam in conciliis Romano V. Brionensi, Vercellensi, & Parisiensi I. aliisque hæreseos damnatus: tandem vero minis territus, & metu mortis inductus, in Synodo Turonensi I. dogma suum ejuravit, ac palinodiam cecinit. Sed postmodum ad priorem sententiam rediens, in Concilio Romano IX. eam denuo recantare coactus est. Videtur & deinceps aliquoties mutasse animum; siquidem illum e variis scriptoribus errorem suum de Sacramento quinquies abjurasse, librosque suos in ignem conjecisse memorat Jo. Wolfius (*x*). Parem cum isto fortunam exper-

(*x*) Lectionum memorabil. & reconditarum Centen. XI. f. 288. conf. Guil. Cave Hist. Litt. Script. Eccl. Tom. I. f. 420. & Tom. II. f. 208. sq.

expertus est PETRUS ABÆLARDUS, acutissimus sui ævi philosophus, qui in Synodo Suessionensi II. ob malesanam circa personas SS. Trinitatis sententiam damnatus, & librum suum propriis manibus igni tradere ab Episcopis coactus, inque monasterium detrusus fuit, uti in Epistola historica de propriis calamitatibus ipse fusius exponit notante id Guil. Cave (y).

§. XXXVI.

His tertius accedat PAULUS *quidam*, Sacellanus ad D. Petri Lovanii, *qui ob* veritatis evangelicæ professionem Anno MDXLIII. cum aliis piis Deoque dilectis captus, inque vinculis miserrime habitus, ac ob sequentia dogmata hæreseos damnatus est, quod nimirum statuerit, solam fidem salvare, ad salutem consequendam sufficere, ut remissionem peccatorum credamus, & Dei misericordiam, in Evangelio oblatam, complectamur, humanas traditiones conscientiam non obligare; quod præterea liberum arbitrium, purgatorium, & Ma-

(y) l. c. Tom. II. f. 237. conf. Vitam Abelardi in Illustr. Christ. Thomasii Historia Sapientiæ & Stultitiæ. Tom. I. p. 81.

& Mariæ sanctorumque invocationem impugnaverit. Is tandem a teterrimis divinæ veritatis persecutoribus cum blandimentis & vanis promissionibus, tum dirissimis comminationibus & horrendæ mortis, sibi certissime imminentis, metu eo compulsus fuit, ut purioris religionis dogmata rejecerit, librosque suos tam typis excusos quam manu exaratos calidis focis cremandos ipse dederit, nihilominus postea perpetuis tenebris & æterno carceri inclusus, ac pane duntaxat & aqua ad mortem usque pastus atque potatus: quam rem omnem prolixius enarrat D. Ludovicus Rabus nostras, magni olim nominis & multorum in Dei Ecclesiam meritorum Theologus (z).

§. XXXVII.

Miseranda M. T. CICERONIS, Romanæ eloquentiæ parentis, fata vel trivialibus pueris cognitissima sunt. Eum M. Annæus Seneca Rhetor (a) inducit deliberantem, an scripta sua comburat, promittente Antonio incolumitatem, si fecisset, in me-

(z) In Martyrologio suo, vernaculo sermone Argentor. A. 1572. vulgato, Tom. II. f. 623. sqq.
(a) In Suasoria VII.

dium consulentibus Q. Haterio, Cestio Pio, P. Asprenato, Pompejo Silone, Triario, Argentario, Aurelioque Fusco, sed omnibus & singulis uno animo, diversis autem rationibus exustionem maxime dissuadentibus. E quibus Haterius Tullium inter cætera sic alloquitur: *Crudelior est pactio Antonii, quam proscriptio. Ingenium erat, in quod nihil juris haberent triumviralia arma. Commentus est Antonius, quemadmodum, quod non poterat cum Cicerone proscribere, tolleret per Ciceronem. Hortarer te, Cicero, ut vitam magni æstimares, si libertas suum in civitate haberet locum, si suum in libertate eloquentia, si non civium cervicibus luderetur &c.* Cestius vero Pius: *Nunquid opinio me fefellit? intellexit Antonius, salvis eloquentiæ monumentis non posse Ciceronem mori. Ad pactionem vocaris: qua pactione melior in te pars tui petitur &c.* P. Asprenatus: *Permitte te populo Romano contra Antonium. Si scripta combusseris, Antonius paucos annos tibi promittit; at si non combusseris, populus Romanus omnes.* Argentarius: *Ut corpus, quod fragile & caducum est, servetur, pereat ingenium, quod æternum est?* Ego *mirabar, si non supplicio crudelior esset Antonii venia. — Qualis est* pactio

pactio? Aufertur Ciceroni ingenium sine vita: promittuntur oblivione nominis tui pauci servitutis anni. Non ille vivere vult, sed facere ingenii tui superstitem. — Pati poteris, ut, quod in te optimum habes, ante te efferas? sine durare post te ingenium tuum, perpetuam Antonii proscriptionem. Aurelius denique Fuscus: *Quoad humanum genus incolume manserit, quamdiu usus litteris, honor summæ eloquentiæ pretium erit: quamdiu Reip. nostræ aut fortuna steterit, aut memoria duraverit, admirabile posteris vigebit ingenium, & uno proscriptus sæculo proscribes Antonium omnibus. Crede mihi, vilissima pars tui est, quæ tibi vel eripi, vel donari potest. Ille verus est Cicero; quem proscribi Antonius non putat nisi a Cicerone posse &c.*

§. XXXVIII.

Postremo de HELIODORO Triccæ Thessaliæ oppidi quondam Episcopo, nonnihil dicendum restat, cujus Æthiopicorum libros decem, castissimos Theagenis & Charicleæ amores describentes, eloquentia copiosa, eleganti, dulci atque miranda refertos hodienum habemus. De quo opere provincialis olim Synodus, si

Nicephoro Callisto (*b*) fides habenda, nimis severe decrevit, ut illud auctor aut igne aboleret ipse, quod juvenis composuerat, aut episcopatu abiret, quod & maluisse fertur Heliodorus, quam flammis in perennaturum excellentis sui ingenii monumentum sævire. Sed non desunt, qui istud decretum in dubium vocant, atque Nicephori credulitati adscribunt, a quorum partibus stare haud veritus est Illustr. Petrus Daniel Huetius, Galliæ suæ, dum viveret, ornamentum, cujus verba (*c*) huc transferre liceat: *Heliodorus in operis dispositione, ut in cæteris Jamblichum longe superavit. Nihil hactenus tam perfectum ingenio, tam elaboratum industria in arte Romanensi, quam Theagenis & Charicleæ casus quisquam unquam viderat. Nihil eorum amoribus castius est. Qua in re præter religionem Christianam, quam autor profitebatur, sua ipsi virtus hoc honestatis, quæ in toto elucet,*

(*b*) Lib. XII. Histor. Eccles. Histor. 34.

(*c*) Ex Libro de origine fabularum Romanensium, à Guil. Pyrrhone Latine converso, p. 36. edit. Lips. A. 1683. Legi etiam omnino meretur Mart. Crusii judicium de Heliodoro, cum aliis editioni Æthiopicorum Francof. a Dan. Pareo A. 1631. in 8. curatæ præmissum.

cet, opere, lumen afflasse videtur. In quo sane non solum Jamblichi, sed omnes fere antiqui, quorum fabulæ Romanenses ad nos venere, debent ipsi cedere principatum. Itaque ad Episcopi dignitatem suæ virtutis gradibus evectus fuisse memoratur. Tricca Thessaliæ urbs est, cujus ille creatus Antistes, hanc, uti refert Socrates, introduxit consuetudinem, ut viri ecclesiastici, qui non abstinebant a mulieribus, quas, antequam rei sacræ ministeriis admoverentur, duxerant, suis sacerdotiis exuerentur. Quæ omnia eo me facile reducunt, ut diffidam iis maxime, quæ addit Nicephorus, scriptor credulus, sapientiæ & fidei non satis spectatæ, Synodum scilicet provincialem cognito periculo, in quod lectio fabulæ hujus, cui autoris sui dignitas tantum ponderis & autoritatis dabat, juvenes suapte natura ad id propensos & quasi nutantes impelleret, eam ipsi conditionem obtulisse, ut aut opus suum flammis aboleret, aut sua dignitate cederet: eumque quod, ultimum erat, prætulisse &c.

§. XXXIX.

Dici heic quædam non incommode posset de libris in incendio (*d*) servatis, sed

(*d*) De hujus notæ Libris vid. *zufällige Relationen*

sed eam rem aliorum industriæ relinquere malo. Utatur per me de iis suo quilibet judicio: hoc mihi pro explorato est, divinam veritatem haud novorum indigere miraculorum testimonio, verum insita sua virtute, suo robore se fortiter tueri, tot jam olim miris, tot martyrum mortibus & sanguinum rivis abunde illustratam. Haud tamen prorsus negaverim, esse in iis nonnulla, penitiori attentione digna, ac omnipotentem & mirabilem providi Numinis manum specialius testantia, quanquam non omnia, quæ venditantur, eodem habenda sint loco. Sufficiat mihi, B. SPENERI modestum de suo Catechismo in flammis An. 1689. servato judicium (*e*) heic protulisse: *Literæ Misenensis præfecti de Catechismo e flammis Arnsdorffiensis incendii prosiliente & servato hic mihi etiam ostensæ sunt. Me quia res concernit, ab inquirenda ea manus magis abstineo, ne mentis alicui vanitati id tri-*

nen von alten und neuen Denckwürdigen Geschichten, Urkunden, Documenten, &c. die Kirchen, Policey- und Schul- Historie sonderlich in Ober-Teutschland betreffend. Part. VI. p. 535. sqq. add. Lomejer. de Bibliothecis C. XIII. p. 261. & Vener. Pregizeri *Gottgeheyligte Poësie auf* 1726. p. 424.

(*e*) In Consiliis & Responsis Latinis. Part. III. p. 679.

id tribuatur. Miraculis vel si quid Deus nostro etiam tempore ultra naturæ leges fieri jubeat, fidem derogare nolo, nec tamen etiam temere de iis, quæ venditantur, nisi extra omnem dubitationis aleam sint posita, pronunciare audeo. Si vero quid in hac etiam re contigerit extra cōmunem ordinem, saltem non mihi sed veritati in isto libro comprehensæ tribuendum fuerit. Circa Arndii Ἰȣ ἐν ἁγίοις libellum ter simile quid contigisse certum est. Nos vero celebremus Dominum, in omnibus, in quibus aliqua suæ bonitatis vel potentiæ quocunque modo edit documenta, quod officii nostri omnino est.

§. XL.

Jam ad metam festinat hæc scriptiuncula, quam elegantissimi Ægidii Menagii (*f*) judicio obsignare non incongruum erit. Is si omnes veterum libri flammis forent immissi, nullum se lubentius avidiusque inde extracturum esse asseruit, quam Plutarchum. *Si tous les Livres des Anciens*

 étoient

(*f*) Vid. Menagian. Tom. III. p. 1. Ita etiam Theodorum Gazam interrogatum, quemnam ex omnium scriptorum numero salvum vellet, si ceteris omnibus esset carendum? PLUTARCHUM, respondisse, Guil. Xylander in Vita Plutarchi Opp. ejus T. I. præfixa observat.

étoient dans le feu, il n'y en a gueres que j'en tirasse plus volontiers, que Plutarque. Il ne m'a jamais ennuié; & quoi que je le lise souvent, j'y trouve toujours de nouvelles beautés. Addo, quæ idem nonneminem de incondito cujusdam libro acute judicasse refert (*g*): *Le même* (M. de Bautru Prieur des Matras) *pour se defaire d'un Auteur qui apportoit un Ouvrage fort ennuyeux, lui dit en lui montrant le feu, auprès duquel ils étoient tous deux: Monsieur, si vous me croyez vous mettrez cet ouvrage en lumiere, le public vous en sera obligé.* Quibus adjicit Bern. de la Monnoye: *C'est le sens de cette Epigramme d'Owen:*

Edidit indignos in lucem luce libellos
Baldinus, dignos attamen igne libros.

§. XLI.

Hac commentatione ad finem jam perducta & typographo tradita, peropportune adhuc recordatus sum HADRIANI BEVERLANDI, purissimæ impuritatis scriptoris (*h*), inter eos, qui sua ipsi opera ad

(*g*) Vid. Menagian. Tom. II. 359. sq.
(*h*) Ita Petronii fragmenta purissimæ impuritatis dicun-

ad Vulcanum ablegaverunt, minime prætereundi. Suam is eruditionem inquinavit obſcœnis de ſtolatæ virginitatis jure ac peccato originis libris, quos non abs re iis annumeraveris, qui, judice Jeremia Drexelio (*i*), nuſpiam tutiore ſunt loco, quam cum in flamma ſunt. Carcer, mulctæ irrogatio, variæ adverſitates, & ſalubres aliorum admonitiones hominem tandem ad ſaniorem redegere mentem, eoque perduxerunt, ut non ſolum, quæ laſcivius ſcripſerat, ſummopere deteſtatus in cineres verteret, ſed publice etiam palinodiam caneret, in lucem emiſſa de fornicatione cavenda admonitione ſive adhortatione ad pudicitiam & caſtitatem, cum hac præfatione: *Inimicis pacem. Cum libellum meum de P. O. poſt ſexdecim annos forte mihi monſtraret ac prælegeret Germanus, vix exprimere potui, qui fuerim conſternatus, quod ſcripturiens talibus tempeſtatibus olim jactatus eſſem. Damno calorem improvida illius ætatis. Deteſtor adulterinum ſtylum & nequio-*

dicuntur juſto Lipſio in Commentar. ad Taciti Annal. Lib. XVI. p. 437. de quo judicio vid. Menagian. Tom. II. p. 299.

(*i*) In Nicata, ſive triumphata incontinentia L. I. C. V. §. 3. p. 36.

rem sensum. Gratias Deo, quod tandem velamen, quo misere cæcutiebam, ab oculis meis amoverit, nec siverit me diutius huic pertinaciæ patrocinia quærere absurdiora. Idem ille cordium scrutator Deus adeo mihi fuit propitius, eamque mihi mentem dedit, ut omnia, quæ de hoc argumento scripseram, combusserim, & libros de P. V. (Prostibulis veterum) *ad Rectorem M. Academiæ Lugduno-Batavæ transmiserim. Rogo omnes, qui clam, vi, vel precario aliquid a me possident MS. ut istud mihi remittant, ut & ipse quoque tradam Vulcano. Quod si quis negligat, illi omnes imprecor calamitates, quæ maligno & perfido solent contingere. Hoc vestra intererat non ignorare.* Præmissa est libello epistola ad Eduardum Bernardum A. MDCXC. Kal. Febr. data, e qua, hujus potissimum monitu illum resipuisse, apparet. In ejus vero calce hæc leguntur: *Hadrianus Beverlandus supplex orabat in arce Vindesoriensi A. 1693.* Recusus est in Germania A. MDCXCVIII. cum Joannnis Brandii, Gratiani Torrisii, Soc. Jes. Detestatione nefandissimi sceleris Onoonitici gravissima. Rem primo serio egisse existimabatur Beverlandus, sed parum abest, quin ad vomitum tandem rediisse videatur. Anno enim 1699. in Belgium opera quæ-

ra quædam in Belgium miſiſſe dicitur, digna aliis habita, quæ comburerentur. Ita namque de iis Jacobus Bernardus (*k*) : *M. Beverland fameux par des Ouvrages bien differens a envoyé en Hollande, pour être imprimez, ſes Otia Oxonienſia: Notæ in Martialem, Juvenalem &c. Iter ſuum Anglicum. Ceux qui ſe plaiſent dans la littérature trouveront leur compte dans ces Ouvrages : ſi ceux qui les ont reçus ne les ont pas brûlez, comme quelques perſonnes me l'ont aſſuré.* Anno MDCCXII. Londino, in calamitoſo eum verſari ſtatu, nunciabatur, mente videlicet captum obviis quibusque prolixe narrare, vitæ ſuæ inſidias poni, ac ducentos homines conjurationem contra ipſum iniiſſe (*l*).

Quod reliquum eſt, illis, qui ſua ipſi ſcripta, nondum ſatis limata, morti vicini ſubjecta exuſſerunt flamma, adjungimus JO. BAPTISTAM URSATUM, Medicum & Philologum Patavinum, qui Anno MDCCXX.

(*k*) Vid. ejus *Nouvelles de la Republique des Lettres.* A. 1699. M. Octobr. p. 468.

(*l*) Vid. *Neuer Bücher-Saal.* Vol. II. p. 141. de hoc viro conferri etiam meretur Henr. Lud. Benthem *in Holländiſchen Kirch- und Schulen-Staat.* Part. II. Cap. IV. p. 451. ſq. & Tenzel. *in Monatlichen Unterredungen.* A. 1698. p. 845. ſqq.

MDCCXX. d. 11. Jan. denatus, paulo ante obitum dissertationem suam *de Patera antiquorum* igne absumpsit. Iis vero, qui ab aliis coacti, eo supplicii genere lucubrationes suas sustulerunt, adjicimus GOTTESCHALCUM, Fulgentii etiam nomine sæculo a C. N. nono celebrem, qui ob suam de Prædestinatione sententiam in Synodo Moguntina A. DCCCXLVIII. damnatus, atque A. DCCCXLIX. ex sententia Synodi Carisiacensis sacerdotali dignitate privatus, ac ne latius sua dogmata spargeret, apud Altivillarensis Cœnobii Monachos ergastulo inclusus, & juxta ordinis sui regulam durissimis verberibus eo usque castigatus fuit, donec librum, quem adversus Rabanum Maurum, Archiepiscopum Moguntinum, de Prædestinatione scripserat, ipse suis manibus flammis traderet (*m*).



III.

(*m*) Vid. Guil. Cave Histor. litter. Scriptorum Ecclesiast. Part. I. f. 372.

III.

SCHEDIASMA HISTORICO-PHILOSOPHICUM

DE CONVENIENTIA

NUMERORUM PYTHAGORAE

CUM

IDEIS PLATONIS

HARUMQUE EX ILLIS ORIGINE

SUPPLEMENTO HISTORIAE DE IDEIS

INSERVIENS

AB

EJUSDEM HISTORIAE AVCTORE

CONSCRIPTUM.

PRÆ-

PRAEFATIO.

PAucis Te volumus, Lector Benevole, in brevis ſcriptionis limine multis non detinendum. Damus Tibi aliquam ad *Hiſtoriam philoſophicam doctrinæ de ideis* acceſſionem, eamque ad philoſophiæ Græcanicæ naturam atque partes pernoſcendas neceſſariam, prolixiorem ſcilicet explicationem eorum, quæ, origines doctrinæ de ideis ſcrutati, de veſtigiis ejus in Pythagorea philoſophia occurrentibus in initio fere (*a*) diximus. Quanquam enim Plato primus fuit, qui de ideis diſceptationem inſtituit, quippe nondum audita in explicatione principiorum naturalium iſta voce, quanquam primus paulo certius & luculentius iſtam tradidit doctrinam & ex inſtituto de hac re fuit philoſophatus; recte tamen AVGVSTINVS (*b*) Jam monuit, *non ſi hoc nomen, antequam Plato inſtitueret, non erat, ideo res ipſas non fuiſſe, quas ideas vocavit, vel a nullo*

(*a*) Sect. I. §. 2. p. 8. ſqq.
(*b*) Octog. tr. Qq. q. 46. Tom. III. opp. p. 388. Ed. Bas.

lo fuiſſe intellectas, ſed alio fortaſſe atque alio nomine ab aliis nuncupatas fuiſſe. Id quod in primis de Pythagoreis dictum eſſe, olim jam monuimus. (*c*) Penitius itaque ea, quæ de hac ſecta nobis ſuperſunt, monumenta rimati, potiora ibi, quæ Plato de ideis tradidit, deprehendimus, in hoc quoque argumenti genere edocti, Platonem ex ſectæ Italicæ fluentis ſua prata irrigaſſe. Quamvis & hoc quoque negandum non ſit, iſta quibus niti cogimur, monumenta a ſequioris ætatis hominibus potiorem partem eſſe nobis relicta, nec poſſe ex ipſo Pythagora, ejusque genuinis diſcipulis, ut in Platonicæ philoſophiæ hiſtoria fecimus, hujus doctrinæ partes probari: in cujus cauſas accurate quoque inquiſivimus, & obſcuritatem ac difficultates in hac hiſtoriæ philoſophicæ parte planas fecimus, noſtra intereſſe rati, ut, quantum fidei & certitudinis vel probabilitatis hiſtoria philoſophiæ Pythagoreæ habeat, innoteſcat. Nondum igitur nos pœnitet, a Platone certam doctrinæ de ideis hiſtoriæ originem duxiſſe; noſcenda

(*c*) l. c. p. 11.

da tamen & Pythagorea ſunt, ut primas quoque origines & radices inveſtigemus, & quantum nobis licet, hujus philoſophiæ genium pernoſcamus; novo ſimul, quem ſuſcepti laboris noſtri fructum ſperamus nec malevolis contemnendum, ſpecimine docendi, quantum ſit in humanis ingeniis, etiam maximis & ad divinitatem relatis, inane, & quam vere pariter atque pie olim ANTONIVS (*d*) cecinerit:

Percurri, fateor, ſectas, Antonius, omnes
Plurima quæſivi, per ſingula quæque cucurri
Nec tamen inveni melius, quam credere CHRISTO.

Scr. Quart. Cal. Februar. A. S. R. cIↃIↃccXXVII.

ARGV-

(*d*) In V. C. LVD. ANT. MVRATORII *Anecdot.* Tom. *I.* *Mediol.* 1697. 4. *edito.*

ARGVMENTVM.

§. I. Plato multa a veteribus hausit, maxime ex secta Italica. *Aristoteles, Porphyrius, Apulejus testes adducti. Adiit Plato Italiam; quos philosophos audiverit? Ciceronis luculentus locus. §. II. Plato doctrinam de ideis hausit a Pythagora; id monitum in historia de ideis; idem sentientes Cudworthus, Wolfius, Morhofius, Claubergius, Burnetus, & ex veteribus Tertullianus. Calanna notatus. §. III. Doctrina Pythagoræ de numeris obscurissima. Egregia de eo observatio Burneti. Nihil auxilii apud eos, a quibus didicit Arithmeticam: Phœnices Pythagoræ magistri in Arithmeticis; Porphyrii, Aupuleji, Josephi testimonia. Fuit tantum arithmetica vulgaris. Phœnicibus philosophi paucissimi; Moschus, perperam idem cum Mose Huetio. Aegyptiorum philosophia impostura Arithmetica, philosophica Pythagoræ inventum. Stobæus laudatus, Schefferus notatus. Ex Pythagora & discipulis potiora haurienda. §. IV. Circa Pythagoreæ philosophiæ historiam obscuritas & difficultates maximæ & vix superandæ. Prima, quia Pythagoræ & vetustissimorum Pythagoreorum scripta non dantur. Pythagoras an aliquid scripserit? Affirmantes Laërtius, Plinius, Suidas, Proclus; Hieronymus incertus. Ex recentioribus Aldobrandinus, Schefferus. Negantes Plutarchus, Josephus, Lucianus, Aristides, Augustinus, Porphyrius, Claudius Mamertus; ex recentioribus Bessario, Lipsius, Tennulius, Menagius, Burnetus, Balius. In horum sententiam deceditur. Consensus veterum & naturæ Philosophiæ Italicæ in hac re. Plures Pythagoræ inter se confusi. Occasio prima conscribendæ Pythagoricæ philosophiæ. Causa cur Pythagoræ libri adscripti. Discipuli magistri nomen libris præfigentes; Jamblichus illustratus & vindicatus. Plinius in cassum dissentiens. §. V. A Pythagoræ discipulis meliora non expectanda. Libros non scribebant, sed ex memoria docebant. Plutarchus, Jamblichus, Porphyrius testes laudati. Interdum scripta suis tan-*

tum hominibus tradita. Porphyrii & Clementis *Alexandrini de hac re observationes.* Plato *librum* Pythagoricum *nactus.* *Non initiati pervertentes philosophiam* Pythagoream, Porhyrio *auctore.* *Causa cur tam pauca* Pythagoreorum *scripta reliqua.* Recentiores Pythagoram *sæpe non assecuti.* §. *VI.* Philosophiæ Italicæ *habitus & natura nihil certi promittit.* *Methodus arcani, & sacrum silentium* Pythagoreorum. *Symbolis pleraque proposita, ea loco fabularum non feliciori successu adbibita: eorum incertæ explicationes.* Numeri *mera ænigmata.* *Initiatis gradus quatuor.* *Acroamaticam explicationem pollicentibus non fidendum.* *Inventa media inter methodum exsotericam & esotericam.* §. *VII.* Dialectus Dorica a Pythagoreis *amata.* De *causa ejus variæ sententiæ.* Dorica *dialectus antiquissima & numerosissima; eadem obscurior quoque.* Zenonis *cujusdam al* Tiberium *vox.* Dialectus *fuit* Pythagoræ *vernacula, quam deamarunt* Pythagorei. *Res ipsa verbis obscurior.* Numeri *ad rerum principia exponenda inepti.* Aristotelis *sententia &* Burneti. Pythagoras & Plato *physicas rationes in mathematicas convertentes.* §. *VIII.* *In explicandis numeris* Pythagoricis *plerique ad nugas delapsi.* Osii Kircheri & Bungi *conatus.* Conclusio *infertur, nihil in philosophiæ* Pythagoreæ *historia certi afferri posse, pleraque ad conjecturas redire.* §. *IX.* Plato *in* Pythagoræ *castris militasse dicendus.* Vterque *ad enthusiasmum philosophicum pronior.* Veteres *philosophi ad emanationem rerum spiritualium ex Deo quomodo delapsi.* §. *X.* Convenientiæ *numerorum* Pythagoricorum *& idearum* Platonicarum *argumenta.* I. *Idem utriusque doctrinæ ut totius philosophiæ apud utrumque fundamentum,* κοσμογονία *in* ψυχογονίαν *conversa.* Burneti *observatio.* Deus Pythagoræ *quid? quid numeri?* Plutarchi *testimonium.* Quid *unum & diversum apud* Pythagoram? Porphyrius *notatus.* Binarius *numerus materia esse non potest.* Philosophum. *Origenis verba exposita.* Dyas *cum numerus sit, cur caligo dicatur?* Aliena *luce fulgurat; Oracula adducta.* §. *XI.* *Definit II.* Pythagoras

goras numerum, ut Plato ideam. Numeri definitio apud Nicomachum*, & Jamblichum, Hippasi sectatores,* Philolaum *Alexandrum Aphrodisæum*, Porphyrium. *Simplicius & Auctor Theologum. in partes vocati. III. Distinguit* Pythagoras *numeros, ut* Plato *ideas. Numeri divisi in intellectuales & scientificos. Quid numerus intellectualis? quid scientificus vel mathematicus? Quomodo differant unitas & unum? Moderatus & Anonymus apud* Photium *in diversa abeuntes. §. XII. Origo IV. numerorum & idearum eadem, mens divina. Unitas fons numerorum. Oraculorum effatum. Galei emendatio hujus loci: Synesius impie pythagorizans. Monas cur* ὕλη *dicatur? Unitas* Pythagoræ *suo modo materialis, ignis scilicet subtilissimus; materia tamen crassiori opposita, & ideo spiritualis dicta. Testimonia veterum Hermiæ, Macrobii. Unitatis nomina. Cur unitas dicta* ἀῤῥενοθήλυς*? Connubium unitatis & dualitatis. Deus cur gentilibus mas & fœmina? Emanatio substantiarum spiritualium ex Deo. Duplex coæternum principium hic frustra allegatum. V. Numerorum dignitas eadem, quæ idearum. Sunt principia rerum sensibilium. Sextus Empiricus*, Photius, *Simplicius &* Philosophumena *Origenis de hac re. Divinæ naturæ sunt. Jamblichi verba. §. XIII. Numeri ratione hominis cum idois conveniunt. Nam VI. Animà vel mens potius* Phytagora *&* Platone *ex eodem fonte derivata: Is Dei essentia. Quid anima* Pythagoræ*?* Plutarchi, *Laërtii, Ciceronis relationes. Mens & anima sideralis non confundendæ. Mentes quaternione constant. Variant* Pythagorei*, placita sua ipsi non satis intelligentes. VII. Corpus carcer mentis utrique philosopho. Animæ e cælo delapsæ & corpori inclusæ. Laërtius illustratus. Hinc VIII. philosophiæ finis idem utrique liberatio a vinculis corporis. Mors philosophica quid? Jamblichi & Hieroclis explicatio. Finis liberationis cognitio intellectualium, id est, numerorum.* Porphyrii *testimonium. §. XIV. Objectum philosophiæ IX. a Phytagora constitutum numeri, ut a Platone*

tone ideæ. Porphyrius *iterum adductus & expositus.* Numeri *pabulum mentium philosophicarum, ut ideæ.* Numeri *scientifici ad hunc finem consequendum adhibiti: Moderatus* Gaditanus *de ea re. Theologia in numeris. Mathesis* Pythagoræ *reminiscentia, ut Platoni Dialectica. Mens numeros in se habet. Mens omnia videt & audit.* §. *XV.* Finis *philosophiæ ultimus X. de numeris & ideis par utrique* Philosopho *: Deo fieri similem, immo ipsum Deum. Carmen aureum in hanc rem & Hierocles. Empedoclis vox. Sextus Empiricus illustratus. XI. Media eluctandi* Phytagoræ *&* Platoni *eadem.* Exacta *numerorum cognitio* Phytagoræ *summa sapientia. Laertii, Aeliani, Stobæi, Theodoreti loca.* §. *XVI.* Epilogus. Plato *ideas a numeris* Pythagoræ *didicit. Multa in doctrina de numeris obscura nec satis intellecta, clariora expectanda ab aliis.*



DE

DE CONVENIENTIA NUMERORUM PYTHAGORAE CVM IDEIS PLATONIS.

§. I.

QUod in veterum doctrinarum historia attendentibus sæpius observatur, multa dogmata, quæ novitatis speciem præ se ferunt; antiquioribus deberi magistris, radicesque ante ista, quibus tanquam recens nata venduntur, tempora egisse; id de Platone quoque ejusque hypothesibus dicendum est. Etsi enim multa, immo plurima sua esse persuasit discipulis, ex vetustiorum tamen philosophorum scholis hausit pleraque. Imprimis vero sectæ Italicæ scrinia expilavit sedulus, potioremque disciplinæ suæ partem Pythagoricis ornavit spoliis. Quod ut ex ipsa utriusque sectæ doctrinarum collatione & comparatione satis constat, ita nec discipulos Platonis atque asseclas latuit, potuitve negari. Ipse enim ARISTOTELES *Metaphys. l.* I. *c.* 6. monet Platonem coluisse φιλοσοφίαν τὰ πολλὰ τοῖς

Πυθαγορείοις ἀνακολουθοῦσαν, *Philosophiam in multis Pythagoreos sequentem.* Nec minus luculenter PORPHYR. *de vita Pyth. p. m.* 36. edit. Rom. *num.* 59. *pag.* 49. edit. Bat. πρὸς δὲ τούτοις τὸν Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλη, Σπεύσιππόν τε καὶ Ἀριστόξενον καὶ Ξενοκράτην ὡς φάσιν οἱ Πυθαγόρειοι, τὰ μὲν κάρπιμα σφετερίσασθαι διὰ βραχείας ἐπισκευῆς, τὰ δὲ ἐπιπόλαια καὶ ἐλαφρὰ, καὶ ὅσα πρὸς διασκευὴν καὶ χλευασμὸν τοῦ διδασκαλείου ὑπὸ τῶν βασκάνως ὕστερον συκοφαντούντων προβάλλεται, συναγαγεῖν, καὶ ὡς ἴδια τῆς αἱρέσεως καταχεῖσαι. *Accedit etiam, quod plato, Aristoteles & Speusippus item Aristoxenus & Xenocrates, ut Pythagorei affirmant, utilissima quidem pro suis venditarint, pauculis quibusdam immutatis: vulgaria autem ac leviora, & quæcunque ad subvertendam atque irridendam Pythagoreorum scholam ab invidis & calumniatoribus postea excogitata sunt, coacervaverint, & ut sectæ ejus propria reliquerint.* Quorum prius omnino de Platone & coævis philosophis verum est, posterius tamen sequioribus demum temporibus accidit, ut nec ipse diffitetur Porphyrius. Nemo vero candidius APULEJO Platonico, *Florid. c.* 15. *p. m.* 359. edit. Scriv. vel ut in vulgaribus est, *l. II. in fin. Noster Plato nihil ab hac secta,* (Pythagorica)

ca) *vel paulum devius pythagorissat.* Id quod mirum videri non debet, quemadmodum enim Plato præstantiores philosophos literariis itineribus adiit, eorumque latices in sua prata derivavit; ita quoque in Italiam profectus, Philolaum, Eurytum Tarentinum, & seniorem Archytam Timæum quoque audivit, & ex eorum institutione profecit amplissime. Cujus testis est CICERO *Tusc. Qq. l. I.* qui, *Platonem ferunt*, ait, *ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse, & in ea cum alios multos, tum Archytam Timæumque cognovisse, & didicisse Pythagorea omnia; primumque de animarum æternitate non solum sensisse idem, quod Pythagoras, sed rationem etiam attulisse.* Philolaum & Eurytum audivisse refert DIOG. LAERT. *l. III. s.* 6. quem vide, add. CICERO *de finib. l. V.* ubi luculenter: *Nisi enim id faceret, cur Plato Aegyptum peragravit, ut a barbaris Sacerdotibus numeros & cælestia acciperet? cur post Tarentum ad Archytam? cur ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timæum, Acrionem, Locros? ut, cum Socratem expressisset, adjungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque quæ Socrates repudiabat, addisceret.* Paria habet HIERONYMUS *Epistol. ad Paul. libr. II. epist. I.*

quem, ne longiores simus, non exscribimus.

§. II.

Non injuriam itaque facimus Platoni, si, ex parte saltem eum Pythagoræ castra secutum fuisse asseramus: nec male nos agere putandum, si Platonis dogmata in Italicis scholis quæramus. Samiumque senem comparemus cum isto philosopho. Id in præsentia in doctrina de ideis, qua nihil celebrius habuit Platonis Academia, cum dogmate de numeris comparanda, in quibus sapientiæ apicem & mysteriorum suorum summam posuit secta Italica, agemus, eaque fusius probabimus, quæ paucis tantum, & ὡς ἐν παρόδῳ *in Histor. philosoph. doctr. de ideis Sect. I. §. 2. p. 8. seq.* diximus, scholæ Italicæ numeros cum Platonis ideis quam maxime convenire. Licet enim ibi satis probatum dederimus, Platonem primum fuisse, qui ideæ vocem ad ejusmodi substantias intellectuales applicuerit, & de iis ex instituto fuerit philosophatus: certum tamen est, multa in istam doctrinam ex Pythagoricis numeris eum transtulisse, multa debere sectæ Italicæ. Id quod & facta comparatione patebit manifeste, & a viris vete-

rum

rum doctrinarum peritiſſimis jam obſervatum eſt. Ex quibus præter CVDWORTHVM in *Syſtem. intellect.* p. 388. & Vener. JO. CHR. WOLFIVM *in not. ad Origen. philoſophum.* p. 31. DAN. GEOR. MORHOFIVS *Polyh. liter. T. II. l. I. cap.* 2. §. 4. p. 13. quem locum tamen Wolfius ex Mſc. laudat, non inconcinne: *Ego quod ad numeros attinet, exiſtimo, Pythagoram illis uſum fuiſſe, ut ideis ſuis Platonem, formis Ariſtotelem, lineolis ſuis Chinenſes. Res enim eodem recidit, an verbo quodam rationali, an ſignis exprimantur rerum differentiæ, ad conceptum enim mentis omnia referuntur.* Eadem non affirmat ſolum, ſed confirmat etiam accurate, ut ſolet, acutiſſimus philoſophus JOAN. CLAVBERGIVS peculiari epiſtola ad SAM. TENNVLIUM, data, quam hic *notis ad Jambl. introd. in Arith. Nicomachi* p. 177. *ſeq.* inſeruit, quæ cum longior ſit, quam ut hic locum capeat, lectorem ad eum remittimus. THOMAS BVRNETVS vero, vir in perſpiciendis veterum hypotheſibus feliciſſimus, in *Archeolog. philoſoph. l. I. c.* 11. p. 428. *ſeq.* totus in eo eſt, ut demonſtret, *aut per numeros intelligendas eſſe cauſas exemplares, imagines quasdam rerum e ſuis cauſis orientium,*

aut nullam numerorum eos vel diversam plane a nobis habuisse ideam. Imo nec recentiores tantum in eam sententiam descenderunt, verum etiam ex veteribus TERTVLLIANVS Pythagoræ numeros cum Platonis ideis conjunxit, ita enim *de anima c.* 32. *Ceterum si atomos Epicuri tenerem, & numeros Pythagoræ viderem, & ideas Platonis offenderem, & entelechias Aristotelis occuparem, invenirem forte his quoque speciebus animalia, quæ nomine contrarietatis opponerem.* Ex his ea dijudicari possunt, quæ PETR. CALANNA in *philosophia seniorum p.* 68. excerpente V. C. JO. HENR. A SEELEN. *select. liter. p.* 707. hac de re affert. *Quid aliud*, ait, *idea est, nisi exemplar, meta & mensura rei faciendæ? Pythagoras, ut ab eo exordiamur, & Pythagorei omnes numeros abstractos, non tamen arithmeticos posuerunt in Deo, quos ideas rerum faciendarum vocitabant, & in res physicas immutari arbitrati sunt. Plato, Pythagoram secutus, ita corrigit: Non permutari quia perpetuæ sint, sed immutari.* Quæ an omnia ad Platonis mentem dicta sint, facile dispicere est, si ea conferamus, quæ in *Hist. de ideis Sect. I.* §. 3. *sqq.* prolixe adducta sunt.

§. III.

§. III.

Transtulit itaque suo modo numeros in scholam suam ex Pythagoræ secta Plato, nec contemnendam faciemus ad historiam doctrinæ de ideis accessionem, si, quæ Pythagoras hac de re docuit, imitatus est Plato, expendamus. Verum enim vero hic labor hoc opus est, tantaque hoc negotium circumseptum difficultate, & rerum pariter atque verborum obscuritate, ut vix invenias, ubi pedem figas. Recte enim & ex vero Itt. BVRNET. *l. c. p.* 426. monet: *Pythagoram in physiologia universi explicanda rejectis fabulis numeros substituisse, non feliciori exitu. Evanuisse enim paulatim istas rerum umbras, & fugisse sensus nostros. Quis*, pergit, *unquam sapientior evasit ex numeris Pythagoricis? aut veritatem sibi antea ignotam exinde didicit? Certe quas mihi contigit hactenus, aut apud veteres aut recentiores numerorum Pythagoricorum interpretationes inspicere, notitias vulgares exhibent, quales aliunde facile esset addiscere, aut tenues argutias de rerum principiis absque fundamento, & sine fructu.* Nec aliunde illis lucem accendere, vel auxilii quicquam ab eis petere licet, a quibus arithmeticam

hausisse

hausisse dicitur Pythagoras. Didicit quidem eam philosophus a Phœnicibus, quos disciplinæ causa adierat, quosque περὶ ἀριθμούς τε καὶ λογισμοὺς ἐπιμεληθῆναι, *numerorum & proportionum studiosissimos*, eamque ob causam a Pythagora salutatos fuisse ait PORPHYR. *de vita Pyth. p. m.* 4. edit. Batav. *p.* 8. *n.* 6. teste, quem laudat, LYCO *l. IV. Histor.* immo, si Josepho apud VOSSIVM *de scient. mathem. c.* 8. fides est ab Aegyptiis quoque arithmeticam didicit, in quo adstipulantem sibi habet APVLEIVM *florid. c.* 15. *p. m.* 358. *in Aegypto a sacerdotibus in ceremoniarum credendas potentias, numerorum admirandas vices, Geometriæ solertissimas formulas didicisse Pythagoram*, asserentem; conf. JO. SCHEFFERVS *de nat. & constit. Phl. Ital. c. V. p.* 21. *seqq.* quos porro laudat; impetrare tamen a nobis non possumus ut credamus, ipsam philosophiam de principiis universalibus, quam sub Symbolis numerorum proposuit Samius philosophus, eum didicisse a Phœnicibus & Aegyptiis sub schemate numerorum. Phœnices enim, qui mercaturæ causa totum fere terrarum orbem circumivere, ut erudite & prolixe probavit SAM. BOCHART. *Geograph. S. l. II. c.* 2. *seqq. p. m.* 367. *seqq.*

arith-

arithmeticam tantum vulgarem excoluerunt, & præter aſtronomiam ad dirigenda navium itinera neceſſariam de philoſophicis doctrinis pauca delibarunt, ſi unum alterumve, licet & hos dubiæ fidei, exceperis, inter quos Moſchus fuiſſe dicitur, quem non ſolum eundem cum Moſe facit, ſed & ejus ſucceſſores Pythagoræ præceptores fuiſſe contendit PETR. DAN. HVETIVS. *Demonſtrat. Evang. Prop. IV. §. 8. p. 53.* invitis veterum teſtimoniis, id quod ante eum in Arcerio reprehendit SCHEFFERVS, *l. c. p.* 20. Aegyptiorum vero philoſophia, quantacunque etiam fuerit ejus celebritas, impoſtura magis fuit, quam ſapientia, exceptis iis diſciplinis, quas ad humanam utilitatem & commoditatem referebant, qualis fuit geometria; ſymbolorumque atque imaginum hieroglyphicarum umbris inanem tegebat loquacitatem, vanaque hominum otioſorum & ad decipiendum vulgus natorum factorumque ſomnia: unde nihil minus quam profunda veterum, ſi quæ modo fuit, phyſiologia ab iis diſci potuit ſi pauca ea exceperis quæ ex Hebræorum traditionibus in Aegypto erant reſidua. Rem alibi ſatis jam ab aliis probatam & facile probandam, quia limites

noſtros

nostros excedit, multis non confirmamus, conferendus tamen accuratissimus HEVMANNVS *Act. philos. T. I. p.* 229. 634. *seqq.* & imprimis magnus CONRINGIVS *de Hermet. Ægypt. medicina c. XII. p. m.* 119. *seqq.* qui per omnes sapientiæ partes eundo, quam tenuis earum fuerit eruditio, præsertim in rebus ad philosophiam spectantibus, luculenter satis demonstrat, ipse omnino consulendus. Quicquid igitur de numeris didicit Pythagoras, id ad numerorum rationes mathematicas, non ad physiologiæ principia & demonstrationes, sive, ut Pythagorico loquendi more utamur, numeros intellectuales referendum est, quas numerorum rationes Symbolicas ipse denique Pythagoras, ex more Orientis ad principia philosophica primus adhibuit. Quod non obscure confirmat STOBAEVS Ecl. physic. c. 2. quando ita: τὴν περὶ τοὺς ἀριθμοὺς πραγματείαν μάλιστα πάντων τιμῆσαι δοκεῖ Πυθαγόρας, καὶ προάγειν εἰς τὸ πρόσθεν ἀπαγαγὼν ἀπὸ τῆς τῶν ἐμπόρων χρείας, πάντα τὰ πράγματα ἀπεικάζων τοῖς ἀριθμοῖς· Αἰγύπτιοι δὲ Ἑρμοῦ φησὶν εὕρημα, ὅν καλοῦσι θώθ. *Numerorum disciplinam maximi videtur fecisse Pythagoras, & in medium a mercatorum usu abductam protulisse, rebus omnibus cum numeris com-*

comparatis. Aegyptii vero Mercurii, quem Thoth vocant, hoc inventum statuunt. Ubi merito miramur, virum cetera accuratissimum JO. SCHEFFERVM *l. c. p.* 22. hæc posteriora de arithmetica philosophica intelligere, cum, nisi me omnia fallant, satis clare dicant, mercatorum, id est, vulgaris arithmeticæ inventorem fuisse Mercurium, Pythagoram vero eam demum ad rerum naturam explicandam transtulisse. Hinc nulla fuit necessitas viro laudato, in citato Apuleji loco pro *vices* numerorum, *vires*, invitis msc. & re ipsa, legendi; nam quemadmodum numeris vires nullæ sunt, ita alia mens non erat Apulejo, nisi hæc, varias computandi rationes & proportiones, id est vicissitudines, ut ita dicam, didicisse ab Aegyptiis Pythagoram, de numeris philosophicis certe nihil apud Madaurensem, sed de mathematicis, quibus geometriæ præcepta junguntur? quemadmodum nec tota ista distinctio inter arithmeticam vulgarem & philosophicam ad Phœnices & Aegyptios quadrat. Quæ cum ita sint, ex Phœnicum & ægyptiorum philosophia, ejusque historia, quæ quidem in se quoque obscurissima est, nihil nobis enascitur auxilii unde rem obscuram intelligamus felicius, quin potius,

potius, cum Pythagoras auctor numerorum, non vulgarium, sed philosophicorum recte habeatur, quæ sententia veteribus quoque quibusdam placuit, apud MEURSIUM *de denar. Pythag. c. 1. p. 6.* ex ipso Pythagora ejusque sectatoribus harum rerum haurienda est cognitio.

§. IV.

Sed progressum ad Pythagoram ipsum, quique eum sectati sunt, facturis, non minus impeditum iter se offert, nec minores difficultates, incertitudo & obscuritas haud facile dispellenda; adeo ut ad omnia accurate attendenti rerumque momenta pensitanti idem pronunciandum sit, quod de Platonis incertitudine & obscuritate in *Histor. de ideis sect. 1. §. 3. p. 19.* asseruimus & probavimus, *vix certi perspicuique quid afferri posse, cunctaque ad conjecturas redire.* Cujus causæ variæ sunt, illis, quas de Platone attulimus, fere similes, immo, si rem recte æstimes, plures majorisque momenti. Inter potiores vero ea referenda est, quod non tantum ipse Pythagoras nihil nobis scriptum reliquit, sed & potiorum Pythagoreorum scripta temporis injuria, immo aliarum quoque sectarum invidia interciderint.

Quod

Quod ad illud attinet, videmus quidem, multum super hac quæstione ambigere viros doctissimos tum veteres tum recentiores, an Pythagoras ipse aliquid scripserit, scriptumve reliquerit? Inter veteres in affirmantem sententiam propendent inprimis LAERTIVS *l. VIII. f.* 6. qui satis confidenter: ἔνιοι Πυθαγόραν μηδὲ ἓν καταλιπεῖν σύγγραμμα φασὶ, διαπαίζουσι, *quidem Pythagoram nihil scripsisse tradunt, sed nugantur,* mox vero ad Heracliti physici verba provocat, eumque tria volumina scripsisse ait, *de institutione, de civilitate, de natura.* PLINIVS quoque *in historia naturali* passim ad Pythagoræ libros provocat, vid. *l. IX. c.* 9. *l. XXV. c.* 3. ubi expresse dicit, *Pythagoram primum volumen de herbarum effectu composuisse*, hinc videas apud Laërtium, Suidam & alios Pythagoræ scripta enarrari, vid. omn. STANLEIVS *Hist. philos. P. VIII. c.* 22. *p.* 698. *seq.* adde PROCLVM *l. III. in Tim. Plat.* HIERONYMVS vero in *apolog. adv. Rufinum* satis dubitanter loquitur. Inter recentiores præter ALDOBRANDIN. *ad l. c. Laert.* JO. SHEFFERVS quoque *de nat. & constit. philos. Ital. c. XIII. pag.* 131. huic sententiæ adhæret, verbis JAMBLICHI *de vit. Pyth. c.* 19.

n. 90. *pag.* 75. ductus, ubi de Abaride: Τὸ περὶ φύσεως σύγγραμμα καὶ ἄλλο τὸ περὶ θεῶν αὐτὸν ἀνεδίδαξεν, *edocuit eum scriptum suum, de natura, itemque aliud de Diis*, præeunte Clar. JCto CONR. RITTERSH. *ad h. l. p.* 85. edit. Batav. qui potiora hujus sententiæ argumenta erudite explicat. Sed contraria quoque sententia non minores nacta patronos est. Inter quos PLVTARCHVS *de fortit. Alex. p.* 329. luculenter: Καίτοιγε Πυθαγόρας ἔγραψεν οὐδὲν, οὐδὲ Σωκράτης, οὐδὲ Ἀρκεσίλαος, οὐδὲ Καρνεάδης, οἱ δοκιμώτατοι τῶν φιλοσόφων. *Pythagoras nihil quicquam scripsit, neque Socrates, neque Arcesilaus, neque Carneades, philosophorum spectatissimi.* Sic JOSEPHVS quoque *l. II. contra Appion.* suo jam tempore *nullum ejus scriptum firmiter receptum esse* notat, αὐτοῦ μὲν οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα. His addimus LVCIANVM, qui *de lapsu in salutatione T. I. pag.* 497. ὁ μένγε θεσπέσιος Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, *quanquam divinus ille Pythagoras ipse nihil proprium suorum nobis relinquere voluerit.* Pariter PORPHYR. *de vita Pyth. p. m.* 40. *ed. Bat. n.* 57. *p.* 52. οὐδὲ γὰρ τοῦ Πυθαγόρου σύγγραμμα ἦν, *nullum enim Pythagoræ scrpitum extabat.* His add. ARISTID. *Orat. II. pro Rhet. T. III.*

p. 495.

p. 495. AVGVSTIN. *Con. Ev. l. I. cap.* 7. CLAVD. MAMERT. *l. II. de statu animæ c.* 3. aliosque passim nominatos, quorum verba, ne plus justo longiores simus, consulto prætermittimus. Ex recentioribus vid. BESSARIO *Cardin. contra calumn. Plat. l. I. c.* 2. JVST. LIPSIVS. *Introd. in philosoph. Stoic. l. I. diss.* 6. *pag. m.* 36. *seq.* SAM. TENNVL. *ad Jamblichi Introd. in Nicomach. Arithm. p.* 72. *seqq.* AEGID. MENAG. *ad Laert. l. VIII. ſ.* 6. *T. II. p.* 350. *ed.* Wetsten. TH. BVRNET. *archeol. philos. l. I. c.* 13. *p.* 423. & qui inprimis nominandus erat, accuratissimus harum rerum judex P. *BAELIVS. Dict. Crit. T. II. art. Menage p.* 2098. pluresque alii; conf. omnino Cel. FABRICIVS *Bibl. Gr. l. II. cap.* 12. Et profecto si in tanta rerum incertitudine ponderatis utriusque partis argumentis aliquid certi statuendum est, Pythagoram nihil, præsertim quod ad philosophiam pertinet, scripsisse, vero videtur longe similius. Ut enim taceamus consensum veterum longe altera parte majorem, ut taceamus, nomen Pythagoræ pluribus commune, ut videre est apud LAERT. *l. VIII. ſ.* 46. & JONSIVM *de Script. histor. philos. l. IV. p.* 341. *seqq.* errori ansam dare potuisse, quemadmodum philosophum

noſtrum cum alio Pythagora corporum exercitatore qui noſtro coævo, ejusque ſcriptis confundit Porphyrius; ipſa docendi methodus, de qua mox plura, non permiſit Pythagoræ doctrinam ſuam ſcriptis conſignare, ſicque in vulgus eam diſpergendi dare occaſionem. In id enim omnem contulit operam, ut quam maxime occultarentur ſua, unde quicquid etiam extra philoſophiæ cancellos ſcriptum vel notatum habuiſſe quibusdam dicitur, Damoni filiæ moriens commendaſſe fertur, monuiſſeque, ut ſecretum cuſtodiret, quæ etiam parentis juſſis mordicitus inhæſerit. conf. JAMBL. *c.* 28. *n.* 146. *p.* 122. Magis itaque arridet, & veritati longe conformior eſt PORPHYRII relatio, *l. c.* Dicæarcho & accuratioribus, ut ipſe monet, auctoribus nixa, *Pythagora præ mœrore propria manu e vivis ſublato, exuſtisque igne diſcipulis unum alterumve, & in his Lyſidem & Archippum evaſiſſe, qui deficientem cum combuſtis, quam hucusque in pectoribus arcanam reconditamque cuſtodierint, præter quædam intellectu difficilia, quæ exterioris admiſſionis auditores memoria repetebant, ſcientiam, exiguos ſcilicet philoſophiæ igniculos, obſcuros eos admodum & perveſtigatu difficiles conſervavint,*

rint, verentesque ne philosophiæ nomen inter homines interiret penitus, commentaria quædam summatim composuerint, & antiquorum scriptis & eorum, quorum ipsi meminerant, in unum redactis. Quæ certe cum tota Italicæ philosophiæ indole egregie conspirant, & facilem ad argumenta contraria suppeditant responsionem. Nam non ex hoc solum Porphyrii loco paulo obscurius, sed & ex JAMBLICHO *de vit. Pyth. l. I. c.* 29. *num.* 158. *pag.* 133. aperte patet, Pythagoræ discipulos, sua ex magistri mente conscripta, vel quæ ex ejus ore auditu exceperant, more toti Orienti & plerisque philosophorum vetustissimorum discipulis recepto, Pythagoræ inscripsisse, ob eamque causam non suum, sed magistri nomen commentariis suis præfixisse; τὰ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως αὐτοῦ συγγεγράφεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἑαυτὸν ἐπεφήμιζον αὐτὰ, ἀλλὰ εἰς Πυθαγόραν ἀνέφερον αὐτὰ, ὡς ἐκείνου ὄντα. *Quæ ex ore ipsius audita exceperunt, & in literas retulerunt, ea ne pro suis quidem venditarunt, sed retulerunt ad Pythagoram, tanquam quæ ipsius essent.* Manifesta itaque causa & occasio, qua decepti veterum quidam & post eos recentiores Pythagoræ libros assignaverunt, conf. SCHEFFER. *l. c. p.* 132. *seqq.*

qui plura commodabit. Loco vero Jamblichi a Scheffero in contrariam partem adducto, & supra nobis observato alium opponimus ipsius JAMBLICHI *l. I. cap.* 31. *n.* 200. *p.* 165. ab ipso quoque Viro eruditissimo *l. c. p.* 133. citatum: ἐν τοσαύταις γενεαῖς ἐτῶν οὐδαὶς οὐδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περιτετευχέως πρὸς τοῦ φιλολάου ἡλικίας. *Inter tam multa annorum curricula & ætates nihil unquam Pythagoricorum hypomnematum confectum elaboratumque apparet, ante Philolai tempora.* Ille enim Philolaus primus fuit, qui tres libros Pythagoræ nomine insignitos vendidit Dioni centum minis, a quo postea venerunt ad Platonem, ut ipse quoque Jamblichus refert. Nec difficulter quoque uterque Chalcidiensis philosophi locus conciliari potest. Ille enim ad quem Schefferus provocavit, locus non hunc sensum habet, Pythagoram libros de iis & de natura prius conscripsisse, deinde vero docuisse Abaridem, ut a Laertio seductus putat Vir doctissimus; sed Abaridem ea de natura atque diis a Pythagora doctum fuisse & ex ejus ore percepisse, quæ postea, more Pythagoreo, in libros retulit, scriptaque reliquit. Qui quidem ὡς ἐν βραχυτάτοις, *compendiaria via*, vel ut *infra*

n. 93.

n. 93. ait, φυσιολογίαν καὶ θεολογίαν ἐπιτετμημένην, *physicam & theologiam in compendium redactam* a Pythagora didicit, quod vero non de libri quodam, sed methodi compendio intelligendum, innuit enim, omnes disciplinæ suæ ambages ritus & initiationes omisisse Pythagoram, cum Abaridem, diu jam sacrorum arcanis innutritum erudiret. Ceterum non negamus, Jamblicho certum fuisse visum, Pythagoræ quosdam fuisse libros: ait enim *cap.* 29. *n.* 158. *p.* 133. ὁμολογεῖται τὰ μὲν Πυθαγόρου εἶναι τῶν συγγραμμάτων τῶν νῦν φερομένων, *in confesso esse, quædam inter ea scripta, quæ circumferuntur, Pythagoræ esse*, miramur tamen, Jamblichum, quem causa erroris non latuit, ut modo diximus traditioni tot modis sibi contradicenti dare potuisse fidem. Nulli igitur dubitamus cum LIPSIO *l. c.* asserere: *germanum Pythagoræ scriptum nullum fuisse, sed a discipulis sub magno illo nomine quædam divulgata*, quidquid *etiam librorum illi pertinax fama antiquitasve vindicant*, ut PLINIUS vult, *Hist. nat. l. XXIV. c.* 17. nam non solum Pythagoram medicum, de quo LAERT. *l. VIII. s.* 46. cum philosopho confudisse videtur, sed & mox ipse subjicit egregie: *id ipsum auctoritatem voluminibus af-*

fert, si quis alius cura sua opus illo viro dignum judicavit.

§. V.

Quemadmodum vero ab ipso Pythagora in cognoscenda ejus de naturæ mysteriis sententia nulla peti possunt auxilia, ita discipulorum quoque & sectatorum par fere ratio est, paucaque inde subsidia nobis enascentur. Nam magistri more educati sapientiæ suæ mysteria quam maxime occultabant, adeoque a libris conscribendis, quantum licebat, abstinebant, & in discipulorum numerum receptis ex memoria erudiebant. Id quod PLVTARCHI constat testimonio, in *Numa* dicentis: ὡς λογισμῷ φασὶ μηδὲ τοὺς Πυθαγορικοὺς εἰς γραφὴν διατίθεσθαι τὰ συντάγματα, μνήμην δὲ καὶ παίδευσιν αὐτῶν ἄγραφον ἐμποιεῖν τοῖς ἀξίοις, *eadem ductos ratione nec Pythagoreos memorant præcepta sua scripto mandare, sed memoriam & disciplinam eorum instillare vivam.* conf. JAMBLICH. *l. I. c.* 29. unde PORPHYRIO quoque *l. c. p. m.* 40. eorum sapientia audit ἄῤῥητος ἐν τοῖς στήθεσιν φυλαχθεῖσα, *in pectoribus arcano & recondite custodita.* conf. SCHEFFERVS *l. c. c.* 13. *pag.* 130. Quod si vero accideret, quod aliquando accidisse negari non potest, ut literis consignarent

ſignarent magiſtri præcepta, dici non poteſt, quanta diligentia occultaverint præcepta ſua, & cum ſuis tantum ſub ſacramenti religione communicari permiſerint. Quod expreſſe PORPHYRIUS *l. c.* narrat, Lyſidem & Archippum ejusmodi libellos a ſe conſcriptos ἐπισκήψαι υἱοῖς ἢ θυγατράσιν ἢ γυναιξὶ μηδενὶ δοῦναι τῶν ἐκτὸς τῆς οἰκίας, αἱ δὲ μέχρι πολλοῦ χρόνου τοῦτο διετήρησαν, ἐκ διαδοχῆς τὴν αὐτὴν ἐντολὴν διαγγέλλουσαι, *præcepiſſe filiis ac filiabus aut uxoribus, ne cuiquam extra familiam eorum copiam facerent, idque continua quadam ſucceſſione privatim poſteris denunciantes permulto tempore obſervarunt.* Confer locum quem ex CLEM. ALEXANDR. *l. V. Strom.* hic omnino notandum attulimus in *Hiſt. de ideis Sect. I. §. 3. p. 23. ſq.* & quæ JAMBLICH. *de vita Pyth. c. 31. n. 193. ſeqq. p. 160. ſeqq.* de ſilentio eorum, ne mortis quidem & tormentorum metu fracto refert. Pauci itaque immo pauciſſimi libri Pythagoreorum in peregrinas manus venerunt, donec ad Platonem libri Dioni a Philolao venditi pervenirent, vid. A. GELLIVS *Noct. Attic. l. III. c. 17.* LAERT. *l. VIII. ſ. 85.* JAMBLICH. *de vita Pyth. c. 31.* ex quibus TZETZES verſiculos idem teſtantes contexuit, *Chiliad. X.*

Histor. 355. quos repetit MENAGIVS *ad Laert. l. c. p. m.* 389. edit. Wetst. quique apposite ad hunc Pythagoreorum morem:

Ὅρκια γὰρ ἦν δίδυσθαι ταῦτα Πυθαγορείοις,
Ἑτέροις μὴ πωλεῖσθαι δὲ Πυθαγορέων βίβλους.

Jusjurandum enim intercesserat datum iri
libros illos Pythagoreis,
Ceteris autem nunquam vendendos.

Et ex his libris non Timæum tantum his auctoribus exscripsisse Plato dicitur, sed sine dubio ea quoque cum illis junxit, quæ ipse cum Italiam inviseret, ex ore Pythagoreorum didicerat. Inde vero nova exsurgit incertitudinis ratio. In manus enim non initiatorum devoluti libelli cum non intelligerentur, partim corrupti sunt, partim depravati in odium scholæ Italicæ, melioribus observationibus inde surreptis; cujus non Platonem solum sed & Aristotelem, Speusippum, Aristoxenum & Xenocratem accusant Pythagorei, quorum hac de re querelas ex Porphyrio supra §. I. retulimus. Quanta vero hæc secta invidia flagraverit, ut multa specimina docent, ita infelicia Crotoni Tarenti & Metaponti

perpes-

perpessa fata, Porphyrio, Jamblicho aliisque narrata satis loquuntur; conf. SCHEFFERVS *l. c. c. XV. p.* 175. Et hanc quoque causam esse putamus, cur tam pauca, Pythagoreorum scripta habeamus reliqua, ceteris ab ipsis scilicet pariter & ab adversariis suppressis. Philolaum enim, Archytam Tarentinum, Eudoxum & Empedoclem philosophiam Pythagoræ descriptam reliquisse refert Laërtius & post eum alii, vid. Cel. FABRICIVS *l. c.* TH. BVRNET. *Archaeol. philos. c. XI. p.* 430. *seqq.* ut Aristoxenum, Heraclidem, Neanthem, Hermippum aliosque plurimos taceamus. Hi vero omnes desiderantur. Quæ vero posterioris temporis homines Jamblichus, Porphyrius, Proclus & his similes nobis reliquere, ab ista ætate nimis sunt remota, *& in non paucis minime assequuntur veterum Pythagoricorum gravitatem sapientiamque*, judice SCHEFFERO *l. c. p.* 101. quemadmodum justissime in Porphyrio propensionem ad ineptas allegorias, & ὑψεσιολογίας morosas taxat MERIC. CAVSAVBON. *ad Laërt. VIII.* 34. *p. m.* 515. quod vel solum, quem *de antro Nympharum apud Homerum*, scripsit, libellum perlegenti, satis erit perspectum; quicquid alias ab EVNAPIO *in vit. philos.*

p. m.

p. m. 14. *seqq.* & post eum ab aliis elogiorum ab HOLTENIO *diss. de Vita & Script. Porphyrii. c. I. pag.* 10. *sqq.* collectorum in eum congestum est. Et hæc tamen præcipua sunt, si pauca veterum fragmenta hinc inde occurrentia excipias, quibus innitendum sit. Unde quam tenuis & incerta sit Pythagoreæ Philosophiæ historia, cæcus sit oportet, qui non videat.

§. VI.

Sed fingamus, genuinos primorum Pythagoreorum libros nobis superesse, cum toto tamen Italicæ philosophiæ habitu *ita* comparatum est, ut nihil certi inde nobis polliceri queamus. Nam Pythagoram ejusque scholam ex more philosophorum orientalium, imprimis Aepyptiorum sua admodum celasse & sacro silentii sipario involvisse, adeoque quæ proponebantur, obscurissime tradidisse, quis antiquitatis tam ignarus est, ut id nesciat? Quare prolixa probatione merito supersedemus, præsertim cum diligentissimus SCHEFFERVS, libro sæpius laudato variis locis, v. g. *c. X. p.* 52. *seqq. c. XIII. p.* 125. *seqq.* nobis otium fecerit, ubi ea cumulata habes, quæ ad hujus rei probationem dici poterant. Videas

deas itaque obſcuriſſimis Symbolis & ænigmatibus omnia involuta, & tam tecte tradita, ut Oedipo ad ea intelligenda & interpretanda ſit opus: quæ cum loco fabularum a Poëtis adhibitarum uſurpaverit Pythagoras & aſſeclæ, qui τὰ ἀπόῤῥητα καλύπτοντες ἀσαφείᾳ καθάπερ οἱ Ποιηταὶ τοῖς μύθοις, *arcana ſua quæque effari nefas eſt, obſcuritatis latebris, ſic, ut, poëtæ fabulis, involverunt*, ut ait EVNAPIVS in *vita Porphyrii, vit. Sophiſt. p. m.* 14. *Ed. Commelin.* expeditiora & faciliora certe intricatiſſimis fabularum labyrinthis non ſunt, quod vel eo argumento manifeſte conſtat, quod tot tamque diverſas tota Pythagorica philoſophia, imprimis vero Symbola, paſſa ſint interpretationes, paſſim videndas, junctim vero apud STANLEIUM *Hr. Phl. P. VIII. c.* 2. *ſqq. p.* 282. *ſeqq.* & JO. GEORG. PASCHIVM *de variis modis tradendi moralia c. IV. §.* 18. *p.* 408. *ſeqq.* quosque fuſe affert Cel. FABRICIVS *Bibl. Gr. l. II. p.* 457. *ſeqq.* quas merito cum diverſiſſimis inter ſe Poeticarum fabularum expoſitionibus obſcuritate cum Pythagoræ numeris Symbolisque certantium compares, vid. S. R. BVDDEVS, *philoſophus fabularum amator Anal. Hiſtor. Philoſ. diſſ. II. p.* 45. *ſeqq.* & TOVRNEMINE

Memoires

Memoires pour l'histoire de sciences T. VI. p. 83. *seqq.* Et profecto ut ad numerorum doctrinam dicta transferamus, quis nisi ænigmata & griphos putet, quando *Monas* vocatur Proteus, Mnemosyne, Vesta; *Dyas*, Diana, Phanes Erato, pedes fontibus abundantis Idæ; *Trias* Saturnia Latone, Cornucopiæ, Ophion, Thetis, Hecate, Charitia, Polymnia, Pluto, Damatramne, Dioscuria, Curetis, Crateis, Trisamus, *Tetras*, Mercurius, Hercules, Vulcanus, Bacchus, Sorita Eriunius, Socus, Dioscurus, Bassareus; *Pentas*, Turris Jovis, Bubastia Venus, Gamelia, Androgynia, Cytherea, Zonæa, Præses circulorum, & sic reliqui similiter numeri, quæ portenta verborum, ut merito dicere fas est, apud *Scriptorem Theologumen. arithmet. Nicomachum* aliosque occurrunt, diligenter congesta a JO. MEVRSIO in *Denar. Pyth.* ex quibus claram haurire notitiam, aquam est haurire cribro. Et cum sacro silentio omnia condere sacramento se obstrinxerint, ut supra notavimus, omnia scilicet ad sacrorum & mysteriorum rationem & modum adaptantes, ut opportune monet SCHEFFERVS *l. c. c. XI. p.* 86. inde & initiationis gradus constituentes, ut in sacris barba-

rorum

rorum & Græcorum, quatuor, καθαρμὸν, τῆς τελετῆς παράδοσιν ἐποπτείαν, ἀνάθεσιν καὶ στεμμάτων ἐπίθεσιν, vid. ISM. BVLIALD: *ad Theon. p.* 215. *seqq.* quid quæso clari & aperti expectabimus a viris, religione, ne arcana prodant, impeditis. Hæc scilicet illa σύνθετος καὶ θεῖα φιλοσοφία καὶ θεραπεία, *composita illa rerum philosophia & ministerium* est, quam partim ab Orphicis partim a sacerdotibus Aegyptiis partim a Chaldeis & Magis, nonnulla ex initiis, quæ fiunt Eleusine in Imbro, in Samothracia, in Delo, imo apud Celtas & Iberos collegisse & composuisse dicitur Pythagoras, apud JAMBLICH. *de Vit. Pyth. c.* 28. *n.* 151. *p.* 127. *sqq.* Hinc fidendum non est istis ex Pythagoræ sequacibus, qui non exoterice tantum, sed & acraomatice se magistri dogmata expliciturqs promittunt. Notat enim ipse JAMBLICHVS *in protrept. c.* 21. τὸν μὲν ἴδιον ὄντα τρόπον τῆς αἱρέσεως καὶ ἀπόῤῥητον πρὸς τὰς ἄλλας ἀγωγάς· τὸν δὲ δημώδη καὶ κοινὸν πρὸς ἐκείνας, τρίτον δὲ παρ' ἀμφότερα μέσον ἀμιροῖν, οὔτε παντάπασι δημόδη, οὔτε μὲν ἄντικρυς Πυθαγορικὸν ἀλλ' οὐδὲ ἀπηλλάγμενον ὁλοσχερῶς ἑκατέρου. *Modum* (interpretationis) *unum existere, proprium sectæ Pythagoricæ atque arcanum, nec aliis evulgandum; alius vero popularem, & qui*

& qui tradi omnibus communiter queat, tertium denique medium inter utrumque, non plane popularem, nec palam Pythagoricum, sed nec penitus ab utroque remotum. Ex quo loco id manifestum, eos, etiam cum arcanorum darent explicationem, non intrinsecam istam, quam vocabant, sapientiam, sed mediam quandam tradidisse, satisfacturi scilicet hominum, inprimis potentium curiositati, sine religionis violatione, diversumque ab esoterico explicandi genere acroamaticum confingentes.

§. VII.

Ceterum inter causas obscuritatis hæc quoque refertur, quod Pythagoras cum sectatoribus plerisque dialecto usus sit Dorica obscuriore reliquis. Ita enim expressis PORPHYRIVS *de vita Pythag. p. 36. n. 53. p. 49.* ed. Bat. philosophiam Pythagoream fere extinctam fuisse πρῶτον μὲν διὰ τὸ αἰνιγματῶδες· ἔπειτα διὰ τὸ καὶ τὰ γεγραμμένα Δωρίδι γεγράφθαι· ἐχούσης τι καὶ ἀσαφὲς τῆς διαλέκτου· καὶ μηδὲν διὰ τοῦτο ὑπονοεῖσθαι, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς, ἀνιστορούμενα δόγματα, ὡς νοθά καὶ παρηκουσμένα, *primum quidem, quod ænigmatibus involuta esset, deinde quod commentaria ipsorum Dorice essent conscripta: cum & ipsa dialectus*

dialectus nescio quid obscuritatis habeat, atque hanc ob causam nec dogmata ea dialecto consignata intelligi possint, tanquam spuria & male intellecta. Constat scilicet, Pythagoram & Pythagoreos dialectum Doricam omnium optimam censuisse, nec dissentiunt eruditi, quia omnes fere doctores sectæ Italicæ hoc sermonis genere usi sunt, Timæus Locrus, Archytas Tarentinus, & reliqui præter unum Ocellum Lucanum, ut Timæus in Ocellum ab initio testis est. De causa vero, cur lingua Dorica usi sint, diversa inter veteres est opinio. Secundum JAMBLICHUM *c.* 34. *n.* 241. *sqq. p.* 194. *sqq.* enim Doricæ tanquam reliquarum antiquissimæ usus fuit Pythagoreis, secundum Metrodorum vero Dorica ipsis dialectus numerosissima & composita ex claris vocalibusque literis est. Nobis autem proxime vero sentire videtur Porphyrius, ideo Doricum dicendi genus obscurissimis arrisisse philosophis, quia est obscurius & difficilius intellectu. Ita enim apud veteres de eo statutum est, unde zeno quidam sermocinans exquisitius a Tiberio rogatus, quænam molestissima Dialectus esset, Doridem respondit, apud SVETON. in *Tiber.* *c.* 56. Quanquam & hoc non negamus,

ideo Doricam Dialectum placuisse Pythagoræ & sequacibus quod gentis, in qua versabatur Pythagoras, illa dialectus esset, cum suos discipulos hortati sint Pythagorei, teste JAMBLICHO *l. c.* ut lingua quisque vernacula uteretur, quicunque ex Græciæ partibus ad eos accessissent. Erant enim Crotona & Sybaris Achæorum coloniæ, Corinthiorum Syracusæ, quarum utraque fuit origine Dorica, conf. C. RITTERSHUS. *ad l. c. Porphyr. p.* 78. ed. Bat. Quicquid tamen illud est, non tam in verborum structura, quam in rebus ipsis earumque inepta explicatione obscuritatis causam recte quæsiveris. Quicquid enim de numeris traditur, ad nihil minus, quam ad rerum naturalium principia explicanda aptum est, id quod ARISTOTELES jam agnovit, cujus verba *Metaphys. l. XIII. c.* 4. numerorum naturam ideis sive principiis rerum non respondere, attulimus in *Hist. de ideis Sect. I.* §. 2. *p.* 10. Hinc non inviti in sententiam TH. BVRNETI, *Archaeolog. philos. cap. XI. p.* 428. *seq.* pedibus imus, qui egregie de hoc philosophandi genere: *Caret tam fundamento quam ordine hic modus philosophandi: numeri enim sequuntur res rerumque divisionem, neque, si antecederent, aut corpo-*

ribus molem, aut animabus & mentibus cogitationem conferre poterant, cum utrisque destituantur. Manifestum eos numeros præter numeros nihil posse generare, nullam habent ultra vim aut efficaciam. Possunt quidem repræsentare suo modo rerum gradus & genera, sed efficere non possunt, nec vices materiæ explere in rerum effectione; conf. qui Burnetum κατὰ πόδα sequitur JO. GEORG. PASCH. *de var. mod. trad. mor. c. IV. §. 19. p. 410. sqq.* Non negamus quidem, Pythagoram per numeros intellexisse rerum causas, maxime exemplares, licet suo more obscurissime de iis sit locutus: sed & hoc negare neminem posse, qui rebus his judicium interponere novit, certi sumus, *ingenium Pythagoricum & Platonicum hoc vitio laborasse, quod res Physicas in rationes mathematicas numeros & proportiones, resolverint, ut Aristoteles in Logicas*, addo & Methphysicas, quæ verba sunt BVRNETI *l. c. p.* 429. Undeque novis obscuritatis tenebris se involverint.

§. VIII.

Tot tantæque igitur incertitudinis & obscuritatis Historiæ philosophiæ Pythagoreæ cum sint causæ & argumenta, mirum videri debet nemini, quod in explicatione

numerorum Pythagoricorum vel ad portenta ſententiarum hypotheſiumque, vel ad leves & inanes nugas & ingenii incerti tricas delapſi ſint, qui his rebus indagandis operam poſuerunt. Neſcio enim quæ myſteria in numerorum doctrina quærentes, iis, qui antiquitatis præjudicium virili auſu depoſuerunt, egregie deſipuiſſe rectiſſime viſi ſunt. Id quod ſi non de THEODATO OSIO dicendum, qui conſcripſit: *meditationes rythmicas in duas partes diſtinctas, quarum una theoricam altera practicam facultatis ſcientiam per numeros, ſive reſtitutam Pythagoreorum doctrinam pollicetur*, referente HIERON. GHILINI *theatr. degli Huom. letter. p.* 219. quia incertum, num liber unquam lucem viderit; præter ATHAN. KIRCHERUM qui in *Arithmologia de occultis numerorum myſteriis Romæ* 1654. 4. edita, ineptit, PETRO certe BVNGO in libro rarius obvio *de myſteriis numerorum accidit*, in quo merito judicium deſideres, non negante MORHOFIO *Polyhiſt. lit. l. I. c.* 2. *§.* 4. *p.* 15. quique exemplo eſſe poteſt, ad quas nugas & ſeutentiarum portenta otioſa hominum ingenia divertere ſoleant. Hæc cum ita ſe habeant, lubentes fatemur, in hiſtoria doctrinæ Pythagoricæ

ricæ de numeris certi prorſus afferri poſſe nihil, omnemque, quæ poteſt adhiberi, induſtriam ad conjecturas redire, idque pro Pythagoræ ſententia habendum eſſe, quod maxime reddi poſſit, ſi modo poſſit, probabile, ut de Platone quoque alibi pronunciavimus, & hic majori jure pronunciari poſſe exiſtimamus.

§. IX.

Quod ſi tamen aliquid de hac re dicendum, iis quæ Pythagorica de numeris nobis adhuc ex veteribus ſuperſunt, ſaltem pro iſtis venditantur (hoc enim Catone nos contentos eſſe oportet) in incertiſſimo ſententiarum itinere ducibus electis, comparatione quoque inter Pythagoricam de numeris & Platonicam de ideis doctrinam inſtituta, illa nobis probabilitate, in explicando obſcuriſſimo argumento maxime ſe commendat ſententia quæ ſtatuit Pythagoræ numerum idem fuiſſe, quod Platoni ideam, huncque & in iſto quoque dogmate illius vitulo araviſſe admodum. Scilicet utriusque viri ingenium ad enthuſiasmum philoſophicum natura & educatione, immo inſtitutione quoque & diſciplina proclive, in eo admodum elaboraſſe, ut in rerum

ſpiritualium ortum & emanationem a primo ente progreſſumque per varios ordines, rerum item ſenſibilium formas & ſubſtantiarum fontes varie inter ſe connexos inquireret, & characteres rerum eſſentiis proprios aliquo modo exponeret. In eo enim potiſſimum maxima vetuſtatis ingenia ſe exercuerunt, ut rerum omnium origines perveſtigarent, quæ cum ex nihilo nihil fieri tenerent firmiſſime, & corporearum rerum naturam deprehenderent fluxam & quibusvis momentis mutabilem, neceſſario ad emanationem entium ſpiritualium ex ente ſummo tandem delapſa ſunt, variisque ſomniis deluſi palpaverunt: luculento ſpecimine, quanta caligine obſcurentur humanæ mentes, ubi a divinæ revelationis, quæ iſtos nodos apertiſſime ſolvit, lumine primo ſeceſſum fecerunt. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Conferemus itaque utriusque ſententiam, & miram deprehendemus conformitatem, licet, quod ingenue fatemur, omnem numerorum doctrinam, ut ab iſtis hominibus traditur, nec intelligamus ſatis, nec intelligi quoque ſatis poſſe credamus firmiſſime.

§. X.

§. X.

Verum ut in rem præsentem tandem veniamus, audiamus caussas & argumenta, cur Platonis ideas originem suo modo traxisse ex Pythagoræ numeris, & hunc philosophum pari ferme modo intelligendum esse, ut Platonem de ideis differentem, probabili rationum serie ducti credamus. Vbi ad ipsa utriusque philosophi fundamenta & totius philosophiæ Pythagoricæ & Platonicæ systema & ὑπόστασιν provocare ante omnia licet. Quod si enim ea, quæ Pythagoras de rerum principiis docuit, & pro Pythagoreis a veteribus nobis tradita sunt, cum Platonis philosophia conferamus; nullo negotio apparebit, Pythagoram æque ac Platonem ad res abstractas & intellectuales proniores, telluris immo totius systematis mundani physiologiam mundique, præsertim sublunaris, ortum & antiquorum κοσμογονίαν in ψυχογονίαν quandam convertisse. Cujus elegantem rationem affert TH. BVRNETVS *Archaeolog. philosoph. cap. XI. pag.* 424. hic non sine fructu audiendus. *Illi*, inquit, *mundi ortum descripturi sese occupant maxime in explicanda compositione animæ mundanæ, id quod faciunt per rationes quasdam harmonicas, ex individua forma &*

dividua, eodem & altero, ita enim loquntur. Et quoad compagem mundi, corporea ex quibusdam congruentiis corporum Geometricorum terminos, sedes, & intervalla elementorum disponere & adaptare satagunt, & chaos quoddam, sive materiam inordinatam supponunt, eique præficiunt mentem, ut in ordinem formamque mundanam rite adducatur. En breve at accuratum totius physiologiæ Pythagoricæ & Platonicæ compendium, ex quo recte ad veterum mentem intellecto, omnia philosophiæ μεταφυσιζούσης problemata & placita facile expediri possunt. Et de Platone quidem nullum est dubium, cum omnes paginæ scriptorum ejus id loquantur, nec otiose repetemus ea quæ in *Historia de ideis* §. *IV*. *p*. 35. *seqq.* & §. *VI*. *pag*. 87. *seqq.* fuse jam attulimus. De Pythagora vero idem recte dictum esse, non tantum ipsa, quibus usus est, quæque in sequentibus dilucidabimus, principia evincunt, sed & veterum testimonia nos de hac re dubitare non sinunt, testantia, Pythagoram cuncta ad Deum per materiæ partes diffusum, id est, animam mundi ejusque varias modificationes retulisse. Ita enim LACTANT. *de falsa relig. l. I. c.* 5. *Pythagoras ita definivit: quid esset Deus? Animus*

Animus, qui per universas mundi partes omnemque naturam commeans atque diffusus, ex quo omnia, quæ nascuntur, animalia, vitam capiant. Hinc videas ejus diſcipulos de Deo ipſos inhabitante deque divinæ mentis animæque communione multa jactare & præcipere apud JAMBLICH. *de Vit. Pyth. c.* 34. *n.* 240. *p.* 193. quem locum illuſtrabunt ea, quæ *de myſter. Aegypt. l. I.* paſſim præcipue *c.* 6. 7. p. 10. *ſqq.* & TH. GALE *ad h. l. p.* 189. habent. Huic principio ſubnixa reliqua: Deum ex ſe produxiſſe aliquas ſubſtantias ſpirituales partim principiorum inſtar futuras reliquis, partim rebus ſecundum certam harmoniam ordinemque & claſſes rerum formam & ſubſtantiam largituras: quæ ſubſtantiæ ipſiſſimi Pythagoræ numeri ſunt, cum ideis Platonis egregie convenientes. Quod ne gratis dixiſſe videamur, en luculentum PLUTARCHI de plac. philoſ. *l. I. c.* 3. teſtimonium: Πυθαγόρας ἀρχὰς τοὺς ἀριθμοὺς καὶ τὰς συμμετρίας τὰς ἐν τούτοις, ἃς καὶ ἁρμονίας καλεῖ τὰ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετα στοιχεῖα καλούμενά τε γεωμετρικά· πάλιν δὲ τὴν μονάδα, καὶ τὴν ἀόριστον δυάδα ἐν ταῖς ἀρχαῖς. *Pythagoras principia rerum numeros eſſe cenſuit, & eorum ſymmetrias, id eſt accomodatas proportiones,*

& harmonias, id est concentus cohærentiasq; vocat, ex iisque composita elementa, quæ geometrica vocantur. Porro & unitatem, & infinitum binarium inter principia ponit. Ex quo loco evidenter colligimus, ex istis numeris sive principiis reliqua spiritualia traxisse originem. Ea vero cum diversitatem acceperint; non miraberis de uno & diverso, de luce & caligine eum cum asseclis fuisse philosophatum. Vnum enim ens summum, diversum substantiæ spirituales ab eo emanantes & originem trahentes, propria tamen subsistentia gaudentes, ut Platonis quoque ideæ, & hinc appellationem diversi trahentes: illud monas, hæ numeri reliqui, illud lux, hæ quatenus non sunt ex se, sed aliena tantum luce fulgurant, caligo. Hæc indubitatis veterum nituntur testimoniis. Luculenter præ aliis PORPHYR. *de vita Pytb. p.* 33. *n.* 47. *p.* 45. ed. Bat. *οἱ Πυθαγόρειοι μὴ ἰσχύοντες λόγῳ παραδοῦναι τὰ ἀσώματα εἴ δή, καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς, παρεγένοντο ἐπὶ τὴν τῶν ἀριθμῶν δήλωσιν, καὶ οὕτω τὸν μὲν τῆς ἑνότητος λόγον καὶ τόν τῆς ταυτότητος, καὶ τῆς ἰσότητος καὶ τὸ αἴτιον τῆς συμπνοίας καὶ τῆς συμπαθείας καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ὅλων τοῦ κατὰ ταὐτα καὶ ὡσαύτως ἔχοντος ἓν προσηγόρευσαν — — τὸν δὲ τῆς ἑτερότητος καὶ*

ἀνισο-

ἀνισότητος καὶ παντὸς τοῦ μεριστοῦ καὶ ἐν μεταβολῇ καὶ ἄλλο τε ἄλλως ἔχοντος δυοειδῆ λόγον καὶ δύαδα προσηγόρευσαν. *Pythagorei cum incorporeas formas ac prima principia verbis tradere non possent, ad demonstrationem per numeros confugerunt, atque ita unitatis quidem & identitatis atque æqualitatis rationem, causamque amicæ conspirationis atque mutuæ affectionis & conservationis universi secundum idem atque eodem modo se habentis unum appellabant — — diversitatis autem atque inæqualitatis omnisque dividui & in continua mutatione versantis & modo hoc modo illo modo se habentis biformem rationem binarium vocant.* In quibus verbis Porphyrii prius quidem rectiſſime & luculenter ad mentem Pythagoreorum dictum eſt, poſterius non item, cum binarius numerus non fluxa rerum materia ſed principium intellectuale, id eſt ſpirituale ſit & numerus, qui iſtam mutationem non admittat, niſi mutationem intelligas relativam, quatenus ſc. dyas ex monade fluit, generatur, & diverſitatem exiſtentiæ includit. Conf. AVCTOR *philoſophum. Origen. c. II. p.* 39. qui δύο, inquit εἶναι ἀπ' ἀρχῆς τοῖς οὖσιν αἴτια, πατέρα καὶ μητέρα, καὶ πατέρα μὲν φῶς, μητέρα δὲ σκότος, *Duas rebus a primordio cauſas eſſe, patrem videli-*

videlicet & matrem, & patrem quidem lucem, matrem vero caliginem. Quæ verba aut repugnant Pythagoreæ sententiæ (licet & ipse Pythagoras duo coæterna principia statuerit, quæ tamen huc, ubi de principiis intellectualibus & subordinatis sermo est, non pertinent) quia Pythagoras patrem & matrem in una classe constituit, emanationis ex Deo ordinem & classes ostensurus, unde & Deum facit ἀνδρόγυνον; aut, ut modo monuimus, de principiis subordinatis sunt intelligenda, quorum illud, quod emanavit, caligo dicitur, quia non sua sed aliena luce, ut luna, radiat. Quam Pythagoreis mentem esse persuadent ea, quæ in oraculis dicuntur, ubi mox in initio:

Ὅπου πατρικὴ μονάς ἐστι
Ταναή ἐστι μονὰς ἣ δύο γεννᾷ,
Δύας γὰρ παρὰ τῷδε κάθηται καὶ νοεραῖς
ἀστράπτει τομαῖς,
Καὶ κυβερνᾷν τὰ πάντα καὶ τάττειν ἕκαστον ταχθέν·

Vbi paterna unitas est,
Porrecta est unitas, quæ duo generat,
Dyas enim hanc sedet, & intellectualibus
fulgurat sectionibus,

Et

*Et gubernare omnia & ordinare unum
quodque non ordinatum.*

Vides dualitatem ex unitate oriri, esse apud unitatem; principium esse omnia gubernans & ordinans, luce intellectuali radiare, ex luce unitatis; quæ omnia de principio contrario, caliginem ex se suaque natura & fovente & operante dici non possunt, commode vero de secundario aliquo intellectuali, quod ex primo emanavit, quodque quia alterius luce radiat, caliginis nomen apud caliginosos istos philosophos tuetur. Plura jam in re obscurissima dicenda non sunt, præsertim cum alio loco pluribus de ea tradiderimus: sed monenda hæc tantum fuerunt, ut ostenderemus Pythagoram ad ψυχογονίαν suam numerorum doctrinam retulisse, perinde ut Plato idearum, eosque adeo in ipso fundamento egregie convenire.

§. XI.

Hæc cum ita se habeant, mirum non est, eodem fundamento illa inædificasse Platonem, quæ Pythagoras; hujusque numeros peperisse Platonis ideas. Quod inde porro nobis persuadetur, quia eodem fere

fere modo de numeris loquitur Pythagoras, ut de ideis suis Plato. Nam quemadmodum hic per ideas intelligibilia intellexit, semper se eodem modo sine ortu & interitu se habentia, quæ cuilibet rei dent essentiam ipsam ex seipsis, ut prolixe ex indubitatis ipsius Platonis & sequacium testimoniis demonstravimus in *Hist. de ideis §. IV. p. 37. seqq.* ita eandem numerorum definitionem deprehendimus apud Pythagoram ejusque asseclas. Quam ex NICOMACHI *Arithm. inst.* damus: *ὄντα ὁρίζετο Πυθαγόρας εἶναι, τὰ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἀεὶ διατελοῦντα ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὐδέποτε τοῦ εἶναι ἐξιστάμενα, οὐδὲ ἐπὶ βραχύ. ταῦτ᾽ ἂν εἴη, τὰ ἄυλα, καὶ ὧν κατὰ μετουσίαν ἕκαστον λοιπὸν τῶν ὁμονύμως ὄντων καλουμένων, τὰ δὲ τι λέγεται καὶ ἔστι τὰ μὲν γὰρ σωματικὰ δήπου καὶ ὑλικὰ ἐν διηνεκῇ. ῥύσει καὶ μεταβολῇ διὰ παντός ἐστι, μιμούμενα τὴν τῆς ἐξ ἀρχῆς ἀιδίου ὕλης καὶ ὑποστάσεως φύσιν καὶ ἰδιότητα.* *Ea quæ sunt, definiebat Pythagoras illa quæ secundum idem ac eodem semper modo sunt perfecta in mundo, & nunquam, ne minimo quidem temporis momento permutantur. Hæc vero esse expertia materiæ, ac quorum per participationem cætera, quæ æquivoce dicuntur esse, sunt ac dicuntur. Corpora nempe*

nempe ac materialia in perpetuo fluxu ac mutatione esse per omnia, imitantia naturam & proprietatem materiæ ac substantiæ æternæ. Quæ profecto tam Platonice dicta sunt, ut ovum ovo non sit similius, ut conferenti erit in propatulo. Addimus his merito JAMBLICHVM *in Nicom. Arithm. p.* I. Πυθαγόρας τὸν ἀριθμὸν ὁρίζει ἔκτασιν καὶ ἐνέργειαν τῶν ἐν μονάδι σπερματικῶν λόγων. ἢ ἑτέρως, τὸ πρὸ πάντων ὑποστὰν ἐν θείῳ νῷ, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἐξ οὗ πάντα συντέτακται, καὶ μένει τάξιν ἄλυτον διηριθμημένα. *Pythagoras numerum definivit extensionem & operationem rationum seminalium, quæ unitati insunt, vel aliter, quod in divina mente ante omnia subsistebat, a quo & ex quo omnia in ordinem sunt descripta, & per seriem indissolubilem stant distincte connumerata.* conf. *de vita Pyth. c.* 29. *n.* 159. *p.* 135. Quare & eodem JAMBLICHO *l. c.* auctore, Hippasi sectatores, qui dicebantur Acusmatici, ἀριθμὸν εἶπον παράδειγμα πρῶτον κοσμοποιίας, καὶ πάλιν κριτικὸν κοσμούργου θεοῦ ὄργανον, *esse numerum exemplar primum in creatione mundi, & rursus normam, secundum quam creator Deus judicavit de mundo a se creando.* Sic & *l. c.* Philolao numerus est τῆς τῶν κοσμικῶν αἰωνίας διαμονῆς ἡ κρατιστεύουσα

τείνουσα καὶ αὐτογενῆ συνοχὴ, *vinculum potentia sua sustinens æternam rerum mundanarum permansionem, sibique innatum.* Vnde & ALEXANDRO APHROD. in *pr. anal.* οὐσία ἀριθμὸς, *numerus essentia*, κατ' ἐξοχὴν scilicet & per se vocatur, & numerorum contemplatio τῶν ἀϊδίων καὶ ὁμοφύλων ἀυτῶν ἀσωμάτων ἀεὶ καὶ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσάυτως ἐχόντων θέα, *rerum æternarum ejusdemque generis & incorporearum, perpetuo secundum idem atque eodem modo se habentium consideratio*, apud PORPHYR. *de vita Pyth. p.* 31. Surroga numero ideam, & eadem habebis, quæ iisdem verbis Plato tradidit, nosque prolixe satis *l. c. §.* 6. *p.* 87. *seqq.* exposuimus, & testimoniis confecimus luculentissimis, notato tum jam Pythagoreæ & Platonicæ scholæ consensu. Recte itaque veteribus quibusdam numerus & idea sive forma idem sonant, ex quibus SIMPLICIVS in *Phys. libr. I.* εἰκότως ἓν μὲν τὸ εἶδος ἔλεγον (κατὰ τὸ Πυθαγόρειον ἔθος) ὡς ὁρίζον, ὅπως ἂν καταλάβῃ καὶ περατοῦν. *Merito unum formam secundum morem Pythagoreum dixit, ut qua finiat, quod comprehenderit, atque terminet.* Et AVCTOR. *theologum.* εἶδος ἓυν εἴδους οὐκ διαμάρτημεν αὐτὴν ἡγούμενοι. *Itaque si formam formæ eum*

(Sena-

(Senarium) *esse arbitremur, non errabimus.* Quibus locis vocem a Platone desumtam non refugiunt Pythagorei. conf. AVREA CARM. *v.* 47. & HIEROLL. *ad h. l.* Ex ista definitione altera harmonia inter Pythagoræ numeros & Platonis ideas oritur, scilicet distinctio inter numeros intelligibiles & scientificos, sive mathematicos, quemadmodum Plato distinxit inter ideas divinas sive intelligibiles & humanas sive Logicas, quas & sensibiles vocat, de quo diximus in *Hist. de ideis Sect. I. §. 7. p.* 112. *seqq.* Cum enim Pythagoras probe videret, numeros ex se nihil generare nisi numeros, eorum rationes in intellectuales & scientificas dispescuit, & per intellectuales quidem substantias æternas numeri intellexit, id est, fontem & radicem omnium, quod ante omnia extitit in mente divina, a quo & ex qua omnia ordine digeruntur, atque indissolubili serie numerata manent, ut habet NICOMACH. in *Intr. in Arithm.* & ex eo JAMBLICHVS *ad h. l.* cujus verba supra adducta sunt. Hic intellectualis numerus Pythagoræ idem est, quod Platoni idea, scilicet exemplar æternum, substantia immaterialis & vera, juxta quam & per quam omnia perficiuntur, cœlum, tem-

pus, motus, sidera, ut l. c. NICOMACHUS prolixe docet; conf. JO. MEURS. *de denar. Pyth. c. I. p. 8. seqq.* Numerus vero scientificus, quem & Mathematicum vel artificialem voces, Pythagoræ est extensio & operatio rationum seminalium, quæ unitati insunt, ut Jamblichi & Nicomachi verbis supra docuimus vel ut Moderatus apud STOBAEVM *Eccl. Phys. c. 2.* monadum congeries sive progressio multitudinis a monade incipiens, regressio in eandem desinens. Ex hac distinctione numerorum intelligibilium & scientificorum orta quoque distinctio inter unum & unitatem. Est enim ἡ μονὰς τῶν ἀριθμῶν, τὸ ἓν τῶν ἀριθμητῶν, *unitas numerorum, unum autem numerabilium*, ut concinne Moderatus, sic ut numeri differant a numerabilibus, ut corporea ab incorporeis. Convertit ANONYMUS *Auctor Vitæ Pythag. apud Photium cod.* 259. διαφέρειν ἔλεγον οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου μονάδα καὶ ἓν μονὰς μὲν γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς ἐνομίζετο ἡ ἐν τοῖς νοητοῖς οὖσα, ἓν δέ τὸ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, *Pythagorei ajebant differre unitatem & unum, unitas enim ab iis existimabatur, quæ in intellectualibus existit, unum vero id, quod in numeris.* Sed quicquid illud est, sufficit nobis, intellectuales numeros longe dif-

ge differre a scientificis, qui arithmetices objectum constituunt.

§. XII.

Porro & origine & dignitate numeri Pythagorici cum ideis Platonicis conveniunt. Platoni enim fons idearum, νοῦς, λόγος, mens ratiove divina ab æterno ideas producens, ut multis dictum in *Hist. de ideis Sect. I. §. 5. p. 53. seq. p. 58. seqq.* Nec aliter Pythagoræ numerus, qui ut omnis numerorum series in unitate comprehenditur, & ex ea explicatur, ita unum illud æternum omnes ex se numeros produxisse, multis operose contendit, immo caput quasi philosophiæ suæ in emanatione τῶν ὄντων νοητῶν constituit. Nec profecto multa hic probatione opus est, cum adducta jam, immo omnia ab eo dicta manifeste id clamitent. En tamen argumenta hujus rei pauca. Vnitas Pythagoræ fons reliquorum numerorum intellectualium; *Oracula v. 37. seqq.*

Ἔχει τῷ νοεῖν πατρικὸν νοῦν ἐνδιδόναι
Πάσαις πηγαῖς τε καὶ ἀρχαῖς.
Ἔστι γὰρ πέρας τοῦ πατρικοῦ βυθοῦ καὶ πηγὴ τῶν νοερῶν.

Potest intelligendo, paternam mentem indere
Omnibus fontibus & principiis.
Est enim terminus paternæ profunditatis, & fons intellectualium.

Hæc de mente quidem, secundo a patre principio, quæ tamen omnino ad patrem sive unitatem referenda quoque sunt; quia non tantum paternam principiis mentem indere dicitur sed &

Μηδὲ προῆλθεν, ἀλλ' ἔμενεν ἐν τῷ πατρικῷ βυθῷ
Καὶ ἐν τῇ ἀδύτῳ κατὰ τὴν θεοθρέμμονα σιγήν.

Non progressa est, sed mansit in paterno profundo
Et in adyto, juxtà nutritum a Deo silentium.

Immo *v.* 18. unitas vocatur

Καὶ πηγὴ πηγῶν ἁπασῶν
Μήτρα συνέχουσα τὰ πάντα.

Fons quoque fontium omnium
Matrix continens omnia.

Vel

Vel ut THOM. GALE *ad Jamblich. de myster. Ægypt. p.* 299. hunc versum integre legit

Καὶ πηγὴ πηγῶν, καὶ μηγῶν πέιρας ἁπασῶν.

Fons fontium, & fontium quoque omnium finis.

Addit quoque rectissime, esse Platonis hanc plane doctrinam de ideis, qui vult fluere ἀπὸ τοῦ ἑνὸς τὰς ἰδέας ἤτοι τὰ νοητὰ εἴδη, τῇ νοήσει μόνῃ γνωστὰς, *ex uno ideas vel intellectuales species & formas, solo intellectu cognoscendas,* hancque doctrinam aliis atque aliis nominibus tractasse præter alios etiam Pythagoram. Multa non eodem tantum sensu, sed iisdem quoque verbis apud SYNESIVM in *Hymnis,* indigna plane Christiano Episcopo, ita v. g. *Hymn. II. p. m.* 27. edit. Henr. Steph.

— — σὺ δ᾽ ἐσσὶ ῥίζα
Παρεόντων, πρό τ᾽ ἐόντων
Μετεόντων, ἐνεόντων
Σὺ πατὴρ σὺ δ᾽ ἐσσὶ μήτηρ,
Σὺ δὲ ἄῤῥην, σὺ δὲ θῦλης,
Σὺ δὲ φονὰ, σὺ δὲ σίγα.
Φύσεως φύσις γονῶσα.

Σὺ δ' ἄναξ αἰῶνος αἰών·
Τὸ μὲν ἦ θέμις βοώσαι.
Μέγα χαῖρε ῥίζα κόσμου
Μέγα χαῖρε κέντρον ὄντων,
Μονὰς ἀμβρότων ἀριθμῶν
Προανουσίων ἀνάκτων. Κ. Τ. Λ.

— — —Tu autem ut radix
Præsentium, præteritorum,
Futurorum, eorum, quæ sunt.
Tu pater, Tu es mater
Tu mas, Tu fœmina
Tu vox, Tu silentium,
Naturæ naturæ fœcunda.
Tu, ô rex, seculi seculum,
Quantum id quidem fas est voce testari.
Longum salve radix mundi,
Longum salve centrum rerum
Unitas divinorum numerorum
Substantia carentium regum &c.

Hæc profecto tam exacte ad Pythagoræ mentem dicta, ut ipse Pythagoras luculentius non valeat: qua vero pietate vel cum puriore philosophia sanctissimæ religionis nostræ convenientia, judicent, quorum interest. Patet hinc ratio, cur monas, etsi

quam

quam maxime intellectualis, id est, spiritualis naturæ, in schola Italica audiat ὕλη, πανδοχεὺς, τάρταρος, χάος, ut videre est est iis, quæ collegit diligentissimus MEVRSIVS *de Den. pyth. c. III. p.* 19. *seqq.* non quod sensu Pythagorico unitas sit materia, ex qua corporea formantur, huic enim materiæ opponitur, sed quod sit fons intellectualium, ex quo fluunt: licet negandum non sit, ipsam unitatem; sive Deum, si verum spectes, non obstante omni, quam ei adscribit Pythagoras, spiritualitate esse materiam subtilissimam, crassiori opponendam ex mente philosophi, ignem scilicet subtilissimum, ætheris quoque nomine insignitum, ut alio loco pluribus docemus. Sed hæc nostri quidem instituti non sunt, ubi satis est probari, ex fonte hoc emanasse reliquos numeros intelligibiles. Concinunt alii; HERMIAS *irris. gentil. philos.* de Pythagoreis sermone facto: ἀρχὴ τῶν ἁπάντων ἡ μονὰς, ἐκ δὲ σχημάτων αὐτῆς καὶ τῶν ἀριθμῶν τὰ στοιχεῖα γίνεται. *Principium omnium unitas est, e figuris autem ejus numerisque elementa fiunt.* MACROBIVS non minus luculenter *Somn. Scip. l. I. cap.* 6. *Vnum autem, quod* μονὰς *est, par idem atque impar, ipse non numerus, sed fons & origo numerorum.*

Hac monas initium finisque omnium, neque ipsa principii aut finis sciens, ad summum refertur Deum, ejusque intellectum a sequentium numero rerum & potestatum sequestrat, nec in inferiore post Deum gradu eam frustra desideraveris. Hac est illa MENS, ex summo enata Deo. In quibus verbis satis luculentam habes verborum Oracul. supra adductorum explicationem. Sed & sequentia legenda sunt, licet quædam admisceat, Platonicis magis quam Pythagoreis propria. Patet ex dictis causa, cur unitas ab his viris vocetur non solum οὐσία, αἴτιον τῆς ἀληθείας, ἁπλοῦν παράδειγμα, substantia (summa & prima) causa veritatis, simplex exemplar, sed & ἀρρενοθήλυς sive ἀνδρόγυνος, hermaphroditus, quoniam ipsa sibi produxit ex se binarium, sive alterum principium λόγον, νοῦν, δυάδα (quocunque enim nomine insignias Platonico vel Pythagorico, perinde est) ex quorum connubio deinde reliqui numeri, reliquæ ideæ, reliqua principia intellectualia emanatione intellectuali originem substantiamque acceperint. Hæc si attente teneamus, facile intelligere licebit, quid sibi voluerint, non Pythagoras solum, sed & omnes fere gentiles theologi, Deum facientes ἀνδρόγυνον,

nempe

nempe cuncta intelligibilia & spiritualia ex Deo primo & secundo, id est, Deo ex Deo progenito emanasse. De qua re multa dicenda essent, nisi ab hoc nostro instituto remotiora aliam tractationem requirerent; videre interim licet, quos in *Hist. de ideis Sect. II. §. 2. pag.* 186. *seq.* laudabimus, quibus adde sis SOVVERAIN. *Platon. det. P. I.* c. 8. *pag.* 85. & S. Rev. JO. CHR. WOLFIVM *de Manich. ante Manich. p.* 117. Pythagoram vero unitatem dixisse marem & feminam, nubes testium evincit; vid. NICOMACH. l. *c.* MACROB. *l. c.* THEON. SMYRN. *Mathem. Pl. c.* 5. pluresque alii. Scilicet aliter dici unitas non poterat, cum in se contineret, & parturiret quoque ex se principium illud, ex quo reliqua principia sunt omnia. Frustra itaque nobis esse videntur, qui hanc appellationem inde ortam credunt, quod Deo summo materiam coæternam & independentem, tanquam principium absolute primum adjunxerit Pythagoras, cuncta ex duplici coexistente principio facta esse, asserens. Omnia enim, ut vidimus ad τὰ νοητὰ referuntur, materia vero, quatenus Deo opponitur, nulli philosopho ex Deo, nec Pythagoræ, nisi eo sensu, omnia principio fuisse unum,

quo tamen admisso, materia Deo opponi non potest. Videlicet decepit multos ex veteribus quoque ambiguitas verborum Pythagoræ de hac re, videndos apud Cel. WOLFIVM *l. c.* qui multa eruditissime cumulat. Sed de hac re alio loco. Quemadmodum vero eadem gaudent origine Pythagoræ numeri & Platonis ideæ, ita eadem quoque superbiunt dignitate, florentque officio, ut ita dicamus. Vtrique enim philosopho principia sunt rerum sensibilium & seorsim numero existentium. Res ex dictis manifesta prolixa probatione non eget, videndus vero, qui multis eam exposuit SEXTVS EMPIRICVS *adv. Mathem. l. IX. p.* 422. Paucis egregie PHOTIVS in *judiciis de theologum. arithmet. Nicomachi:* ἵνα τοὺς ἀριθμοὺς θεοποιήσῃ, καὶ τῶν ὄντων τῆς οὐσιώσεως αἰτίας ἀναπλάσῃ, ἀφ᾽ ἑκάστης τῶν ειρημένων ἐπιστημῶν ἔνιά τινα τῶν θεωρημάτων τῇ πρὸς τοὺς ἀριθμοὺς ἐνυφαίνει θεοπλαστίᾳ, *ut e numeris Deos efficiat, eosdemque omnis essentiæ rerum subsistentium auctores ac caussas effingat, e singulis jam nominatis disciplinis theoremata quædam huic Deorum effictioni intertexit.* Nec minus clare SIMPLICIVS *ad Phys. l. I.* οἱ Πυθαγόρειοι τοὺς ἀπὸ μονάδος ἄχρι δεκάδος ἀριθμοὺς ἀρχὰς ἔλεγον τῶν πάντων,

Pytha-

Pythagorei numeros ab unitate usque ad denarium rerum omnium principia esse dicebant, conf. PHILOSOPHVM. *Origenis c. I. p.* 31. PROPHYR. *de vita Pyth. p.* 33. Cum vero ista principia divinam originem habeant, & divina principia sint, recte quoque τῷ ἀριθμῷ τὴν ὡρισμένην οὐσίαν τῶν θεῶν, *definitam numero essentiam Deorum*, ut emendat LVD. KVSTERVS *ad h. l.* id est numero constare essentiam divinam dixit JAMBLICH *cap.* 28. *n.* 147. *pag.* 124. Quemadmodum & Plato eadem ratione ductus ideas inter divina retulit; uti monitum *in Hist. de ideis Sect. I. §.* 6. *p.* 90. *seqq.*

§. XIII.

Vidimus hactenus numeros Pythagoræ in se, eosque satis accurate cum ideis Platonis convenire deprehendimus, quod si jam eos ratione hominis, cui objectum sapientiæ, immo, si illos audias, omnis felicitatis constituunt, consideres, eandem iterum inter Pythagoram & Platonem observabis harmoniam. Eandem enim sententiam supponit uterque, eadem chorda oberrat, eosdem, si verum fatendum est, fovet errores. Constituta enim semel spiritualium rerum natura, non potuit non ani-

animum ex divina mente carptum dicere Pythagoras, ut de Platone quoque probatum dedimus *l. c. Sect. I. cap. 6. pag.* 95. *seqq.* quippe ex nihilo nihil fieri posse credebat, & materiæ quoque spiritualem animæ naturam, & immortalitatem, quam a Pherecyde magistro didicerat docueratque, ut est apud LAERT. *L. VIII. s.* 27. & CICERON. *Tusc. Q q. l. 1.* refragari cernebat. Hinc Deus animæ origo, de qua *Oracula v.* 215. *seqq.*

Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος καὶ Πατρὸς αὐγὰς
Ἔνδεν ἐπέμφθη σοι ψυχή, πολὺν ἑσσαμένη νοῦν,
Ταῦτα πατὴρ ἐνόησε, βροτὸς δὲ δι ἐψύχετο.

Oportet te festinare ad lucem & patris radios,
Unde missa est tibi anima multam induta mentem,
Hæc pater cogitavit, mortalisque ei animatus.

Et hæc causa quoque est, cur Pythagoras animam, quam ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, nume-

numerum se ipsum moventem vocat apud PLVTARCH. *de plac. phil. libr. IV. cap.* 2. dixerit ἀπόσπασμα τοῦ αἰθέρος, *avulsionem ætheris*, notante LAERT. *L. VIII. s.* 28. scilicet immortalis & divini, sive Dei ipsius; non enim alium agnovit Deum, licet eum a materia crassiore separaret. Quod clarius expressit PLVT. l. c. c. 7. Πυθαγόρας, Πλάτων ἄφθαρτον λέγουσιν εἶναι τὴν ψυχὴν, ἐξιοῦσαν γὰρ εἰς τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν ἀναχωρεῖν εἰς τὸ ὁμογενές. *Pythagoras & Plato incorruptibilem animam esse dicunt, decedentem enim in universi animam secedere, ad id quod ejusdem generis & naturæ est.* Omnium clarissime CICERO *de nat. Deor. libr. I. Pythagoras, qui Deum censuit animum esse, per naturam rerum omnium intentum & commeantem ex quo animi nostri carperentur, non vidit distractione humanorum animorum discerpi & dilacerari Deum.* Quæ quoque repetit *de Senect. c.* 21. Sic & alii, quos tamen in re nota non adducimus, ne simus nimii. Cave tamen hic νοῦν & ψυχὴν confundas; ista enim, quam ex Plutarcho adduximus, definitione animæ, mentem Pythagoras definivit, Plutarcho ipso interprete, quam ab extrinseco animæ siderali inseri dicebat, vid.

STO-

STOBAEUS *Ecl. Phys.* idque θείᾳ μοίρᾳ, *divina participatione*, id est, tanquam pars Dei, ut CLEM. ALEXANDR. *l. V. Stromat.* De ista itaque mente, quam immortalem numerum ex ejus sententia non incommode vocaveris, intelligendus philosophus Samius, quando ait, eam numeros in se continere., ut secundum Platonem ideas. Quaternione enim, si Pythagoreos audias, mentes constant, ex eaque omnes scientiæ proficiscuntur, quod qua ratione intelligendum sit, apud PLVTARCH. *de placit. philos. l. III.* pluribus videndum, licet non negemus, Pythagoreos, & qui ipsorum sententiam referunt, in eo explicando, quomodo numeri insint animæ, admodum fluctuare, & esse incertissimos, qui scilicet ipsi, quid dicant, non satis intellexerunt, quod eorum inter se placita conferenti mox patebit, si vel unum Plutarchum cum *Anonymo auctore vitæ Pythagoræ* apud PHOTIVM *cod.* 259. quem HOLSTENIVS quoque *Porphyrio* adjunxit *p.* 59. & quæ ibi de cognitionis animæ humanæ modo dicuntur, comparet. Quis enim certi quid in ejusmodi somniis expectabit? Hanc animam, sive mentem potius, a Deo profectam corpori inditam, venis & arteriis cor-

poris

poris tanquam vinculis concludi & detineri, ante Platonem quoque asseruit Pythagoras, cui animæ e cœlo exclusæ & delapsæ creditæ sunt, si HIERON. *in quæst. ad Hebid.* 9. 10. fides est, conspirante tota philosophiæ Pythogoreæ natura & constitutione. Clare id LAERT. *l. VIII. sect.* 31. δεσμὰ εἶναι τῆς ψυχῆς τὰς φλέβας, καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰ νεῦρα, *vincula animæ esse venas & arterias & nervos.* Quod quidem de anima siderali, non de mente intelligendum esse primo intuitu videtur, saltem, quæ de immissione ejus & exitu apud hunc auctorem dicuntur, ita explicari commode possunt; de ipso tamen νῷ sive mente intelligenda esse, finis Pythagoreæ philosophiæ postulat, qui perinde ut Platonicæ, est, liberatio mentis a corporis vinculis. Ita enim JAMBLICHIVS *libr. II. cap.* 13. Φιλοσοφία ἀπαλλαγὴν τῶν ἀνθρωπίνων δεσμῶν παρέχει καὶ λύσιν τῆς γενέσεως, καὶ περιαγωγὴν ἐπὶ τὸ ὄν, καὶ γνῶσιν τῆς ὄντως ἀληθείας, καὶ κάθαρσιν ταῖς ψυχαῖς, *philosophia continet solutionem a cingulis humanis, & liberationem a natura conatis, & conversionem ad id, quod est, & notitiam rerum veritatis & purgationem animæ.* Sic eodem loco liberari corpus dicit ab amentia

tia corporis, & purgationem in eo consistere, ut separetur quam maxime animus a corpore, liberque fiat ab eo velut ex vinculis. Quæ liberatio a corpore celebratissima his hominibus mors est philosophica. Eadem habet HIEROCLES *ad Carm. aur. init.* qui finem philosophiæ dicit κάθαρσιν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος, *purgationem ab irrationabilitate materia, & mortali corpore*, PORPHYRIUS item non minus luculenter *de vita Pyth. p.* 31. Φιλοσοφίαν ἐφιλοσόφησεν, ἧ ὁ σκοπὸς, ῥύσασθαι καὶ διελευθερῶσαι τῶν τοιούτων εἱργμῶν καὶ συνδέσμων τὸν κατακεχωρισμένον ἡμῖν νοῦν, *philosophiam profitebatur, cujus scopus erat, insitam nobis mentem ex hujusmodi impedimentis atque vinculis eruere atque in libertatem vindicare.* Quæ omnia, ut de fine intermedio, cum ultimo, de quo paulo post dicemus, non confundendo, intelligenda sunt, ita quid de vinculis mentis corporeis ejusque liberatione Pythagorei docuerint, satis indicant. Ex quibus lux affulget iis, quæ JAMBLICH. *de vita Pyth. c.* 28. *n.* 153. habet: λέγει δὲ καὶ μὴ τίκτειν ἐν ἱερῷ, οὐ γὰρ εἶναι ὅσιον ἐν ἱερῷ καταδεῖσθαι, τὸ θεῖον τῆς ψυχῆς εἰς τὸ σῶμα, *in templo dixit, pariendum non esse, fas enim non esse ut in loco sacro divina*

anima

anima corpori alligetur. Liberatam vero philosophiæ munere mentem ad cognitionem vere entium, τῶν νοητῶν, quæ per numeros intelligi, satis jam monuimus, duci, una cum Platone tota Pythagoreorum secta constantissime asseruit, quorum testimonia abunde satis collegit JO. SCHEFFER. *de nat. & constit. phil. Ital. c. VIII. p. 56. seqq.* qui nobis otium in hac re fecit, unicum itaque testimonium in rem præsentem vocamus, quod nobis ante oculos, PORPHYRII l. c. πρῶτον μὲν παιδαγωγῶν ἑαυτὸν ἠρέμα πρὸς τὴν τῶν ἀϊδίων καὶ ὁμοφύλων, αὐτῶν, ἀσωμάτων, ἀεὶ καὶ κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων θέαν *principio quidem semet ipsum sensim ad rerum æternarum, ejusdemque generis & incorporearum, perpetuo secundum idem atque eodem modo se habentium contemplationem assuefaciens.*

§. XIV.

Ex dictis haud obscure sequitur, id quod Pythagoras & sequaces toties inculcarunt, objectum philosophiæ esse numerum, cum objecto philosophiæ Platonicæ, quod idea est, amice conspirans. Cum enim, ut modo diximus, philosophiæ munus sit, animum a corporis vinculis & ma-

teriæ catenis liberatum ad notitiam & intuitionem, ut ita dicam, entium proprie talium, ad veritatem simplicem, ad substantiarum intellectualium contemplationem puram & spiritualem ducere, quæ voces omnes numeris quoque conveniunt, ut ex dictis liquere putamus, numeri certe totam philosophiam occupant. In quo præter alios testem habemus eundem, quem supra, PORPHYR. *l. c. pag.* 32. mathematicas scientias & speculationes ideo adhibitas dicentem, ἵνα προγυμνάσῃ κατὰ βραχὺ πρὸς τὰ ὄντως ὄντα ἀπὸ τῶν μηδέποτε κατὰ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἐν ταυτῷ μηδ᾽ ἐφοσονοῦν διαμενούντων σωματικῶν τὰ τῆς ψύχῆς ὄμματα, μετὰ τεχνικῆς ἀγογῆς εἰς τὴν ἔφεσιν τῶν τρόφων προσάγων, δι ὧν ἀντεισάγων τὴν τῶν ὄντως ὄντων θέαν, μακαρίους ἀπετέλει, *ut iis, velut praeexercitationibus paulatim utatur ad contemplationem eorum, quae vere existunt, artificiosa quadam ratione mentis oculos a rebus corporeis nunquam secundum idem atque eodem modo in uno eodemque statu vel tantillulum permanentibus ad alimentorum desiderium adducens, quorum ope comtemplationem eorum, quae vere existunt, introducendo, homines beatos reddebat.* In quibus verbis, quod de alimentis dicitur, lucem mutuat

mutuat ex iis, quæ *Hiſt. de ideis Sect. I. §. 6. p. 93. ſeqq.* diximus, ideas eſſe pabulum animarum ſapientium, nempe quia earum contemplatione tanquam ambroſia & ne-ctare nutriuntur & ſuſtentantur. Idem enim traditum de Pythagora quoque, de quo Damaſcenus, cujus ex Iſidoro verba refert PHOTIVS *cod.* 242. Τῶν μὲν παλαιότατα φιλοσοφάντων Πυθαγόραν καὶ πλάτωνα θειάζει, καὶ τῶν ἐπτερωμένων ἐκείνων ψυχῶν εἶναι, αἳ εἰς τὸν ἐπουράνιον τόπον, εἰς τὸ πεδίον τῆς ἀληθείας, εἰς τὸν λειμῶνα τῶν θεῶν νέμονται εἰδῶν, *Antiquiſſimos philoſophos Pythagoram & Platonem, ut Deos coluit, & eorum animas alatas dixit, quas in locum ſupracœleſtem inque campum veritatis & pratum elevatas divinis putavit ideis paſci.* Sed hoc obiter. Ad hunc vero ſcopum numeros ſcientificos adhibebat Pythagoras, iis quaſi Symbolis uſus ad numerorum intellectualium naturam & rationes explicandas. Cujus teſtem Porphyrius laudato loco adducit MODERATVM GADITANUM *de Pythagor. placitis*, (de quo videſis JO. JONSIVM *de Scriptor. hiſtor. philoſ. l. III. c. 5. p.* 229.) qui ait: μὴ δυνάμενοι τὰ πρῶτα εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς σαφῶς τῷ λόγῳ παραδοῦναι, διά τε τὸ δυσπερινόητον αὐτῶν καὶ δυσέξοιστον,

τον, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς ἀριθμοὺς, εὐσήμου διδασκαλείας χάριν, μιμησάμενοι τοὺς γεωμέτρας καὶ τοὺς γραμματιστάς. *Cum primas formas primaque principia oratione perspicue explicari nequirent, quod & intellectu & prolatu difficillima sint, ad numeros manifestioris doctrinæ causa confugerunt, geometras & literatores imitati.* Causa igitur est in propatulo, cur Jamblicho aliisque hæc doctrina dicatur θεολογία κατ᾽ ἀριθμῶν *theologia in numeris*, vel ut *Anonymus* librum suum inscripsit, θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς, quia per numeros res divinas explicabant. Eædem vero causæ quoque allegandæ sunt, cur mathesis Pythagoræ dicatur eminiscentia, ut Platoni de Dialectica sua visum est; vid. *Hist. de ideis p.* 100. *seqq.* Ita enim eam dictam voluit philosophus monente PROCLO *in Euclid. l. I. p.* 13. quia non intrinsecus adveniat animæ, quemadmodum adveniunt imagines ab objectis sensuum in facultate imaginatrice formatæ. Cum enim mens, quæ ipsa quidem est numerus, numeros omnes in se habeat, & ab universo, in quo sunt rationes numerorum seminales, participet, liberata a corporis vinculis sibique restituta, & in domesticas quasi admissa sedes, eorum reminiscitur, quorum antea jam fuit

fuit conscia, cum, ut Proclus ait, *in se ipsa sita habeat multitudinis & Magnitudinis principia*, &, quæ ipsa Pythagoreorum sententia est apud PROPHYR *l. c. p.* 31. quem exscripsit, ut sæpius JAMBLICH. *de vita Pyth. c.* 32. *n.* 228. *pag.* 184. πανθ' ὁρᾷ καὶ πάντ' ἀκούει· *omnia videat & omnia audiat*, quod Epicharmi dictum fuit, teste Plutarcho, Maximo Tyrio, Tzeze aliisque apud KVSTERVM *ad l. c.* Jamblichi.

XV.

Confectis his, reliqua quæ de hoc argumento dicenda supersunt, quæque harmoniam inter Pythagoræ numeros & Platonis ideas evincunt, hasque ex istis ortas esse docent, facili expediemus negotio. Idem scilicet Pythagoræ & Platoni ultimus philosophiæ finis, eadem ad eum consequendum proposita & commendata media. Finis haud alius, quam ut per cognitionem numerorum, aut, si mavis, entium vere talium mentes ad intuitivam tandem promotæ cognitionem Deo fiant similes, immo ipsi Dii, Non obscure ipsum CARM. AVR. *in fine* :

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα εἰς αἰθέρ' ἐλεύθερον
ἔλθῃς
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνη-
τός.

Sic ubi deposito conscendes corpore cælum
Immortalis eris divus, semperque beatus.

Clarius HIEROCLES ad *h. l.* de istis carminibus: πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἀνάγει, καὶ τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας τὸν θελειότατον σκοπὸν ἐκκαλύπτει, *ad divinam similitudinem ducunt, Pythagoricaeque philosophiæ perfectissimum finem ostendunt*, quæ & passim inculcat, ut & Pythagoreorum alii longo agmine videndi apud SCHEFFERVM *libro sæpius laudato cap. VI. p. 43. seqq.* Hinc apposite ex scholæ suæ sententia olim Empedocles apud LAERT. *l. VIII. f.* 66.

Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι
θνητὸς
Πωλεῦμαι.

Salvete, ego vobis Deus immortalis haud
amplius mortalis
Versor.

Quæ recte quidem ex parte ita explicuit SEXTVS EMPIR. *adv. Mathem. pag.* 60.

Ὁ Ἐμ-

Ὁ Ἐμπεδοκλῆς θεὸν ἑαυτὸν προσηγόρευσεν, ἐπὶ μόνος καθαρὸν ἀπὸ κακίας τηρήσας τὸν νοῦν, καὶ ἀνεπιθόλωτον, τῷ ἐν αὐτῷ Θεῷ τὸν ἐκτὸς κατείληφεν. *Empedocles seipsum appellavit Deum, quoniam cum solus conservasset mentem a vitio puram & inperturbatam, eo qui in se erat Deo, Deum, qui erat intrinsecus, comprehendit.* Est enim Pythagoreis, ut Platonicis, Stoicis aliisque mens pars Dei; sed ex verbis aurei carminis manifestum, Empedoclem ad finem ultimum philosophiæ respexisse, quem se fuisse consecutum existimavit, recte ideo arrogantiæ accusatur, cum humanam conditionem longe superet. Unde Plato cui & ipsi hic finis placuit, magis sobrius addidit, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, *quantum licet homini*, ut pluribus probat SCHEFFER. *l. c. pag.* 42. *seq.* Tandem & media eluctandi e corporis vinculis, & ascendendi ad consummatissimam istam felicitatem Pythagoræ & Platoni eadem sunt, scilicet purgatio a corporis sordibus, conversio mentis in se ejusque ascensus, de quibus toties actum a multis, ut Iliada post Homerum scribere nefas sit. In primis vero numerorum exacta cognitio & studium, cujus amore propter excellentissimum hunc finem adeo captus fuit Pythagoras

goras, ut in numerorum ſcientia omnem ſapientiam poſuerit, haud aliter ut Plato in idearum cognitione, vid. *Hiſt. de ideis p.* 120. *ſeqq.* Teſtis LAERTIVS *l. VIII. ſ.* 8. μάλιστα σχολάσαι τὸν Πυθαγόραν περὶ τὸ ἀριθμητικὸν εἶδος· *maxime vacaſſe Pythagoram circa ſpeciem geometriæ, arithmeticam*, dixiſſeque fertur, hominum ſapientiſſimum fuiſſe, qui numeros inveniſſet, poſt illum, qui rebus nomina impoſuiſſet apud AELIAN. *var. hiſt. l. IV. c.* 17. conf. MENAG. *ad l. c. Laërt. p.* 356. His adde STOBAEVM *Eccl. Phyſ. c.* 2. τὴν περὶ τοὺς ἀριθμοὺς πραγματέιαν μάλιστα πάντων τιμῆσαι δοκεῖ Πυθαγόρας, *Pythagoras ſtudium numerorũ maxime omnium honoraviſſe videtur:* conf. PROCLVS *in Theol. Plat. l. I. c.* 4. & THEODORET. *Therapeut. XI. p.* 152. ὁ πολυθρύλλητος Πυθαγόρας τὴν τελειοτάτην τῶν ἀριθμῶν ἐπιστήμην ἔσχατον ὑπελάμβανεν ἀγαθόν. *Celeberrimus Pythagoras ſummum hominis bonum in exactiſſima numerorum ſcientia poſitum eſſe exiſtimat.* Plures tacemus.

§. XVI.

Perſpeximus itaque, quantum per Cimmerias quaſi, quibus Pythagoreæ philoſophiæ hiſtoria ſepta eſt, obſcuritatis tenebras

nebras licuit, originem, fontes, naturamque numerorum ex mente scholæ Italicæ, & iisdem illos inædificasse fundamentis, eadem definivisse ratione, eodem tractavisse modo, eidem applicuisse scopo, quibus ideas suas inædificavit, definivit, tractavit & applicuit Plato, luculentis veterum probavimus testimoniis. Admisso itaque, quod initio evictum dedimus, quod multa philosophiæ suæ capita ex Pythagoræ schola hauserit Plato, quis porro negaverit, philosophum hunc τῶν ὄντων quoque καὶ τῶν νοητῶν, quæ per numeros explicabat Pythagoras, doctrinam ex Italica schola in Academiam suam transtulisse, novoque idearum nomine, nova tractatione, magisque perspicua luce donasse, mutatis iis, quæ vel absurda ipsi videbantur, vel cum reliquis quas adoptavit doctrinis non cohærere posse autumabat? Multa enim in hac de rerum principiis per numeros expressis doctrina ἀσύστατα & ἀπροσδιόνυσα, longe plura δυσνόητα & inextricabilia esse, quis negare audeat? Non expectabis itaque, LECTOR BENEVOLE, ut singulorum numerorum rationes & significationes Tibi pandamus luculentas. Quamvis enim multo labore, ea quæ de numeris dixere veteres, collegerit

rit MEVRSIVS, nihil tamen in iſtis niſi obſcuritatem deprehendimus ineluctabilem, lubentesque fatemur, nihil inde certi & perſpicui nos potuiſſe haurire, nec iſta nos myſteria aſſequi. Tu ſi igitur profundius in hæc ſacra penetras invidere noli, &

Si quid noviſti rectius iſtis
Candidus imperti, ſi non, his utere mecum.

TANTVM!



IV.

IRENÆO BIBLIOPHILO

VIRO OPTIMO ATQUE ERUDITISSIMO

S. P. D.

JO. GEORGIUS SCHELHORNIUS.

DUdum Tibi me majorem in modum devinxisti, Virorum Optime, qui non olim modo, cum prima imbecillitatis meæ tentamina in Bibliotheca Bremensi & Miscellaneis Lipsiensibus publice exhiberem, literis humanissime scriptis me ad plura audenda amice non minus quam graviter excitavisti, verum etiam posthac conatus hosce meos literarios calculo Tuo probans trepidantius ac timidius agentem suaviter erexisti, transmissa simul egregia illa observatione, quæ secundum hujus opellæ fasciculum exornat. Te insuper pararium amicitiæ, auro contra mihi caræ, plurimique merito æstimandæ, Celeberrimi Heumanni, auspicati ad nostri sæculi decus

decus nominis, gratus agnosco. Quum enim e qualicunque meo ad typographicos Maittairii Annales supplemento, Petri Aponensis Conciliatorem, rarissime alias obvium, in Bibliotheca nostra publica adservari, animadvertisses, ejusque uberiorem notitiam ab illo desiderari nosses, me, ut operis illius recensionem conficerem, deinde Actis ejus Philosoph. insertam, monuisti, atque sic viam ad benevolentiam tanti Viri mihi conciliandam pandisti pariter, ac præviis Tuis litteris feliciter muniisti. Multum igitur Tibi debens, pridem quæsivi occasionem, qua publice, haud in immemorem cecidisse illa Tui amoris ac favoris τεκμήρια, testari possem, hancque avidis arripui manibus. Cognitum nempe habeo, perjucundum Tibi esse, si monumenta, quæ publico nomine (Tua verba agnoscis, Vir Eruditissime) censentur, & vel civilis, vel ecclesiasticæ historiæ capita illustrant, oculis hominum subducta in lucem conspectumque proferantur: atque ita ejus generis quoddam Nomini Tuo desideratissimo dicare decrevi, nullus dubitans, fore, ut eadem istud mente, qua olim Anglorum de concilio Mantuam indicto, sed non indicato loco dein ad Cal. Nov. prorogato decla-

declarationem, a me Thæodoro Hasæo Ἰῳταυ subministratam, & ab ipso Bibliothecæ Bremens. Class. V. p. 508. sqq. insertam, accipias. Felicem me, cui illa de publico pro virium modulo bene merendi voluntas tam prospere cessit, ut ea eximias observationes, copiosæ lectionis, limati judicii nec proletariæ eruditionis testes in eadem Bibliotheca (†) extantes, Tibi elicuerim: feliciorem vero, si hisce Te ad alia in hujus opusculi ornamentum mecum communicanda permovero. En ergo Tibi Bullam prorogationis Concilii, Mantuam prius indicti, quæ illi Anglorum declarationi ansam præbuit. Ea nuperrime bonis avibus cum aliis hujusmodi in manus incidit meas, in Germania, uti videtur, eo ipso, quo primum prodiit, anno cum præfatione ac notatiunculis, aculeatis satis, in margine adjectis recusa. Titulo additum est hoc Pasquilli carmen in Paulum III. Papam, fugitivum a facie Concilii Mantuani:

Quid

(†) Class. VIII. p. 164. sqq.

Quid est tibi, Papa, quod Concilium fugisti?
Et vos Cardinales, quia conversi estis retrorsum?
A facie reformationis mota est curia,
A facie reformationis vera:
Quæ converteret Papam in pauperem Plebanum,
Et Cardinales in miseros Capellanos.

Sed ad rem.

S. D. N. Pauli, divina providentia Papæ tert. Bulla prorogationis sacrosancti generalis Concilii.

„ *In Nomine Domini Amen.*

„ NOverint universi hoc præsens publi-
„ cum transsumptum inspecturi, quod
„ nos Jacobus Puteus, J. U. D. Canonicus
„ Sabinensis, Reverendissimi Domini, Do-
„ mini Curiæ Causarum Cameræ Apostoli-
„ cæ generalis Auditoris, Romanæque Cu-
„ riæ Judicis ordinarii locum tenens, ha-
„ buimus, vidimus, & diligenter suspexi-
„ mus Sanctissimi in Christo Patris & Do-
„ mini

mini noſtri, Domini Pauli divina providen- „
tia Papæ tertii literas ejus vera Bulla plum- „
bea cum cordulis ſericeis rubei croceique „
coloris more Romanæ curiæ impenden- „
tibus bullatas, & omnimoda ſuſpitione „
carentes. Quarum quidem lilerarum „
tenor continentia erat iſta: „

PAULUS, „

Epiſcopus, ſervus ſervorum, „ Dei, ad futuram rei memoriam. „

DEcet Romanum Pontificem pro pa- „
ſtorali ſuo officio, non ſolum jam „
orta in grege ovium ſibi commiſſarum „
ſcandala auferre, & ne oriantur procura- „
re, verum etiam quantum cum Deo po- „
teſt, earum commodis providere. Supe- „
riore itaque anno, deſiderantes his malis „
& calamitatibus, quibus Chriſtiana multi- „
pliciter laborat Eccleſia, pro officio no- „
ſtro ſuccurrere, veſtigiis majorum no- „
ſtrorum, qui ſalutare remedium in ſimi- „
libus caſibus univerſalis Concilii celebra- „
tionem experti fuerant, inhærendo. De „
venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ „
Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio „
& aſ-

„& aſſenſu œcumenicum ſeu univerſale Con-
„cilium, in civitate Mantuæ præſenti año die
„XXIII. menſis Maji proxime futuri inchoan-
„dum, indiximus univerſis & ſingulis vene-
„rabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Ar-
„chiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis
„Abbatibus & cæteris Eccleſiarum & Mo-
„naſteriorum Prælatis ubique terrarum con-
„ſtitutis, mandantes, quatenus perſonali-
„ter, Chriſtianos vero Principes & alios,
„qui de jure & conſuetudine in hujusmo-
„di Concilio intereſſe debent, exhortantes
„ubi pro pace, ſalute & augmento Eccle-
„ſiæ Dei & ipſi perſonaliter (ſi poſſent),
„ſeu minus, per ſolennes Oratores ſuos
„congruo tempore, dicto ſacro Concilio
„in civitate Mantuæ, ut præfertur, cele-
„brando deberent intereſſe, prout in aliis
„literis noſtris, quas tum Romæ in locis ſoli-
„tis, tum per literas & nuncios noſtros ad hoc
„deſtinatos, in omnibus Chriſtianitatis par-
„tibus publicari fecimus, plenius continetur.

„Cum autem nuper dicti Concilii in-
„choandi tempore appropinquante, dilectum
„filium, nobilem virum Fridericum Ducem
„Mantuæ, quem promptiſſimum in hoc fu-
„turum ſperabamus, ut civitatem prædi-
„ctam in hoſpitiis, victualiis & aliis rebus
neceſſa-

necessariis pararet & disponeret, requisisse-„ mus, ipse Dux nobis super hoc respon-„ dens, non parvam huic negotio intulit „ difficultatem, asserens militare præsidium „ & pro eo nutriendo stipendium, pro no-„ stra & aliorum venientium ad Concilium „ suæque civitatis (ut dicebat) securitate „ sibi necessarium esse. Quam quidem ob-„ jectam tam sancto operi difficultatem, li-„ cet difficillimum & fere impossibile no-„ bis fuisset, hoc tempore, quo præter alias „ nostras & Apostolicæ sedis longe solito „ graviores impensas, tunc cum perfidissi-„ mus fidei nostræ hostis universum Chri-„ stianum imperium occupare molitur, etiam „ littora & urbes status nostri ab utroque „ Italico mari defendere cogimur, pecunias „ alio divertere, tamen omnino superare „ conati fuissemus, nisi rem incongruam, „ & mali exempli judicavissemus armatum „ Concilium celebrare. „

Eidem itaque Duci statim rescripsi-„ mus, ad tam sanctum opus peragendum, „ nec nobis nec aliis illuc conventuris ali-„ quid timendum esse, minimeque æquum fore, ibi arma conspici, ubi libera omni-„ um suffragia esse deberent. Ideoque ni-„ hil aliud esse jam petere, quod petebat, „

„ quam civitatem prædictam manifeste de-
„ negare. Cum autem nos multis etiam
„ aliis rationibus suspitionem hujusmodi ab
„ ejus animo tollere conati fuerimus, id-
„ que non semel tantum, sed pluries frustra
„ contenderimus, coacti fuimus de loci
„ mutatione, & ut maturius id facere possi-
„ mus de Concilii celebratione ad aliquod
„ tempus proroganda cogitare.

„ Quod quidem tum ex eo, quia rem tam
„ salutarem, & tam Christianitati necessariam
„ accelerare potius, quam differre voluisse-
„ mus, tum etiam quod verebamur (prout
„ veremur) aliquos ex conventuris nostræ in-
„ dictioni confisos, iter aggredi cœpisse, & suo
„ cum incomodo & nostra molestia, vel pro-
„ gressuros, unde jam exclusi sunt, vel tan-
„ to itinere frustra suscepto in suam pa-
„ triam redituros, certe molestissimum no-
„ bis fuit. Quando autem aliena, non
„ nostra culpa ad hoc deventum est, æquio-
„ re animo id ferimus. Ut igitur quam
„ citius eam, quæ ex inopinato hujus rei
„ eventu in ipsorum conventurorum men-
„ tibus forsan oriri posset, perturbationem
„ tollamus, ac eorum incommodis (ut
„ fieri potest) occurramus, de præfatorum
„ Cardinalium consilio & assensu, tempus
celebran-

celebrandi hujusmodi ad Kalend. No-„ vembr. (*a*) proxime futuri prorogandum „ duximus, prout prorogamus, alterius non „ minus commodi & idonei loci electio- „ nem, interim per nos faciendam, ad eo- „ rum, ad quos spectat, votum, quam ci- „ tius fieri poterit, deducturi. „

Nulli ergo omnino hominum liceat „ hanc paginam nostræ prorogationis infrin- „ gere, vel ei ausu temerario contraire. Si „ quis autem hoc attemptare præsumpserit, „ indignationem omnipotentis Dei, ac bea- „ torum Petri & Pauli Apostolorum ejus se „ noverit incursurum. „

Datum Romæ apud sanctum Petrum, „ Anno incarnationis Dominicæ 1537. „ duodecimo Kalend. Maji, Pontificatus „ nostri anno tertio. „

BLOSVS.

B. MOTTA.

(*a*) In margine hæc notula comparet: *i. e. ad Calendas Græcas. Et locus maneat in reservatione pectorali, mentali, nunquam nominabili.*

„Quibus quidem literis Apoſtolicis di„ligenter inſpectis, per Notarium publi„cum infra ſcriptum ipſas exemplari man„davimus & transſumi, ac in publicam „formam redigi. Decernentes & volen„tes, ut huic tranſſumpto publico ſive „exemplo, plena fides deinceps adhibea„tur, ubilibet in locis omnibus & ſingu„lis, quibus fuerit oportunum, ipſum„que tranſſumptum fidem faciat & illi ſte„tur, ac ſi originales ipſæ literæ apparerent. „Quibus omnibus & ſingulis autoritatem „noſtram ordinariam interpoſuimus, & „decretum, & ad ampliorem evidentiam „præmiſſorum ſigillum prælibati reveren„diſſ. Domini Auditoris, quo utimur, du„ximus apponendum.

„Actum & datum Romæ in domo „prælibati Domini Auditoris, in qua jura „reddi ſolent, hora veſperarum & audien„tiæ cauſarum conſueta, ibidem ad jura red„dendum in loco noſtro ſolito pro tribunali „noſtro ſedentes. Sub año a nativitate Do„mini Milleſimo Quingenteſimo Trigeſimo „ſeptimo, indictione decima, die vero Mer„curii, ſexta decima menſis Maji, Pontifi„catus præfati Sanctiſſ. Domini noſtri anno „tertio, præſentibus ibidem diſcretis viris,

Magi-

Magistris, Philippo de Quinteliis, & Jaco- „
bo Apocello, dictæ Curiæ causarum Ca- „
meræ Apostolicæ Notariis testibus ad præ- „
missa vocatis atque rogatis. „

Et quia ego Johannes Jacobus Buc- „
ca, Cur. caus. Cameræ Apostolicæ Nota- „
rius, exhibitioni, præsentationi, auscul- „
tationi, & transsumptioni, suprascript. li- „
terarum, ac omnibus & singulis præmis- „
sis præsens fui, eaque fieri vidi, & audivi, „
supra scriptum transsumptum instrumen- „
tum, alterius manuscriptum exinde publi- „
cavi in fidem præmissorum omnium. „

Johannes Jacob. Bucca. „
Notarius qui supra scripsit. „

Habes itaque, Bibliophile Præstantissi-me, Romani Præsulis decretum, quod Anglos ad declarationem illam prorsus egregiam promulgandam provocavit. Sed & pauca alia tecum communicanda sunt. Bullæ illius, qua Paulus III. Concilium A. MDXLII. XI. Kalend. Junii Tridentum indixit, & de qua Tu in Biblioth. Brem. Class. VIII. pag. 202. sq. docte disseruisti, exemplum Romanum, autographi loco habendum, possideo. Tale enim est, qua-

lia esse voluit ipse Pontifex omnia, quibus fides certa & indubitata haberi deberet: siquidem Joannes Jacobus Bucca Curiæ caus. Cameræ Apostol. Notarius illi manu sua subscripsit, ac nonnemo, haud dubie in eminenti dignitate ecclesiastica constitutus, sigillo id suo munivit, cujus paucæ tantum literæ, cæteris per vetustatem attritis, sunt legibiles. Ejusdem Bullæ versionem quoque Germanicam, Ingolstadii A. MDXLII. iu quadripertita forma editam, inter recculas meas servo, cujus accipe titulum: *Unsers Hailigsten Herrn Pauli, aus Göttlicher Fürsebung Bapsts, des dritten, Bull verteütscht. Ain hailig General Concilium zu Trient zu halten.* Qua occasione ἐν παρόδῳ meminisse juvat primarum editionum Concilii Tridentini. Illius nempe Canones ac Decreta primum Romæ A. CIↃIↃLXIV. in fol. publica auctoritate Paulum Manutium integre nosti excudisse; ad ejus vero editionis fidem prima vice in Germania Dillingæ eodem anno in octuplici forma opus istud prælo fuisse subjectum noto, quæ editio mihi præsto est, Pauli III. Bulla modo memorata aliisque instructa. Hi ipsi autem Canones antea jam particulatim prodierunt in lucem; in manibus quippe meis

versatur

versatur ejus Synodi Decretum de Justificatione, in sessione VI. die XIII. Jan. Anno MDXLVII. factum, nec non illud, quod de Sacramentis Ecclesiæ, de residentia ac reformandis in Ecclesia moribus die III. Maji in VII. sessione concinnatum fuit, quæ Coloniæ eodem Anno d. III. Aug. Melchior Novesianus in 8. typis exscripsit. Nunc liceat, ne citius dulcissima isthac, quam Tecum colloquendo percipio, voluptate priver, paucula adjicere de consilio de emendanda Romana Ecclesia jussu Pauli III. P. M. a Gaspare Card. Contareno, Jo. Petro Card. Theatino, Jacobo Card. Sadoleto, Reginaldo Card. Anglico, Federico Arch. Salernitano, Hieronymo Arch. Brundusino, Jo. Matthæo Episcopo Veronensi, Gregorio Abbate S. Georgii Venet. & Thoma Magistro sacri Palatii, ad id delegatis conscripto, cujus mentionem l. c. p. 183. & 190. sq. habuisti. Recudi illud præter alios a Te memoratos in Germania curavit Petrus Vergerius cum præfatione, lectu digna, quam cum ipso illo consilio in Tomo II. Lectionum memorabilium & reconditarum, locupletissimi præstantissimorum monumentorum promptuarii, quo neminem historiæ ecclesiasticæ studiosum

mode carere poſſe arbitror, f. 398. ſqq. (*b*) Jo. Wolfius exhibet. Haud Te fugit, Vir Pereximie, cum Pontifex hoc ſcriptum Cardinalibus inſpiciendum dediſſet, eorumque de ipſo ſententiam poſtulaſſet, Nicolaum Schombergium, Cardinalem Capuanum, teſte P. Sarpio in Hiſtor. Concil. in 4. Trident. Lib. I. p. 91. edit. Francof. A. 1621. prolixa oratione contendiſſe, temporum conditionem nullam ejus generis emendationem admittere: at contra Petrum Caraffam Cardinalem Theatinum, conſilii iſtius cum cæteris auctorem, adeo neceſſariam eſſe reformationem, ut absque grandi piaculo omitti non poſſet, aſſeveraſſe. Mirum vero, ac bis mirum, eundem Caraffam deinde, quum ad ſummum honoris in Romano cœtu faſtigium aſcendiſſet, nomine Pauli IV. adoptato, cum nomine & animum mutaſſe, atque prorſus alium, notabili μεταμορφώσει, redditum eſſe. In librorum

(*b*) Mala in hoc opere bonis mixta eſſe, facile J. H. Bœclero in Bibliogr. crit. pag. 450. edit. Lipſ. largior, qui illud perperam Hieron. Wolfio tribuit, notatus propterea a Celeb. Krauſio p. 878. ſed exquiſitiſſima etiam monumenta magno iſthic numero, quæ alibi fruſtra quæras, exhiberi experientia me plus ſimplici vice edocuit.

rum enim prohibitorum Indicem & hoc Consilium retulit, in litera L. atro carbone notans *Librum inscriptum: Consilium de emendanda Ecclesia*; quod non abs re vitio ipsi dedit Vergerius in annotationibus in istum Indicem scriptis, ac primo ejus operum adversus Papatum Tomo inditis, p. 251. sqq. cujus verba, etsi prolixiora, huc transferre lubet, cum quod alia etiam ad illius consilii historiam facientia suppeditent, tum quod liber sit longe rarissimus, de quo, si placet, confer hujus opellæ Tom. II. p. 407. Ita autem is: *Paulus III. ex omni Episcoporum & Cardinalium numero novem delegit, quibus gravissimis verbis mandavit, ut Ecclesiæ morbos accurate circumspicerent, & nulla aut ipsius Papæ, aut cujusquam alterius habita ratione sibi demonstrarent, jurejurando eos obstringens, addita etiam excommunicationis pœna, ut magno silentio rem agerent. Quocirca deliberatione habita, libello comprehenderunt morbos nonnullos, sed ex levioribus, neque enim ad vivum, hoc est, ad corruptas speciatim doctrinas manus admoverunt, tametsi usi fuerint aliquando verbis paulo liberioribus* — — (Jam consilii summam tradit, quam, cum ab aliis perspicue satis enarrata quoque sit,

 brevita-

brevitatis gratia repetere heic nolo) *Hunc ergo libellum ipsi delecti Cardinales atque Episcopi Paulo III. obtulerunt, qui in summa nihil emendavit prorsus unquam, ut fuit revera omnis correctionis impatiens, si quis unquam Paparum fuit. Quid enim Ecclesiam emendaret homo Epicureus? Accidit, ut libellus, licet Pontifex totum illud negotium arcanum, ut dixi, esse voluisset, opera tamen Nicolai Archiepiscopi Capuani, postea Cardinalis facti, natione Bohemi, astutissimi Monachi, qui illud consilium irridebat, in Germaniam emanarit, de quo statim Lutherus primum, deinde Jo. Sturmius scripsit, deinde ego quoque non semel, & alii etiam insuper. Cum ergo Paulus IV. sensisset, sibi ac sua Romana Synagoga inflicta esse, atque infligi cotidie ex isto libello vulnera non levia, propter liberiores scilicet illas, quas recitavi, voces & confessiones, hunc quoque libellum, si Deo placet, projecit nunc inter eos, quos velit a nemine deinceps legi, hoc est, inter hæreticos. Sed quod caput est, & pluris, quam omnia, ipsemet Paulus IV. fuit unus ex præcipuis, qui concinnarunt & dictarunt libellum. Quis non stomachetur? Quis non horrescat? cum tantam insolentiam, tantam tyrannidem audiat: haud dubie putat omnes nos caudices esse, aut*

stipites,

stipites, qui ista non fuissemus intellecturi & evulgaturi, fortassis etiam in omnem posteritatem, ad gloriam Dei, & ad perpetuam ipsius Antichristi infamiam &c. Laudatus Wolfius l. c. f. 549. sqq. sistit aliud Consilium trium Episcoporum (scil. Vincentii de Durantibus, Episcopi Thermularum Brixiensis, Egidii Falcetæ, Episcopi Caprulani, & Gerhardi Busdragi, Episcopi Thessalonicensis), quod de ratione stabiliendæ Romanæ Ecclesiæ Paulo III. Pont. Max. Bononiæ A. MDXLIX. d. 20. Aug. datum, & post illius obitum in palatio inventum esse dicitur, cujus initium hoc est: *Legatus tuus apud Bononienses significavit nobis, cupere Sanctitatem tuam, ut qui tuo jussu hac in urbe recens congregati sumus, Episcopi terni seorsim consultaremus, quanam ratione stabiliri, augerique sedes Apostolica possit, quæ hoc tempore a perfidis Lutheranis sic infestatur, oppugnatur, ac debilitatur: deque ea re sententias nostras literis explicaremus, quas conferre inter se atque examinare, & de his secum ipse deinde deliberare cupiat. Nos igitur tres infra nominati Episcopi, quanquam nec prudentia, nec doctrina, nec rerum usu plurimum possumus: tamen, ut voluntati tuæ obtemperemus: nostrum in ea re consilium tibi separatim expo-*

exponere decrevimus: ita tamen, ut sanctissimo Beatitudinis tuæ judicio omnia interim permittamus. Sed illam prius suppliciter oratam volumus, caveat, ne nostro huic consilio idem forte eveniat, quod olim sub ejus felicis Papatus initia accidisse meminimus. Cum enim IX. illi Cardinales, & una delecti aliquot Episcopi de ratione reformandæ Ecclesiæ consulerentur, ac Sanctitati tuæ libellum obtulisse, in quo illorum omnium sententiæ perscriptæ erant: illæ cum supprimi & occultari debuissent (quod & Sanctitatem tuam voluisse minime dubitamus) illico emanarunt, & in Germaniam usque dispersæ ac dissipatæ sunt. Atque in hunc modum detegi, patefierique Lutheranis hostibus nostra consilia contigit, quæ res deinde in oppugnandis nobis mirifice illis profuit. Nam libellis illico editis incredibile est, quantum in nos undique odium concitaverint, multos errores atque abusus fateri nos in Ecclesia esse dictitantes, quos tantum abest, ut corrigere ipsi velimus ut vi etiam tueri ac defendere non dubitemus: & si quis est, qui de necessaria emendatione vel biscere audeat, eum terra marique hostiliter persequamur &c. Sed, ut ingenue fatear, mihi integrum hoc consilium a quodam Protestantium partibus addicto post primam ejus lectionem satirice con-

ce confictum videbatur, in qua mea opinione confirmatus deinde sum, cum illud totum primo Vergerii Operum Tomo p. 94. sqq. insertum deprehenderem, hoc tantum discrimine, ut episcoporum nominibus omissis id a quibusdam Episcopis Julio III. Pont. Max. Bononiæ d. XX. Oct. A. MDLIII. datum dicatur, & pauca sub finem de Angliæ Regina inspergantur.

Verum ad prius istud consilium de emendanda Ecclesia ut redeam, Jo. Sturmii Epistola ad Cardinales, quam id ipsi elicuit, recusa est Francofurti A. MDCX. in 4. inter Discursus epistolares politico-theologicos de statu Reipublicæ Christianæ degenerantis: tum de reformandis moribus & abusibus Ecclesiæ, p. 69. sqq. Hosce discursus in dedicatione Melch. Goldasto, Cunr. Rittershusio, & Quirino Reutero se debere tygographus Egenolphus Emmelius profitetur. En eorum indicem, cum liber haud adeo sit obvius: 1.) *Johann. Francisci Pici Mirandulæ & Concordiæ Comitis Oratio ad Leonem X. P. M. & Concilium Lateranense de reformandis Ecclesiæ moribus.* p. 1. 2.) *Ulrichi de Hutten Equitis Franci Epistola ad Bilibald.*

Bilibald. Birckheymerum. p. 14. 3.) *Andreæ Franci Camiciani Epistola ad eundem.* p. 39. 4.) *Henrici Stromeri Aurbachi Medici* Epistola *ad Gregorium Coppum.* p. 42. 5.) *Gregorii Coppi Calvi ad Stromerum responsio.* p. 51. 6.) *Andreæ Franci Epigrammata in Eduardum Leum reformationis ecclesiasticæ oppugnatorem.* p. 66. 7.) *Joannis Sturmii Epistola ad Cardinales de emendatione Ecclesiæ & religionis dissidiis.* p. 69. 8.) *Jacobi Sadoleti Cardinalis ad Sturmium responsio.* p. 98. 9.) *Jo. Sturmii ad Sadoletum Replicatio.* p. 102. 10.) *Jac. Sadoleti Cardin. Epistola ad Philippum Melanchthonem.* p. 122. 11.) *Ejusdem Epistola ad Senatum Populumque Genevensem.* p. 125. 12.) *Jo. Calvini Professoris Argentinensis ad Sadoletum pro Genevensibus Responsio.* p. 145. 13.) *Phil. Melanchthonis Epistola ad Senatum*

tum Reip. Venetæ. p. 187. 14.) *Francisci I. Galliæ Regis Epistola ad Phil. Melanchthonem.* p. 193. 15.) *Phil. Melanchth. ad Regem Responsio.* p. 194. 16.) *Ejusd. ad Joachimum Marchionem Brandenburg. S. Rom. Imp. Electorem Epistola.* p. 195. 17.) *Ejusd. ad Episcopum Parisiensem Epistola.* p. 197. 18.) *Ejusd. Epistola ad Ioh. Sturmium.* p. 199. 19.) *Ejusd. Epistola ad Henricum VIII. Angliæ Regem.* .p. 202.

Cæterum scriptis occasione Concilii Mantuam prius indicti sed deinceps prorogati evulgatis, annumeranda etiam videtur *Georgii Wicelii Presbyteri Conquestio de calamitoso in præsens rerum Christianarum statu*, ad D. T. C. R. Episc. Mag. directa, & Islebii A. MDXXXVII. d. XX. Octobr. scripta, A. autem MDXXXVIII. Lipsiæ ex officina Nicolai Wolrab in 4. edita cum gratia & privilegio Majestatis Reg. De hujus libelli raritate judicium inde facio, quod Hermannus Conringius inter

Wicelii

Wicelii aliorumque scripta varia, de necessitate reformationis Ecclesiæ Romanæ & Trident. Concilii iniquitate, Helmstadii A. 1650. excusa, atque a D. Joanne Fabricio in Histor. Biblioth. suæ Part. IV. p. 195. sqq. enarrata, eum haud exhibuerit. In illo quidem aliquoties acerbe satis in Lutherum invehitur: & qui ab ejus stant partibus, ita tamen, ut nec Romanensibus parcat. Quædam inde loca decerpere non piget. *Quid tu, Vir Præstantissime, sentis, quid ais de hujus nostræ tempestatis tempestuosissimis intemperiis? An possint deteriore in loco esse omnia? An rerum status oecumenicus queat laudis habere minus? Invaluit injustitia postea quam procul hinc fugit justitia, pietas occidit, veritas oppressa est, religio nutat titubatve, fides profligata moeret, innocentia relegata luget, membra Christi disjecta atque confusa sunt, sicut membra Penthei Regis. Nihil ubique totum, nihil sanum. — — — Curia Romanensis atque capitum quorundam ecclesiasticorum intolerabili culpa visitati sumus in judicio, & ut metuendum est, visitabimur etiam in furore, quandoquidem non convertimur ad percutientem nos. — — — — — Ecce securis ad radicem arborum posita est. Tuba speculatoris insonuit.*

insonuit. At quænam tuba? Pœnitentiam agite. Sed quis est prolixior iste atque concisus clangor? Nisi resipueritis, omnes similiter peribitis. Pontifex Rom. primo loco sese reformandum exhibeat, ut cujus ergo sicuti vulgo creditum est, tota hæc orbis discordia pullulavit. Fore autem isthuc, nonnullam spem facit nobis viri istius singularis æquitas. Fertur pius esse, præterea doctus, quo magis consentiat in doctam pietatem & in piam doctrinam. Pium hominem reformare velle absurdum est. Non abnuo, at ego hic de iis rebus magis sentio, quæ Pontificis sunt, quam de ipso Pontifice. Imo de iis magis, quæ non sunt Pontificis, sive quæ non decent Pontificem, utpote apostolicum virum, cui Ecclesiæ pedum, non sceptrum mundi commissum est, & cui claves datæ sunt, non machinæ Martiæ. R.D. Petrus Boschius, Episcopus Aquensis Legat. Apost. cum hic esset, ita mihi in privato colloquio Pontificis animum depinxit, ut non potuerim non polliceri orbi faustum Sydus, & Ecclesiæ navi exoptatam Cynosuram. Mihi enim interroganti, num qua spes reliqua esset in Concilio prava correctum iri, in hæc verba respondit:

Affirmo tibi, correctionem fore a capite usque ad omnia membra. Imo a se ipso

incipiet correctionem Pontifex, invitis etiam Episcopis aliquibus. Qua promissione meis auribus nihil potuit dulcius esse. Promissio mille ducatorum in singulos annos alii grata sit (ut talia sunt piblargyris gratissima) mihi hac, hac inquam promissio pontificia catorthoseos unice fuit tum optata tum accepta. Porro Pontificem suum ultro sequentur Cardinales presbyteri, quos hodie Italia habet in omni eruditionis genere excellentissimos. Nec me ullus e Roma rumor perinde adficit, quam quoties audio Cardinales presbyteros eruditos illic vivere, ut qui cum antiquis Ecclesiæ doctoribus certare possint. Cardinalium presbyterorum exemplum illustrissimum imitabuntur Episcopi, quorum dignitatem pietas ornat. Ordo Sacerdotum haud gravatim subjiciet se Hierarchiæ fastigio, si modo res gradu maturo procedat. Principes quoque sæculares submittent colla reginæ veritati, atque augustæ justitiæ, existimantes nimirum, quanto sit satius, recto itinere ad vitam contendere, quam curvis ambagibus eo deferri, ubi nulla est redemptio. Hujusmodi, dicet aliquis, ad œcumenicum Concilium pertinent. Maxime. At quando præter opinionem differtur Concilium, & mala interim violentius inundant, non debemus

emen-

emendari? Quid si ad Græcas Calendas (quod absit precor) celebretur Concilium, num idcirco nolis bene agere? Non desunt, quibus subit suspicio, propterea in Mandrabuli morem procedere Concilium, quod in eo pseudecclesiastica tyrannis, & injustæ constitutiones, & execrandæ superstitiones, & Aristotelicæ sophisticationes & Thomisticæ fabulationes, atque id genus exitia Christianismi, pristinæ (heu pudendæ) dignitati restituenda sint. Quod ipsum ego si existimarem futurum, quidvis libentius, quam Concilium suaserim. Nunquam fiat Concilium, nunquam inquam fiat, nisi ibi separetur pretiosum a vili, & Evangelii casta veritas super tectum prædicanda quam severissime decernatur. Voluntas certe Pontificis culpa vacat. Indixit, sed Satanas impedivit executionem. Denuo indixit in Italia, sed denuo frustra: & indixit non tam aliis, quam sibi ipsi. Nunc quandoquidem de loco rixantur, petit a Venetis commodum locum, ne desit officio suo. Subvereor tamen, ne & hic Marculphus inveniat, quod causetur. Mantuæ corrigi renuunt, mirum si adnuent Paduæ aut Tervisii. Et quis locus commodus erit tam tortuoso hominum generi? Nolunt ii convinci erroris, alii nolunt mores suos castigari, ideo utrique nolunt venire, quantumcunque (forte leg.

te leg. *qualemcunque*) *etiam civitatem deligas. Si tanta est contentio de loco Concilii, quid porro futurum in ipso Concilii tractatu? Ego sane Paulum excuso, ut qui ex animo toto concupierit Concilii effectum, tantum abest ut refugerit. Id quod si aliunde non sat scirem, poterat me de pectore probi viri certiorem reddere R. Cardin. Jacobus Symoneta, qui proximo Julio mense ad D. Friderichum Nauseam, fratrem meum dilectiss. hac verba scripsit: Deus malefaciat Concilii interturbatoribus. Nam Pontifex eo fuit semper, mihi crede, & eo est animo, ut nihil magis cogitet quam Concilium. Ait se Cardinalem semper suasisse; uti hujus rationis pharmaco Christiana Resp. revocaretur ad sobrietatem, compelleret* (f. compelleretur) *redire ad cor, resurgeret ad justitiam & probitatem. Cum vero nunc summam ipse teneat, asserit se omnia posthabiturum Concilio; quod impediri Principum discordiis, inimicitiis, odiis, injuriis, valde dolet ac lamentatur. Decreverat ipse omnino proficisci, ut edixerat per nuncios suos Christianis omnibus, sed est hominum & temporum culpa invitissime retardatus: distulitque in Calendas Novembris. Utinam & hanc statutam diem nobis non auferant, partim Turchica, partim domestica bella, contentiones item litesque de*

loco.

loco. Nam de hoc puncto disceptatur vehementer a mundi principibus. Alius alio tendit, quod unus vult, renuunt alii: is civitatem hanc, alius aliam postulat: hic vult tuto venire, ille nihil ait esse tutum. Paulo post: Tanta est in hoc sanctissimi Domini nostri perseverantia, firmitas, constantia, ut libere audeam ego eos, qui impedimento sunt, gravi scelere obstrictos esse judicare, quandoquidem vastitatem inferunt ecclesiæ &c. Hæc Symoneta. Neque tamen nobis spes omnis omnino eripitur, quin sit aliquando futurum Concilium, & illud tanto gravius, quo serius. Heu nobis, quam lugubre est, negotium ita necessarium, ita exoptatum, ita bonum tanto impediri tempore. Si quid doloribus possemus efficere, nihil reliquum foret mali. Sed præterquam quod dolentes nihil proficimus, subsannamur etiam ab iis, quibus dolendum erat Concilium. Sustinemus exprobrationes odiosissimas in turba derisorum, nomine Concilii. Et ea ratione in tantum abit contemtum Concilii vocabulum, ut vix aliquid supra. Italia hanc ob causam nunquam pejus audivit inter Germanos. Boni animi gemunt ad hos casus. Magna pars desperat de catorthomate, quippe toties verbis promissæ pacis inanibus delinita. Alii convitiantur tam Papis quam Lutris, ut

qui in causa sint non calamitatum harum modo, sed & auctarum in horas. Sed omnino tantem futurum est Concilium, idque forsan vocante Cæsare, quandoquidem ad Pontificis bullas surda est Germania. Interea vero quid faciemus? Papa non ea gerat, quæ gerere Papam decet? Nec Episcopus, quæ Episcopum: nec Abbas, quæ Abbatem: nec Sacerdos, quæ Sacerdotem: nec Monasta, quæ Monastam? Me consule, seu hortatore potius, faciemus suum quisque officium, non aliter animati, quam si in quinquennium prorogetur Synodus. In quinquennium non prorogabitur, (c) attamen interea multi menses, dies & horæ labuntur. Quid si intra lustrum hoc te metat orcus? Causabere apud generale tribunal, te fefellisse Concilium? &c. Sed de his satis, ne modum epistola excedat. Jam ad Te, ὦ φιλ-λατε. Quam vellem, ut tam mihi cognitum esset verum nomen Tuum, quam perspecta & explorata mihi est Tua probitas & eruditio! Non adeo forte procul a Te me remotum esse, præsagit animus: Sueviam enim nostram Te ornare, indicia haud

(c) Imo ulterius, & fere in alterum quinquennium, mi Wiceli, prorogatum fuit. Nam licet illud Paulus III. A. MDXLII. indixerit, prima tamen ejus Sessio sub finem demum Anni MDXLV. habita est.

haud obscura mihi persuadent. At ubinam locorum Tua gaudia, Musas, tam strenue, tam feliciter colas, me juxta cum ignarissimis scire profiteor, & doleo. Quam jucundum, quam fructuosum mihi foret, amice Tecum per literas serere colloquia, Tuis frui consiliis, a Te excitari, a Te discere! Redde, quæso, me voti damnatum, ac a me ea omnia expecta, quæ a Tibi amicissimis, ac observantissimis virtutum Tuarum cultoribus expectare potes. Ita vale, Irenæe Suavissime, ac rebus prosperrimis semper fruere. Dabam Memmingæ A. R. S. MDCCXXVII. XIIII. Kalend. Junii.



V.

VARIÆ OBSERVATIONES.

§. I.

IN ſuperiore parte (*a*) cauſam egimus D. Chriſtophori Schappeleri, primi Eccleſiæ patriæ reformatoris, eumque a nonneminis criminationibus, tabularum publicarum fide, annaliumque & aliorum bonæ notæ monumentorum teſtimonio, vindicavimus. Interim vero, quum nobis illum Memminga Sangallum confugiſſe, ibique ſuam fixiſſe ſedem compertum fuerit, per Fautorem quendam iſthic inquiri curavimus, nunquid præterea certi de ipſo indagari poſſet. Nec irritus fuit conatus. Paulo poſt enim is mecum communicavit quædam, Schappelerum concernentia, ipſa Summe Reverendi Senis Jo. Jacobi Schereri, Sangallenſis Capituli Decani præclare meriti, manu e Biographia Vener. Miniſterii Sangallenſis, quæ in librario eccleſiaſtico adſervatur, decerpta. Operæ pretium videtur,

(*a*) p. 326. ſeqq.

detur, eorum notitiam candide hic Lectoribus meis suppeditare. Cognovi nimirum inde, Schappelerum Sertorii etiam nomine usum esse, quod tum suspicabar (*b*): Anno MDXXIII. cum Vadiano Præsidem Tigurinæ disputationis electum: Memminga NB. ob religionis controversias abire coactum, & A. MDXXVIII. d. 15. Nov. a Magistratu Sangallensi verbi divini in D. Catharinæ Monasterio & Xenodochio præconem constitutum, eodemque anno ad Badense colloquium ablegatum: sed An. MDXXXI, ob varias causas ab officio dimissum, A. autem MDXLII. d. 24. Julii alii ecclesiæ (*zum Linsibühl*) præfectum, & A. MDXLIII. aliquandiu iterum remotum, verum ultimo Octobris ab eodem Magistratu hac conditione, ut in gratiam cum collegis suis rediret, restitutum, atque præconem ad D. Magni creatum, A. tandem MDLI. cum paulo ante dimissionem ipse petiisset, haud vero obtinuisset, d. 25. Aug. diem supremum obiisse. Vir dicitur fuisse fervidus & contentiosus, sed eruditus, qui sæpenumero fassus sit. *Er sey in dem Papstum* Doctor Theologiæ *ernennet, und vor einen Meister Hämmerlein angesehen worden, da Er*

S 5 *doch*

(*b*) p. 330.

doch auf denen hohen Schulen nichts als den Narristotelem, *und Meister von hohen Unsinnen* Petrum Lombardum *gelernet, und die Heil. Schrifft niemalen gelesen habe.* Nihil ex hac relatione Kuttgii convitiis accedit ponderis: nam licet inde Schappelerum vehementis virum ingenii fuisse appareat, cætera tamen ipsius criminationibus reclamant. Hinc enim elucet, eum, quem iste ante Munzeri necem, quæ A. MDXXV. contigit, infeliciter in acie cecidisse nugatur, A. demum MDLI. fatis functum esse. Dein verisimile nequaquam est, inclytum Magistratum Sangallensem infamem seditiosæ rusticorum turbæ antesignanum in sacrum suæ civitatis ministerium cooptaturum unquam fuisse.

§. 2.

His diebus forte fortuna aliud agendo in Joannis Trithemii Sermones & exhortationes ad Monachos (*c*) incidens, per otium eas pervolutavi, probe gnarus, Virum, inter sui ævi πολυμαθεστάτους merito refe-

(*c*) Prodierunt A. MDXVI. in fol. ex officina typographica Joannis Knoblouch impensis Joannis Haselbergeri de Augia Constantiensis diœceseos.

referendum, scriptis etiam dogmaticis & moralibus varia inserere consuesse, quæ inibi haud facile quæsiveris, notatu tamen dignissima. En quædam, in eo libro observata, e pluribus, speciminis loco, quæ injucunda spero fore nemini. In Homil. VII. fol. 16. ita suos alloquitur Vir diligentissimus: *Nullum est opus manuale, quod monachum meo judicio plus deceat, quam libros sacræ lectionis scribere, & scribentibus aliis necessaria præparare. Hunc enim sanctum laborem oratione plerumque licebit interrumpere, & pro cibo mentis non minus quam corporis vigilare. Necessitas etiam nos urget libris scribendis cum diligentia intendere, si cupimus habere ad manum, unde nos mutuo possimus in studio spirituali utiliter occupare. Cernitis enim hujus cœnobii bibliothecam omnem, quæ olim fuit insignis & magna, per deformatos ante nos monachos usque adeo distractam, venditam & alienatam, ut ultra quatuordecim volumina non fuerint hic a nobis inventa. Industria quidem impressoriæ artis, nostris diebus nuper apud Moguntiam inventæ, multa quotidie volumina producit in lucem, sed comparare nobis omnia nequaquam est possibile, qui adhuc maxima deprimimur egestate. Quocirca vos moneo & hortor, qui* *ad*

ad externos manuum labores non satis libenter occuritis, quatenus ad honorem Dei scribendis voluminibus quam diligenter laboretis: quia sicut otiositas inimica est animæ, sic labor moderatus spiritualis conservator est vitæ. Discimus inde, 1.) quis olim labor monachos in cœnobiis bene constitutis potissimum occupatos tenuerit; librorum nempe descriptio, & necessariorum ad scribendum præparatio. Digna sunt, quæ hic legantur ejusdem Trithemii verba, quibus alibi (*d*) monachos compellat: *Unus corrigat, quod alius scripsit, alius rubro perornet, quod ille emendavit; hic notis distinguat, alius schematibus, conglutinet iste, aut liget codicem asseribus: tu aptabis asseres, iste corium, laminas iste præparet ad ornatum: scindat unus pergamenum, alius purget, tertius lineando scriptoribus aptet, alius encaustum, alius pennas ministret.* 2.) Quam indigne contra quondam ab illiteratis, & omnia potius alia, quam libros curantibus monachis habita fuerint eruditionis & pietatis priscæ monumenta. Quatuordecim duntaxat volumina in Monasterii Spanheimensis

(*d*) In tractatu de laude scriptorum manualium, cit. in disceptatione de Secretis Societatis Jesu, Moguntiæ, A. 1617. in 8. edita p. 135.

ſis Bibliotheca, quam olim inſignem & magnam fuiſſe dicit, inveniſſe ſe teſtatur Trithemius: fortaſſis paulo ante omnino nulla adfuerunt. Anno enim MCCCCLXIX. auſpiciis Friderici Comitis Palatini & Bavariæ Ducis iſtud cœnobium, antehac peſſime deformatum, in meliorem ordinem fuit redactum, pulſis inde indignis inquilinis, quinque ſcilicet monachos cum abbate Ottone de Colonia, quos vitam diſſolutam egiſſe idem teſtis eſt, & aliis quatuor in eorum locum introductis, datoque ipſis præſule Joanne de Colenhauſen, quem multis encomiis decorat noſter, ac inter cætera virum æterna memoria digniſſimum vocat. Credibile vero haud eſt, hunc per quatuordecim annos, quibus monaſterio laudabiliter præfuit, nullum prorſus volumen paraſſe, omnemque librorum curam abjeciſſe. 3.) Poſt excogitatam Moguntiæ, cui inventionis hic laudem tribuit (*e*) Trithemius, teſtis fere coævus, & in vicinia degens

(*e*) Diſtinctius idem hujus inventionis hiſtoriam enarrat in Annal. Hirſaug. Part. II. nec non ſub calcem Breviarii primi voluminis Hiſtoriarum de origine Regum & Gentis Francorum, Moguntiæ A. 1515. editi. Ejus verba poſt alios recitavit Clar. Maichelius in Notitia Bibliothecarum Pariſ. p. 69. ſq.

gens, adeoque fide dignissimus, typographicam artem adhuc libros, etiam typis excusos, describi solitos esse. Hæc quum in chartam conjicerem, ea mentem subiit cogitatio, qui factum sit, ut tanta hodie librorum primitus impressorum penuria laboremus. Albo certe corvo rariora sunt Psalterium A. MCCCCLVII. Durandi Rationale divinorum officiorum Anno MCCCCLIX. Catholicon A. MCCCCLX. Clementis Constitutiones Anno itidem MCCCCLX. & Biblia Latina A. MCDLXII. excusa (*f*). Credo equidem, quanquam nondum id plane victum sit, pauca tum exemplaria typis fuisse exscripta: sed eorum tamen numerum ad aliquot centena assurrexisse arbitror, cum hodie adeo pauca supersint; ut facile illa digitis computare queas. Præterea mirabar, ab Anno MCCCCLXII. ad A. usque MCCCCLXV. nihil prorsus, quod quidem constet, librorum orbi dedisse officinam Jo. Fausti & Petri Schoefferi, hominum maxime industriorum, quorum studio & solertia ars non amplius

(*f*) Taceo prima artis rudimenta, ligno incisa qualia recensui Tom. I. p. I. sqq. Tom. II. 328. & Tom. IV. p. 293. sqq.

amplius rudis sed satis jam exculta erat. Officia profecto & Paradoxa Ciceronis, quæ sub finem demum A. MCCCCLXV. vel initium sequentis prodiisse (*g*) videntur, modicæ volumen molis, trium annorum laborem postulasse probabile non est. Aut omnia igitur me fallunt, aut Marti, jurato & irreconciliabili Musarum hosti, utrumque adscribendum venit. Scilicet Pius II. Pont. Max. Dietherrum Isenburgium, qui iniquis ejus exactionibus se opposuit, Archiepiscopatu Moguntino dejecerat, surrogato in illius locum Adolpho Nassovio. Uterque non destitutus erat adjutoribus. Ad arma igitur processum, ita vero, ut tandem Adolphi fautores Moguntiam Anno MCCCCLXII. ad finem vergente, quo Biblia lucem adspexerant, occuparent. Omnia tum ibi incendio, rapinis, cædibusque repleta. En! Dabimus brevem hujus cladis descriptionem e nostro Trithemio

(*g*) Utrumque Tullii Officiorum & Paradoxorum de A. 1465. & 1466. exemplar accuratissime se contulisse, nec quicquam præter subscriptionem, quo hoc ab illo differat, invenisse testatur Maittaire in Annal. Typogr. Tom. I. p. 60. ut parum absit, quin una eademque videatur esse editio.

mio (*b*) : *Coadunati cives fortiter contra hostes pugnaverunt, & cum eos bis terque retrocedere compulissent, numero tamen eorum tandem superati sunt, & quadringentis eorum occisis succubuerunt. Num hostes ab una parte cum civibus acriter pugnabant, & in alia parte civitatem per traditores fecerunt incendi. Unde miseri cives & urbem ardere videntes, & se imparibus viribus cum hoste decertare non posse considerantes, projectis armis deditionem fecerunt. Quo facto civitate pulsi sunt omnes, qui arma ferre potuissent; & tam celeriter exire coacti, ut ne quidem salutatio suorum concederetur. Egrediebantur enim necessitate urgente omnes, uxoribus, liberis, amicis, & bonis omnibus in hostium potestate relictis, & ibant egentes atque mendici. Prædam hostis reperit ingentem, quæ non unius civitatis, sed pene totius patriæ thesaurus esse videbatur. Omnium namque in circuitu Monasteriorum, Ecclesiarum, nobilium & rusticorum bona mobilia in civitatem fuerant reposita, metu hostilitatis a facie inimici. Nemini parcebant, non clericis, non claustralibus*

(*b*) In Commentario de Rebus gestis Friderici Palatini Electoris, ejus nominis primi, Victoriosi vulgo dicti, quem cum notis Marquardus Freherus Heidelbergæ in 4. A. 1602. edidit. p. 31. sq.

libus, non civibus: sed quidquid poterant in tota civitate invenire, absque ulla miseratione rapuerunt. Videres ministros Christi sacerdotes una cum Judæis crudeliter captos, & in altam villam satis ignominiose duci ligatos &c. Haud itaque dubito, non multa solum librorum antehac impressorum exemplaria, quæ vel Moguntiæ in variis bibliothecis vel intra privatos adhuc Fausti & Schœfferi parietes, arte nondum satis per orbem cognita, delituerant, in ista strage periisse, verum etiam instrumenta typographica, quæ rebus ita afflictis non adeo celeriter reparari poterant. Obfuit ergo litteris Pius II. qui, cum adhuc Æneas Sylvius esset, tanto eas complexus amore, ac tot de illis nominibus præclare meritus erat, sed ita obfuit, ut simul iisdem maxime profuerit. His enim turbis Moguntia ejectus Apollo, quietis amans, alias tutioresque quæsivit sedes, primorumque typographorum ministri ac laborum socii, libertatem anhelantes, e suis evolarunt angulis, beneficio cœlitus dato alias etiam regiones beaturi: atque ita nobilissima ars, e latebris veluti prosiliens, non reliquos tantum Germanos, sed & italos, Gallos, & penitus toto divisos orbe Britannos paulo post luce

ſua colluſtravit. Hæc quæ nonnullam hiſtoriæ typographicæ lucem fœnerari poſſunt, Cel. Maittaire in Annalibus ſuis non attigit: Mallinkrotius autem, quod his jam ſcriptis demum obſervavi, ſummis tantum digitis, & in transcurſu quaſi, notans ſcilicet (*i*), Salmuthum divulgationem typographiæ in eundem annum 1462. quo Moguntia capta, direpta, & incenſa fuit, collocare, hoc adjecto epiphonemate: *Mirabili ergo divinæ bonitatis providentia peſſimæ omnium erynnes, privata diſſenſio* (artis nempe inventorum) *& publicum bellum in bonum ceſſerunt, & ars utiliſſima multis alias annis adhuc lucem ſubterfugitura, iſta occaſione maturius orbi innotuit, latiusque prodeſſe cœpit.* Cæterum ab eo tempore fere typographi, qui certatim in aliis locis celebrioribus officinas inſtruxerunt, Moguntiam vitaſſe videntur. Præter enim Schœfferum (nam Fauſti poſt edita Ciceronis officia non amplius habetur mentio) ad annum usque MCCCCLXXXVI. quo Erhardus Reuwich de Trajecto inferiori nonnihil ibi impreſſiſſe dicitur, nullius typographi Moguntini Maittaire meminit.

§. 3. Nunc

(*i*) In Diſſ. Hiſt. de ortu & progreſſu artis typograph. Cap. XII. p. 81.

§. III.

Nunc revertamur ad Trithemium, paucula ad ipsam ejus vitæ historiam pertinentia notaturi. Hosce sermones & exhortationes scripsit A. MCCCCLXXXVI. cum ætatis vigesimum quartum ageret annum. In Homiliarum enim calce hæc leguntur: *Libri primi exhortationum ad monachos finis adest manu mei propria Joannis Trithemii Abbatis Spanheimensis scripti IX. die mensis Junii. Anno Christianorum Millesimo quadringentesimo LXXXVI. Indictione quarta. Anno ætatis meæ XXIIII. Hoc opus dicavi antecessori meo nunc Abbati Selgenstatensi charissimo.* Secundum vero exhortationum librum die prima Septembris ejusdem anni se absolvisse ipsemet quoque testatur. In illo ipso autem ævi flore vigente sui aliquamdiu jam Abbatis munus sustinuerat: sed quam modestum in eo dignitatis gradu se præbuerit, hæc ejus verba (*k*) hos edocent: *Quotienscunque, fratres charissimi, ad memoriam illius recordatio momenti venerit, quando reclamantem & renitentem me vobis indignum constituistis abbatem: totiens amaritudine cordis mei totus in memetipso concutior,*

(*k*) In Homiliæ secundæ exordio.

& lacrymas etiam invitus & nolens fundere compellor. Novi enim, quod meritis meis non sum vobis prælatus: si autem vestris id factum sit nescio: concedat omnipotens Deus, ut de meritis non sit facta vel meis vestrisve hæc ipsa de me ordinatio. Cur ita voluistis, fratres? juvenem me indoctum & nequaquam idoneum ad militiam, quam profitemur, erexistis in ducem; ut mihi docere simul & discere omnino jam sit necessarium, quando nec vitæ perfectio commendat doctrinam, nec ætatis consideratio necessariam pastori adhuc consequitur auctoritatem. In isto jam triennio satis experior, quantis sum miseriis involutus: dum omnium vestrum portare infirmitates solus ipse compellor, & a nemine infelix ego supportor. Quis me liberaverit de mundi hujus vanitatibus, in quas rovocatus sum! qui ut omnem præsentis vitæ curam & solicitudinem subterfugerem monasterium intravi &c. Divini oracula verbi eum impensissime, præter illius seculi morem & genium, adamasse, maximique merito fecisse, longe autem alia præditos fuisse mente monachos ejus cœnobii, cui præfectus erat, ex his verbis (*l*) patet: *Videmus inter vos quosdam scripturarum ignaros, instabiles mente, discolos, vagos, quibus*

eo ma-

(*l*) In Homil. IV. f. 11.

eo magis imputamus ignorantiam, quo minus inclinantur ad disciplinam. Turpe quidem est nescire, quod scire juberis: turpius non discere; turpissimum vero contemnere. Et sunt inter vos quidam, qui scientiam salutarem nesciunt: sunt etiam, qui discere negligunt: quid si addam esse & alios, qui scientiam divinarum scripturarum penitus contemnant. Certe non mentior: vos scitis, quia verum est, quod dico. Nam studiis meis nonnulli vestrum atque ad invidiam graviter adversati sunt, aratorem se malle habere prælatum, quam oratorem cavillantes. Nonne & visitatores in suam trahere sententiam tentaverunt? cupientes me illorum hortatu in abnegationem traducere scripturarum, ut ruricolam facerent & porcorum curatorem potius quam animarum. Sed frustra conantur divinum impedire oraculum, quo impellente omnes mundi honores atque divitias, quamdiu vixero, studio postponere decrevi scripturarum. Abbas sum vester, quamdiu voluerit ille me, qui me vocavit: si alterum e duobus oporteat, abbatiam malo dimittere, quam sancto scripturarum studio renunciare. Scio enim vere, nihil in hac vita homini claustrali salubrius posse contingere, quam si divinas coeperit scripturas veraciter amare. Quisquis vestrum hanc institutionem meam sequi voluerit, me du-

cem itineris pariter & comitem habebit. Qui autem sequi discentem contempserit: docentem nihilominus audire compelletur vel invitus. Verba certe cedro dignissima! Plura quo minus jam ex hocce libro decerpam, spatii, a Bibliopola ob figuras huic tomo additas definiti, prohibet angustia.

§. IV.

Varia ad historiam Confessionis Tetrapolitanæ, ad quam in tomo superiore analecta dedimus, illustrandam facientia passim suppeditat summe Venerandus D. Valentinus Ernestus Loescherus in Historia Motuum inter Evangelico-Lutheranos & Reformatos, curate & erudite conscripta. Nos heic unicum addimus, incidisse interim in manus nostras ejus Confessionis & Apologiæ editionem Germanicam, cujus, cum cæteras pag. 381. enarraremus, haud meminimus. Prodiit ea in forma quadrifariam complicata Neostadii (*an der Hardt*) ex officina Matthæi *Harnisch* Anno MDLXXX. cum præfatione editoris, in qua summis ista evehitur laudibus, & omnibus reliquis confessionibus tantum non præfertur.

§. V.

§. V.

Quum mea de libris combuſtis typis jam eſſet exſcripta, nactus ſum Clar. Chriſt. Frid. Schindleri Diſſertationem epiſtolicam ad ſumme Rev. Lubecenſium Antiſtitem D. G. H. Goetzium de Theologis eruditis per ignem hoc ipſo anno Schneebergæ excuſam, in qua enumerantur Theologi, quorum Bibliothecas ignis vel prorſus abſorpſit, vel damno haud levi adfecit, ſequentes: Jo. Gerhardus, Jo. Amos Comenius, Jo. Valentinus Andreæ, Petrus Krogius, Georgius Vallius, Paulus Hofmannus, Samuel Langius, Michael Foertſchius, Daniel Hænichen, Georgius Seidelius, Jo. Gebhardus, Henr. Arn. Stockflethus, Jo. Rich. Otto, Jo. Mart. Schamelius, Jo. Paulus Seyfartus, & Gottfr. Schumannus, quibus ipſe etiam doctiſſimus Auctor annumerandus eſt. Eruditis autem, qui ſuas ipſi lucubrationes combuſtas voluerunt, accenſendus venit JOSEPHUS ANTONIUS VACCARI, Ferraræ Anno 1717. d. 23. Febr. defunctus, qui paulo ante ſuprema fata, ut poſt obitum nonnulla ſua poëmata Italico & Latino ſermone conſcripta & philoſophica quædam opera flam-

ra flammis traderentur, mandavit, quod etiam factum est (*m*).

§. VI.

Dixi superius p. 98. Paulum IV. P. M. primum catalogum hæreticorum & librorum damnatorum typis vulgari curasse; sed didici deinde e Petri Pauli Vergerii primo operum contra Papatum tomo p. 236. cum quidem primum hujus farinæ indicem Romæ A. 1559. publicasse, alios vero ejusmodi catalogos quatuor antea jam alibi in Italia prodiisse. En ejus verba: „Cum ante decenninm Papæ animadver-„tissent, in Italia quoque Evangelii facem, „licet exiguam, accensam esse, & libros „nonnullos ex eo genere circumferri, „quos ipsi (pro summa eorum cum Deo „& Christo inimicitia) summe oderunt, „Sorbonistas atque Lovanienses imitati, „Catalogum conscripserunt, in quo pau-„cos quosdam, vix LXX. notarunt, & „condemnarunt. Contra hunc, qui „omnium primus in Italia prodiit, novum „scilicet monstrum, anno scilicet 48. Ve-netiis

(*m*) Vid. *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen*, A. 1719. p. 60.

netiis impressum, scripsi quædam Italice „ & reprehendi illorum non modo impieta- „ tem & blasphemias, sed inscitiam quo- „ que singularem. Quare haud multo post „ anno scilicet 1552. alterum Florentiæ „ promulgarunt, in quo emendarunt qui- „ dem (quod fuissent a me moniti) non- „ nullos errores, sed novos, & quidem val- „ de pudendos admiserunt. Cum vero con- „ tra hunc quoque stylum acuere zelus glo- „ riæ Dei me impulisset, ecce tertium con- „ cinnarunt A. 1554. Mediolani, emenda- „ tis quidem aliquot ex erroribus, quos „ ego indicaveram, sed additis interim non- „ nullis nihilo deformioribus, quam fue- „ rant priores. Quid multa? Quartum „ quoque Venetiis eodem anno 1554. edi- „ derunt, quem cum vidissem novis qui- „ busdam ineptiis atque stultitiis & pene fu- „ roribus refertum, hunc quoque excipien- „ dum putavi meo scripto, non Italico am- „ plius, sed Latino. Postremo hoc ipso „ scilicet anno 1559. Romæ fabrica- „ runt quintum &c.

FINIS.

Sphalmata extantiora sic emendanda.

In Tom. V. Pag. 83. lin. 17. *Leypus.* leg. *Peypus.* p. 85. lin. 15. *Haymerni.* leg. *Haymerani.* p. 86. lin. 10. *Summarias.* leg. *Summariis.* *ib.* lin. penult. *maluerit.* leg. *maluit.* p. 87. lin. 23. post *tamen*, adde *quædam.* p. 88. lin. 21. *insensissimi.* leg. *infensissimi.* p. 91. lin. 16. *refertur.* leg. *referuntur.* p. 93. lin. 1. *pluraque.* leg. *pleraque.* - lin. 24. *ad marginem.* leg. *in margine.*

In Tom. VI. Pag. 354. lin. 20. dele *que.* p. 374. l. 15. alienam. ibid. post *in* add. *eo.* p. 399. l. 1. movit. p. 479. l. 19. expiravit. p. 486. l. 8. Græce & Latine. p. 608. l. 9. cedent. p. 612. l. 23. Natalis Alexandri.

In Tom. VII. Pag. 76. l. 2. tristissimas. p. 77. l. 25. Sueticorum. p. 82. l. 6. itidem. p. 91. l. ult. ad quod p. 94. l. 9. e Græcia. p. 95. l. 17. prostet. p. 98. l. 3. post P. *M.* add. *qui.* p. 106. l. 2. perniciosior. p. 114. l. 4. Corpora. p. 116. l. 13. post *hæreticorum* add. *copiam.* p. 120. l. 3. post *hominum* add. *vel.* p. 125. l. 23. pro *Husitus* leg. *Junius.* p. 151. l. 4. undas. p. 156. l. 3. quas. p. 165. l. 25. possent. p. 169. l. 27. Niceta. p. 171. l. 1. dele *in Belgium.* p. 285. l. 9. monachis.

Errores vero typographicos in prima & tertia dissertat. commissos, temporis brevitate impeditus, ipsis doctissimis earum Auctoribus castigandos permitto.

AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ OBSERVATIONES

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

TOMUS OCTAVUS.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI,
MDCC XXVIII.



PERQVAM GENEROSO
ATQVE
CONSVLTISSIMO

DOMINO DOMINO
TOBIÆ HERMANNO

JVRISCONSVLTO CONSVMMATISSIMO SERENISSIMI ATQVE CELSISSIMI PRINCIPIS AC DVCIS WIRTEMBERGICI, ETC.
CONSILIARIO DIGNISSIMO
ET
REIPVBLICAE MEMMINGENSI A SECRETIORIBVS CONSILIIS
VIRO DE PATRIA MERITISSIMO

DOMINO ET MAECENATI
SVO SVMMOPERE DE-
VENERANDO

SEQVE SVVMQVE LIBELLVM
SACRATVM DICATVMQVE
CVPIT

J. G. SCHELHORNIUS.

Pri-



PRidem in ære TVO ſum, immo totus TIbi, quantuluscunque ſum, mancipatus, VIR PERQVAM GENEROSE, qui ea hactenus me immerentem benevolentia proſecutus es, quanta ſolet

 eſſe,

esse, cum est maxima. Tantum vero abest, ut levidensi hac charta nominibus solvendis me parem esse existimem, ut ea potius, veluti syngrapha, æternum TVVM debitorem me publice profiteri gestiam, qui, quicquid in me est virium, TVIS nutibus ex asse devotum ardentissime cupio. Exposituro certe mihi sanctissimum illum cultum, quo summa TVA in patriam merita, quo inusitatam TVAM humanitatem, quo promtissimam animi TVI maximis rebus tractandis aptis-

aptiſſimi vim, quo admirandam conſiliorum præſentiam, quo incredibilem in eo honorum faſtigio moderationem, reliquarumque rariſſimarum virtutum congeriem in TE obviam demiſſe veneror, verba deſunt, verbaque exquiſitorum tanta rerum in TE ſummo jure laudandarum copia obruit, ut nihil, quam parum dicere malim. Neque opus eſt, ut multis ea prædicentur elogiis, quæ omnium, qui TE norunt, oculis ſunt expoſita. Norunt cives no-

ſtri, quantos in eo jam, quo viges, ætatis flore pro patriæ commodis auſpicato domi foriſque in ampliſſimis legationibus exantlaveris labores, ædeſque TVAS venerabundi ſuſpiciunt, e quibus conſilii inopes & afflicti nonniſi *læ*tiores ac ſublevati redire queunt: ut noſtratium neminem eſſe arbitrer, qui TE non amet, & revereatur eximie, TIBIque perpetuam incolumitatem & fauſta animitus apprecatur omnia. Venerantur prudentiam & æquitatem TV-

AM

IAM exteri, qua plus ſimplici vice graviſſimas lites inter eos exortas AVGVSTISSIMI NOSTRI IMPERATORIS, quem DEVS ſervet! juſſu feliciter compoſuiſti, resque collapſas ad votum reſtituiſti: Æſtimant TE infimi, medioxumi, ſummi, ipſique etiam in celſiſſimo dignitatis apice locati. Talis autem cum ſis, non poſſunt non & Muſæ, quarum patrocinium inter tot publicas curas haud invitus geris, in TVVM, MAECENAS, confugere ſinum.

Non enim dedignaris id, quod a Republica administranda TIBI supereſt, temporibus illis tribuere, mentemque, aliis laboribus laſſatam, literarum ſtudiis refocillare. Permitte igitur, quæſo, ut hoc, quicquid eſt opuſculi, Venerabili TVO Nomini inſcribam, ſimulque in Orbis eruditi conſpectu me cultorum TVORVM devotiſſimum profitear. Mei ſane ante obliviſcar.

Et prius e feſſo ſecedent corpore ſenſus,

quam

quam favoris TVI & beneficiorum in me profusorum me capiat oblivio. Servet TE præpotens Numen cum GENEROSISSIMA CONIVGE & Charitibus TVIS quovis desiderandæ hominibus prosperitatis genere mactatum, ac in posterum etiam res a TE cum publice tum privatim gerendas secundet!

Ita vale, *O rerum TV grande Decus Columenque mearum*, ac porro TIBI

TIBI me commendatum habe.

Dabam Memmingæ A. O. R. M DCC XXVII. d. 6. Decembris.

Con-

Emendanda & addenda.

In Tom. VII. p. 6. lin. 4. leg. Verum. p. 104. l. 23. Carniola. & l. 25. Carniolæ. p. 118. l. 22. notisque pro nobisque. p. 120. l. 5. post *triumphati* add. olim. p. 177. l. 15. Apuleji. l. 18. impostura. Arithmetica philosophica. p. 178. l. 13. initiationis. l. 34. κοσμογονία. p. 179. l. 28. & sæpius lege Pythagoras pro Phytagoras. p. 182. l. 14. καλαχυρίσαι. p. 187. l. 14. THOM. p. 188. l. 6. ἐπιμελλαθῆναι. l. 16. ceremoniarum inscredendas pro *in ceremoniarum credendas*. l. 20. & quos pro *quas*. p. 190. l. 9. eorum. l. 22. Ἰούς. p. 193. l. 26. SCHEFFER. p. 194. l. 14. πυθαγόρας. p. ead. add. inprimis vero multus in probandis Pythagoræ scriptis fuit LEO ALLATIUS in Diss. de scriptis Socratis p. 81. sq. p. 195. l. 20. add. & qui Allatii rationibus abunde satisfecit B. Gottfrid. Olear. in diatrib. de scriptis Socratis in Stanleji Hist. Phil. P. III. c. 18. p. 198. sqq. p ead. lin. penult. add. & Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. 12. p. 451. sqq. p. 196. l. 4. coævus. p. 198. l. 3. add. conf. Fabric. l. c. p. 456. pag. ead. l. 9. ὀυδείς. l. 23. de Diis. p. 199. l. 20. add. Diogenem vero Laërtium male & contra verborum fidem ad Heracliti provocare testimonium, evidentibus rationibus probavit Cel. Fabric. Bibl. Gr. L. II. C. 12. p. 453. & ante eum Dodwellus de ætat. Pythag. p. 119. quos vide. p. 200. l. 26. στῦθιον φυλαχθεῖσα. p. 201. l. 9. θυγατέρων. l. 10. δοῦναι. p. 202. l. 6. δίδοσθαι. l. 7. πωλεῖσθαι, p. 204. l. 3. HOLSTENIO. l. 18. Aegyptiorum. p. 207. l. 22. ἴδιον. l. ult. alium. p. 208. l. 23. ἀινιγματώδεις. p. 210. l. 13. add. quanquam ipsum Pythagoram, utpote Samium, verosimiliter non abhorruisse ab Jonica dialecto probe observat Cel. Fabric. Bibl. Gr. L. II. C. 12. p. 456. p. 211. l. 23. indeque. p. 212. l. 17. Huom. pro Guom. p. 214. l. 17. delusa. p. 220. l. penult. apud hanc pro hanc. p 225. l. 6. HIEROCL. l. 23. ex quo. p. 229. l. 6. πηγῶν. p. 231. l. 6. ex iis pro *iis* l. 24. θῆλυς. p. 232. l. 18. ἀρρενόθηλυς. p. 233. l. 9. laudavimus. p. 239. l. 26. vinculis pro cingulis. p. 244. l. 17. reminiscentia. p. 248. l. 18. numerorum. p. 263. l. 23. post *Petrus* add. Paulus p. 295. l. 2. post *combustis* add. dissertatio. l. 13. Vallinus.

In Tom. VIII. p. 300. l. 3. Platonis pro Platonicis. l. 18. post *Apolog.* add. pag. p. 301. l. 21. post *ad* add. h. p. 302. l. 17. pro *vel* leg. id. p. 303. l. ult. attache. p. 304. l. 2. contenter. l. 18. Epicharmum. p. 309. l. 25 ἀπαίτλων. l. 26. ἀντιζωπύρει. l. 27. ἀπίσωζι. p. 311. l. 16. φρόντων. Καὶ ὡς. l. 17. τέλαντας. l. 18. ἀρυόμεθα. l. 19. μᾶλλον. p. 312. l. penult. πολεμοῖσι. p. 314. l. 1. ἀσώματον. l. 2. γνωρίζεσθαι. l. 15. ψυχῆσι. l. 16. γίνεσθαι. p. 316. l. 15. conciliari. p. 317. l. 21. alii, quorum. p. 318. l. 20. ἐνσυνεχίσι. l. 22. ἱερὸς. p. 320. l. 5. æquore. l. 9. quas. l. 19. post *nihil* add. iis. p. 321. l. 7. Catonem. l. 12. Larissæus. l. 13. eum. l. 26. meliora. p. 325. l. 23. creaturum. p. 326. l. 21. Apocryph. l. 24. ἀρρενοθήλων. p. 327. l. 10. post §. 7. add. p. l. 12. pro T. I. l. T. II. p. 329. l. 1. Peripateticos. p. 330. l. 1. turgidæ. l. 17. merito. p. 331. l. 7. ridet. p. 333. l. 23. sequantur. p. 336. l. 12. τοῦτο. l. 15. ἐπι-


ἀπεσκευάσμενοι. p. 340. l. 1. vitam. l. 21. discorptos. p. 343. l. 14 adscriptum. p. 344. l. 14. vulgare. p. 346. l. 5. suffusione. p. 34 l. 24. post *congregationum* add. et. p. 348. l. 3. rigor. p. 350. l. 1 post *unde* - add.

- Octoginta annos natus, cui stragula vestis,
Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca

p. 352. l. 8. proscriptis. p. 356. l. 4. post *auribus* add. &. p. 35 l. 10. Monachi. p. 362. l. 18. post *ejus* add. filii. p. 378. l. 16 Vid. de eo D. p. 388. l. 9. Il comprit ma. p. 405. l. 30. Kirchsitten baco-. p. 409. l. 13. Kemp. p. 417. l. 15. post *temporis* add. forsan. l. 24. post *semper* add. fere. p. 443. l. 12. post *providam* add. divina. p. 445. l. 15. post *intus &* add. in. l. 18. vel. p. 446 l. 19. post *σύνδεσις* add. ἱερά. l. 20. post *σχιδίω* add. ἡ. l. 23. ἡ. l. 25. Ἰωλεσθαι. p. 447. l. 18. sunt. p. 448. l. 16. post *passim* add. obvia. p. 450. l. 11. suæ naturæ. l. 16. subtilissimam. l. 24. connexis l. 26. probari possent pro *probata esset*. p. 451. l. 22. illa. l. 24 unoque. p. 452. l. 18. quem. l. 22. *εἰς* & *ζῶα*. p. 453. l. 13. quoque. p. 470. l. 4. Superiori. p. 473. l. 18. Historiam. p. 493. l. 17. JOS. p. 497. l. 6. inridere. p. 500. l. 21. A. MDCXLVI. p. 510. l. 1. post *variis* add. pœnis.


Cæterum & loco θ pluribus in vocabulis typothetarum incuria adhibuit, distinctiones item sæpe perperam posuit, ac literas majusculas, cum minoribus mutavit & vice versa.





Contenta Tomi VIII.

VI. *Dis-*



I. SVP-



I. SVPPLEMENTVM II.

Ad Historiam Philoſophicam DE IDEIS,

Varia Παραλειπόμενα & Illuſtrationes Complectens.

AD HISTOR. PHILOS. DE IDEIS.

Sect. I. §. 2. not. a. p. 5.

INtelligi apud Chaldæos per Jyngas ideas, adductis ex oraculis Zoroaſtri affictis locis probavimus. Obſcurum vero, quid Jynges, & cur ideæ ita dicantur?

Symbolo enim & figurata dictione, ut Orientis philosophis, & post eos Pythagoræ quoque & Platonicis assectis solenne fuit, hæc quoque doctrina expressa est & adumbrata. Est vero Jynx avis maculosis plumis, collo oblongo, lingua admodum protensa, caudam pariter atque cervicem immoto corpore movens, unde motacilla aliis, aliis torquilla, & Græcis quoque σεισοπύγιον dicta: meminitque ejus ARISTOT. *de nat. animant. l. II.* Celebris ista avis in veterum incantationibus, præsertim in construendis philtris adhibita, & ad provocandos amores magna vi gaudere credita, ut videre est apud THEOCRIT. *in Pharmaceutriis.* Meminit ejus inter Magica Lævius Poëta, cujus locum nobis servavit APVLEIVS in *Apolog. m.* 209. ed. Petr. Scriv.

Philtra omnia undiquaque eruunt,
Antiphates illud quæritur,
Trochisci, iynges, tæniæ
Radiculæ, herbæ, surculi,
Aureæ ilices, bichordilæ
Hinnientium dulcedines.

ad quem locum videndus CASAVBONVS. Inde dictæ Ἴυγγες ἐρωτικαὶ apud EVSTATH. *de Ismenia & Ismenes amor. l. I.* AELIANO

LIII

l. III. Hist. Animal. c. 17. idem sunt, quod Hippomanes, quod incantandis & ad amorem movendis hominum animis destinatum medicamen fuisse docet VIRGILIVS *Georg. l. III. v.* 281. & alibi. Ex his non sine veri specie colligimus, ideas eapropter dictas esse iyngas, quod rebus omnibus producendis & per amorem uniendis destinatæ, rerum generationi quam per amorem indicavere veteres, inserviant, & inconspicuam formam in conspicua materia quasi generent & producant. Ita enim Oracula v. 99.

> Καὶ τ' ἀφανῆ εἰς τὴν ἐμφανῆ κοσμοποιΐαν ἐγγράφοντες.
>
> *Et latentia in manifestam mundi generationem inscribentes.*

Intelligi hoc loco angelos Dei amore flagrantes statuit OTTO HEVRNIVS *Antiq. philos. barb. l. II. c.* 4. *p.* 129. nec abludit prorsus JO. CLERICVS V. C. in *not. ad l.* Materiales dæmonas intelligi credens. Sed id ipsis Oraculi verbis contrarium esse videtur, quod ipsis φύσιν νοερὰν, *naturam intellectualem*, νοερὸν τύπον ἄφθιτον, *intellectualem typum incorruptibilem*, *v.* 106. 107. adscribit. Sunt vero secundum JAMBLICH.

BLICH *de Myster. Ægypt. Sect. I. c. 20. p. 36.* edit. Oxon. dæmones συμφυεῖς πῶς καὶ ἀχώριστοι τῶν ὑφ' ἑαυτῶν διοικουμένων, *quodammodo connati, & inseperabiles ab iis rebus, quas administrant*, id est, ex corporea materia cui præsunt, aliquid trahunt, quod naturæ idearum ab Oraculis descriptæ prorsus est contrarium.

Ad §. III. p. 19.

Inter reliquas, quas fuse explicuimus, obscuritatis Platonis causas referenda merito & hæc est, quod haud raro non sua, sed aliorum placita profert & defendit. Id quod Platonis scripta legenti obscurum esse non potest, & manifesto exemplo ejus dialogus, Parmenides dictus, docet, in quo vel imprimis evincere laborat, omnia esse unum, quod tamen hypothesibus ab eo assumtis, immo ipsi, qualem nobis descriptam dedit, idearum naturæ plane est contrarium. Etsi enim verum est, quod DIOG. LAERT. *l. III. s.* 53. monet, εἰσὶ οἱ ξένοι οὐχ', ὥς τινες ὑπέλαβον, Πλάτων καὶ Παρμενίδης, ἀλλὰ πλάσματα εἰσὶν ἀνόνυμα. *Non sunt peregrini, ut quidam opinantur, Plato & Parmenides, sed figmenta sine nomine sunt*: negari

gari tamen non poteſt, in dialogo iſto longe alia dogmata reperiri, quam in ceteris, id quod rectiſſime jam obſervavit JO. BAPT. CRISPVS *de Platone caute leg. diſſ. I. l. 1. p.* 8. in complurimis a Parmenide diſſenſiſſe Socratem in Sophiſta & Theæteto, unde ſobrie monitum AEGID. MENAG. *ad Laërt. l. III. ſ. 52. p. 157. ſedulo in Platonis dialogis legendis diſtinguendum, quæ Platonis, quæ aliorum ſit ſententia.*

§. Eod. not. i. p. 28.

Eleganti HVETII loco de ambiguitate & incertitudine Platonis addi meretur alter non minus elegans *de la foibleſſe de l'eſprit humain l. IV. ch. 14. p. 107. Platon pere & inſtituteur de l'Academie dreſſé par Socrate dans l'art de douter, & ſe declarant ſon ſectateur, prit Sa maniere de traiter les matieres, & entreprit de combattre tous les philoſophes, qui l'avoient précedé. Ce n'eſt pas ſeulement dans ſes livres, qu'on appelle Gymnaſtiques, mais lors même qu'il paroit plus affirmatif, ſoit qu'il faſſe parler Socrate, ſoit qu'il en faſſe parler un autre, qu'il n'avance rien, comme veritable, mais ſeulement comme vraiſemblable, & qu'il s'attacte, a Sa maxi-*

me, qu'il faut laisser la connoissance de la verité aux Dieux, & que nous devons nous contenter de la recherche de ce qui est probable. Conf. tamen, quæ post pauca. *p.* 30. *Hr. de ideis* ex Laërtio adduximus.

Ad pag. 35.

De contortis quorundam Platonis *interpretamentis* videndus etiam P. BAELIVS *Dict. Hist. cr. T. III. art. Sa deur, not. F. p.* 2509.

Ad pag. 46.

Ex nihilo nihil fieri tam certum atque evidens omnibus gentilium philosophis visum fuit, ut huic fundamento & principio totum systematum suorum longe absurdissimorum & falsissimorum ædificium superstruerent. Hinc frequens ejus passim mentio. Præter Epichannum enim, de quo l. c. ex Pythagoræ Schola OCELLVS quoque LVCANVS *de univ. c. I. §.* 11. ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἐκ τῶν μὴ ὄντων ἀποτελεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι, *Impossibile enim, ens ex non ente posse perfici, vel in non ens resolvi.* Ita & aliæ sectæ; Democrito enim apud

apud LAERT. *l. IX. §.* 44. placuit: μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι, *nihil ex eo, quod non sit, fieri, neque in id, quod haudquaquam sit, corrumpi*, quod Democrito quoque PLVTARCH. *adv. Colot.* tribuit: asseclam habuit Diogenem Apolloniatem, inter cujus placita hoc refert DIOG. LAERT. *l. IX. §.* 57. οὐδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, οὐδὲν εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι, pariter Epicurus apud EVND. *l. X. §.* 38. οὐδὲν γίνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, πᾶν γὰρ ἐκ παντὸς ἐγίνετ' ἄν, σπερμάτων γε οὐδὲν προσδεόμενον. *Nihil fuit ex eo, quod non est. Omne enim ex omni fieret, seminibus nihil indigens.* Ex hac hypothesi utriusque, Democriti & Epicuri de æternitate & infinitate atomorum orta est opinio, ut latius videre est apud GASSEND. in *Animad. ad l. X. Laërt.* Magistri sententiam verbotenus expressit LVCRETIVS *l. I.*

Nullam rem e nihilo gigni nil posse creari
De nihilo - - -
Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset, nec semine egeret.

Nec ARISTOTELES aliter, qui *Physic. l. I. c. 4.* τὸ γινόμενον ἐκ τῶν μὴ ὄντων γίνεσθαι ἀδύνατον, *ex nihilo fieri id, quod factum est, impossibile.* Immo & Stoici in eandem sententiam discesserunt, ex quibus Imperator ANTONIN. *l. IV. §. 4.* οὐδὲν ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται, ὥσπερ μηδ' εἰς τὸ οὐκ ὂν ἀπέρχεται *nihil enim aut ex nihilo provenit, aut ad nihilum redit*, conf. *l. V. §. 13.* Foecunda hæc multorum errorum apud Stoicos origo, emanasse ex DEO, vel potius esse partem DEI non animam tantum nostram, sed & creaturas omnes, reditura omnia in Jovem, perpetuis periodis omnia absolvi, cunctis in pristinum chaos redeuntibus & iterum ex eo prodeuntibus; quo sensu SENECA *ep. 36. Quod si tanta cupiditas longioris ævi te tenet, cogita nihil eorum, quæ ab oculis abeunt, & in rerum naturam, ex qua prodierunt, ac mox progressura sunt, reconduntur, consumi*; & porro: *videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere ac resurgere.* Immo omnem antiquitatem, cunctosque veterum physiologos hanc recepisse doctrinam, aliquot locis asserit ARISTOTELES & CICERO, quæ, ne nimii simus, vid. apud TH. GATAKERUM *ad l. c. Antonini p. m.* 130. qui quoque sensus

est

est verborum PERSII *Satyr. III. v.78. seqq.* canentis:

- - - Non ego curo
Esse quod Arcesilas, ærumnosique Solones,
Obstipo capite & figentes lumine terram,
Murmura cum secum, & rabiosa silentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Aegroti veteris meditantes somnia: gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

Quibus verbis Poëta laboriosam veterum philosophorum industriam cum principio hoc systemata sua apte connectendi satis acri Sale Satyrico perfricat. Ex impuris his fontibus hauserunt eundem errorem Cabbalæ impurioris doctores, inter quorum principia, hoc primum & κεφάλαιον ponit HENRIC. MORVS in *Fundam. Kabb. Aetopædomelissæa*; ex nihilo nihil posse creari, ac proinde nec materiam creari posse; conf. S. Rev. BVDDEVS *Introd. in Hr. Phil. Ebr. §. XLIV. p. m.* 326. Et hic quoque genuinus fons est omnium hypothesium, emanationem

entium ſpiritualium ex Deo eorumque reductionem in DEum ſtatuentium, quam Pythagoræ quoque & Platoni recte adſcribi notavimus in Sched. *de conv. num. Pythag. cum ideis Plat. Amœnit. liter. T. VII. p.* 216. *ſeqq.*

§. V. not. s. p. 65.

Inter eos, qui contendunt, Platonem ideas ab intellectu divino non ſeparaſſe, referendus quoque eſt THOM. GALE in *not. ad Jamblich. de myſter. Aegyptior. p.* 299. qui quoque locum PROCLI hac de re affert. Videndi quoque quos laudat RAPIN. *Opp. T. I. p.* 322. 323. Potiorem enim eruditorum partem ad recentiorum Platonicorum, non quid Plato docuerit ſed docere debuerit, explicantium effata tantum reſpicientem, huic ſententiæ adhærere negari, non poteſt.

§. VI. not. x. p. 96.

Animas ex DEO eſſe non obſcuris Platonis effatis probavimus. Succinunt magiſtro aſſeclæ, ex quibus præcipue laudavimus Hieroclem; cui addendus merito JAMBLICHVS *de myſt. Ægypt. Sect. VII. c.* 6. *p.* 162.

[p]. 62. Ed. Oxon. cujus certe locus, cum luculentus admodum sit, & Pythagorica cum Platonicis in hoc argumento eadem prorsus sint, omnino notari meretur. Ita vero diserte: Δύο ἔχει Ψυχὰς, ὡς ταυτά φησι τὰ γράμματα, ὁ ἄνθρωπος. Καὶ ἡ μὲν ἔστι ἀπὸ τοῦ πρώτου νοητοῦ μετέχουσα, καὶ τῆς τοῦ δημιουργοῦ δυνάμεως, ἡ δὲ ἐνδιδομένη ἐκ τῆς τῶν οὐρανίων περιφορᾶς, εἰς ἣν ἐπεισέρπει ἡ θεοπτικὴ Ψυχή. *Homo duas habet animas, quod ipsa scripta* (Mercurii) *ostendunt, una est a primo intelligibili, participat etiam a potentia opificis, altera vero nobis inditur ex circuitu cœlestium* (mundorum) *ad quem anima DEum speculatura revertitur*; ita enim vertit GALEVS, qui tamen in *not. ad h. l. p.* 307. vocem θεοπτικὴ Ψυχὴ aliter, & nostro quidem judicio, melius explicat, quod sit *illa prior, quæ insinuatur in hanc inferiorem, & in ea quasi nidulatur*. Ubi STOBAEI quoque, quæ in medium affert, loca, expendi merentur. Paria fere habet JAMBLICHVS *Sect. I. c.* 3. *p.* 4. *seqq.* Ex his lucem accipiunt, quæ alibi, *de Vita Pythagor. c. XVI.* §. 70. *p.* 58. edit. Kuster. dixit: ἀπὸ τούτων ἁπάντων δαιμονίως ἰᾶτο καὶ ἀπεκάθαιρε τὴν Ψυχὴν καὶ ἀνεζωπύρει τὸ θεῖον ἐν αὐτῇ καὶ ἀπέσωζε καὶ περιῆγεν ἐπὶ τὸ νοητὸν τὸ θεῖον ὄμμα, Κρεῖττον ὂν σωθῆναι κατὰ τὸν Πλά-

τωνα,

τωνα, μυρίων σαρκικῶν ὀμμάτων, quæ luculenter ita vertit OBRECHTVS : *quibus omnibus* (ignorantia &.affectibus) *animam divinis modis repurgatam sanabat, & cœlestem ejus particulam refocillabat, salvamque ad consequendum intellectu divinum oculum, infinitis oculis corporeis, ut Plato ait, nobiliorem reducebat.* Hic fons ut errorum multorum, ita & potiorum de mentis & animæ humanæ natura partibusque hypothesium, quæ multis quoque ex Patribus placuerunt, quasque in Dogmatibus de loco animæ, inferni, spirituum, etr. perspicere licet, & de quibus notanda plurima affert ROB. PARKERVS in libro rarissimo *de descensu Christi ad inferos l. II. §. 78. seqq. p. 128. seqq.* quem, ubi occasio tulerit, consuluisse, certe pœnitebit neminem.

Pag. 103.

DEum in cratere animas miscuisse, locum Platonis attulimus, addita observatione JAC. THOMASII, verosimiliter per craterem intelligi mundi animam. Incidimus interea in locum quendam PORPHYRII in libello *de antro nympharum apud Homerum*, quem LVCAS HOLSTEINIVS

ejus

ejus *Vita Pythag.* adjecit *p.* 117. *seqq.* qui, etsi longiusculus est, notari tamen eo magis meretur, quo certius inde argumentum sumimus, non Platonem tantum, sed & veteres gentilium Theologos plerosque sub craterum & amphorarum symbolo animarum ex anima mundi originem adumbrasse. Inter alia, postquam varia generationis mundanæ symbola exposuerat, addit: οἰκεῖον σύμβολον καὶ νύμφαις ὑδριάσι παρατίθεται, εἰς τὸ ἄσηπτον τῶν ὑδάτων, ὧν ἐπιστατοῦσι, καὶ τὴν κάθαρσιν αὐτῶν, καὶ τὴν εἰς γένεσιν συνεργίαν· συνεργεῖ γὰρ γενέσει τὸ ὕδωρ· διὸ καὶ ἐν τοῖς κρατῆρσι καὶ ἀμφορεῦσι τιθαιβώσσουσι μέλισσαι· τῶν μὲν κρατήρων σύμβολον τῶν πηγῶν φέροντον. Καθὼς παρὰ τῷ Μίθρᾳ ὁ Κρατὴρ ἀντὶ τῆς πηγῆς τέτακτεται· τῶν δ᾽ ἀμφορέων, ἐν οἷς τὰ τῶν πηγῶν ἀρυόμεθα· πηγαὶ δὲ καὶ νάματα οἰκεῖα ταῖς ὑδρᾶσι νυμφαῖς, καὶ ἔτιγε μᾶλλον νυμφαῖς ταῖς ψυχαῖς, κ. τ. λ. *Proprium symbolum nymphis aquaticis constituitur, ob immunem a putredine aquarum naturam, quibus præsunt, atque earundem vim purgatricem & cooperationem ad generationem: concurrit enim aqua ad generationem, atque hanc ob causam in crateribus & amphoris mellificant apes, cum crateres fontium symbolum gerant,*

gerant, quemadmodum juxta Mithram crater pro fonte ponitur, amphoræ vero vasorum, quibus ex fontibus haurimus, fontes autem & rivuli nymphis aquaticis proprii, & præcipue nymphis animabus scilicet. Quo in loco cave generationem corporalem intelligas, sed descensum animarum ex anima mundi, in quam rediture sint, ut pag. seq. diserte tradit. conf. p. 130. ubi iterum de Platone asserit: eum per dolia & crateres & portas τὰς τῶν ψυχῶν γενέσεις καὶ ἀπογενέσεις *animarum generationes* (ex anima mundi) *& decessus* (in eam) *intellexisse.* Nititur itaque veterum Platonicorum interpretatione allata l. c. conjectura.

§. VIII. p. 128.

Non corporum solum naturam, quod Platoni quoque placuit, sed & τὰ τῆς ψυχῆς fluminis instar se habere, & in perpetua mutatione versari Heracliti sententia fuit, cujus auctorem laudat Numenium EVSEBIVS *de præpar. Evang. l. XV. c.* 20. βουλόμενος ἐμφαντίσαι, ὅτι αἱ ψυχαὶ ἀναθυμιώμεναι νοεραὶ ἀεὶ γίνονται, εἴκασεν αὐτὰς τοῖς ποταμοῖς λέγων οὕτως· Ποταμοῖσι τοῖσι αὐτοῖσιν ἐμβαίνουσιν ἕτερα καὶ ἕτερα ὕδατα ἐπιῤῥεῖ· καὶ ψυχαὶ δὲ ὑπὸ τῶν ὑγρῶν

ρῶν ἀνθυμιῶνται. *Cum exhalantes animos* *spirituales semper effici demonstrare vellet, eas* *cum fluviis comparabat, his verbis utens: in* *fluvios, inquiebat, licet iidem usque decurrant,* *alia tamen atque alia illabuntur aquæ. Et* *vero animæ efflantur ex humidis.* Non mirabimur vero, Heraclitum animæ quoque istam mutabilitatem adscripsisse; non enim poterat aliter, postquam pro primo principio admiserat, γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα, καὶ ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην, *fieri omnia per contrarietatem, & fluminis in morem universa decurrere,* ut habet LAERT. *l. IX. f.* 8. contraria vero illa ex materia oriuntur & particularum dispositione ut l. c. monuimus, pluribusque exposuit B. OLEARIVS *loco a nobis citato,* unde & anima ex humido enata naturæque mutabilis particeps facta in perpetuo fluxu esse illi dicta est. Recte itaque SIMPLICIVS *ad illa ARISTOT. Phys. l. VII.* Φασί τινες, κινεῖσθαι τὰ πάντα, καὶ ἀεὶ, ἀλλὰ λανθάνειν τοῦτο τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν, *dicunt quidam, moveri omnia, & quidem semper, sed id nostrum fugere sensum,* Heracliteis hanc sententiam tribuit & *l. I. de anima,* expressis verbis de Heraclito ait: Καὶ Ἡράκλειτος τὴν ἀρχὴν εἶναί φησι τὴν ψυχὴν, εἴπερ τὴν ἀναθυμίασιν, ἐξ ἧς τ' ἄλλα συνίστησι

νίστησι· καὶ γὰρ ἀσωματώτατον δὴ καὶ ῥέον ἀεὶ, τὸ δὲ κινούμενον κινουμένῳ γινώσκεσθαι· ἐν κινήσει δ' εἶναι τὰ ὄντα κἀκεῖνος ᾤετο, καὶ οἱ πολλοί. *Heraclitus quoque principium esse dixit animam, sive exhalationem, ex qua reliqua consistunt: nam & corporis expers, & perpetuo fluxui obnoxia; motum vero movente cognosci, in motu vero esse entia omnia, non ille tantum, sed & multi alii statuerunt.* Quare & PLVTARCH. *loco a nobis excitato* ex ejus mente κίνησιν ἀΐδιον ἐν τοῖς ἀϊδίοις *motum æternum in æternis* tribuit, quæ omnino de anima debent intelligi. Ex dictis lucem capiunt illa PORPHYR. *de antro nymph. p.* III. *seqq.* qui de Heraclito: Ψυχῇσι φάναι τέρψιν μὴ θάνατον ὑγρῇσι γένεσθαι, τέρψιν δὲ εἶναι αὐταῖς τὴν εἰς τὴν γένεσιν πτῶσιν, *animabus videri oblectamentum, non mortem, cum humidæ nascantur, oblectamentum vero iis esse, quod in generationem cadant.* Quæ quoque sententia non Stoicis tantum placuit, ut ex SENECA probavimus, cui addendi PLVTARCH. *de comm. not. c.* 39. & ANTONIN. *de se ipso l. II.* §. 17. *l. V.* §. 35. sed & Epicureis, quorum ex LVCRETIO sententiam affert TOM. GATAKER. *ad Antonin. l. II.* §. 17. *p. m.* 76. ad quem brevitatis causa lectorem remittimus.

Pag.

Pag. 134.

Inter veteres, qui consensum Platonis cum Aristotele defenderunt, ipse referendus CICERO, Syncretismi philosophici, si quis unquam, patronus; varios enim loquentes de hac re introducit, & quidem Varronem, *Acad. Qq. l. I. Nihil inter Peripateticos & illam veterem Academiam differebat, Academici & Peripateci rebus congruentes nominibus differebant*, conf. *de finib. l. V. §. 12. 16.* & *l. IV. Qq. 40.* ultra progreditur, ait enim Lucullus: *Plato reliquit perfectissimam disciplinam, Peripateticos & Academicos nominibus differentes, re congruentes, a quibus Stoici ipsi verbis magis quam sententiis dissenserunt.* Præcipue vero Porphyrii ætate frequens ea fuit sententia, conspirare re ipsa Platonis & Aristotelis philosophiam, unde Porphyrio liber l. c. laudatus enatus est, *quod secta Platonis & Aristotelis eadem sit*, de quo post HOLSTEN. *de vita Porphyr. c. VII. p. m.* 62. *seq.* ed. Rom. videndi JO. JONSIVS *de Script. histor. philos. l. III. c.* 15. *p. m.* 288. *seqq.* & Vir summus JO. ALB. FABRICIVS *Bibl. Gr. l. IV. c.* 27. *p.* 189. Qua in sententia ipsum Porphyrium fuisse, vel inde manifestum est, quod non Platonicam tan-

tum sed & peripateticam philosophiam & coluerit, & sibi invicem junxerit, quo sensu PROCLVS *l. I. in Timæum p.* 18. dixit, Porphyrium περιπατητικὰς ἀποδείξεις πεǫσφέǫοντα λύειν τὰς Πλατωνικὰς ἀπορίας, *peripateticas definitiones & decreta adjungendo, solvere Platonicas dubitationes*, recteque addit HOLSTEN. *l. c.* plerosque posteriores philosophos cœpisse Porphyrii exemplo ἐπαμφοτερίζειν & Academiam cum Lyceo conjungere, explosa priorum Academicorum superstitione, qui unum Platonem nimis religiose sectabantur, atque ejus dogmata adeo ab Aristotelicis differre existimabant, ut nulla ratione conciliare possent. Non itaque eclecticam philosophandi rationem tenuit Porphyrius, quod quam maxime probare contendit HOLSTENIVS *l. c. c. 5. p.* 36. sed syncretisticam, quemadmodum nec Ammonius primus fuit, ut ille putat, qui, ut Hierocles ait, *duos illos Principes philosophorum* ἐν τοῖς ἐπικαίǫοις καὶ ἀναγκαιοτάτοις τῶν δογμάτων, *in primariis & maxime necessariis dogmatibus minime dissentire* ostendit; Ciceronis enim ætate apud multos jam obtinuisse istam sententiam adductis modo ejus locis probavimus, qua in re magistrum habuere Antiochum Academicum,

cum, conf. JO. ALB. FABRICIVS *Bibl. Gr. l. III. c. 1. p.* 37. & inde quoque non absurde colligimus, quod & Taurus Berytius teste SVIDA scripsit περὶ τῆς τῶν δογμάτων διαφορᾶς Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους *de differentia dogmatum Platonis & Aristotelis*, & Atticus Platonicus teste EVSEBIO. *l. XV. Præpar. Evang. contra Aristotelem a Mose & Platone dissentientem*; sine dubio contrariam, quæ quibusdam insederat, sententiam de convenientia Aristotelis cum Platone refutaturi. Negandum tamen non est, ab eo tempore, quo Ammonius Alexandrinæ scholæ præfuit, missis inanibus & Platonicorum & Aristotelicorum disputationibus & verbosis contentionibus in Syncretismum Platonico-Peripateticum inclinasse omnem fere philosophorum gentem, præcipue Herennium, Origenem, Plotinum, quos secuti sunt Porphyrius, Jamblichus, Hierocles, & hos iterum aliquorum nimio tamen studio ad difficiles nugas iterum deventum est, ut erudite laudatus HOLSTENIVS *l. c.* observat: conf. S. Rev. BVDDEVS *obs. Hal. Lat. T. III. obs.* 13. & in opere πολυμαθεστάτῳ *Isagog. Hist. Theol. l. I. c.* 4. §. 22. *p.* 226. 233. BOIVINI hoc de argumento dissertationem, in *commentariis Academiæ Regiæ Inscript. T.*

IV. *p.* 481. *seqq.* extantem Germanica veste induit & doctissimis observationibus auxit Cel. HEVMANNVS, cujus locum l. c. jam excitavimus.

Ad §. X. p. 154.

Stoicis ideas Platonis & æternas ejusmodi substantias, atque formas non placuisse nemo mirabitur, qui expenderit, ipsos in Heracliti castris militasse, quando de essentia & natura rerum disserendum erat. Supra enim jam observavimus, & adductis Senecæ verbis laudatoque Plutarcho & Antonino probavimus; eos docuisse, rerum naturam esse instar fluvii cujusdam, qui in perpetuo sit fluxu. Addimus iis propter singularem perspicuitatem ANTONINI locum *de se ipso l. V. §.* 3. Πολλάκις ἐνθυμοῦ τὸ τάχος τῆς παραφορᾶς καὶ ὑπεξαγωγῆς, τῶν ὄντων τε καὶ γινομένων· ἥτε γὰρ ὀυσία διον ποταμὸς ἐν διηνεκεῖ ῥύσει, καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐνσυνεχέσι μεταβολαῖς, καὶ τὰ ἄιτια ἐν μυρίαις τροφαῖς καὶ σχεδὸν ὀυδὲν ἑστὼς καὶ τὸ παρεγγύς. *Sæpe cogita, quanta cum celeritate abripiantur & subtrahantur, quæ sunt, fiuntque universa, est enim rerum natura instar fluvii cujusdam, qui in jugi sit fluxu: effectiones vero mutationibus continuis & causæ ipsæ innumeris conversionibus*

stionibus subjacent, nec quod consistat, fere quicquam est. Paria ubique apud ANTONINVM occurrunt. *l. II. §.* 17. *l. VI. §.* 15. *l. VII. §.* 25. quæ ad animam quoque pertinent, quam fumum esse dixit, & somnium *l. II. §.* 17. quia anima quoque Stoicis mortalis est, atque perit, ut erudite probavit JACOBVS THOMASIVS *de exust. mundi Stoica diss. XV. p.* 227. *seqq.* hinc substantiis quoque æternis & permanentibus, quales ideas finxit Plato, locum facere non poterant.

Ad pag. 156.

Recte ad h. l. observarunt *Bibliothecæ Germanicæ* auctores doctissimi *Tom. VIII. art.* 12. *p.* 242. Stoicorum sententiam affinem videri Peripateticorum doctrinæ de speciebus ex corporibus emanantibus, quam nos quoque in *Hist. de Ideis Sect. III. p.* 242. retulimus. Non enim res ipsa quam prope accesserint sibi invicem, clamat, sed & disertis verbis tradit BOETHIVS *de consol. philos. l. V. p. m.* 233. *seqq. metro* 3. ubi ita:

Quondam porticus attulit
Obscuros nimium senes,

Qui sensus & imagines
E corporibus extimis
Credant mentibus imprimi,
Vt quondam celeri stylo
Mos est æquare paginæ
Quæ nullas habuit notas
Pressas figere literas.

Affinitatem cum hac thesi habent, quas Democritus finxit, imagines, quam in esse dixit universitati rerum, de quibus CICERONIS locum *p.* 268. attulimus. Sic & Epicureos in hunc modum fuisse philosophatos ex LVCRETII *l. IV.* addiscere licet.

§. XIII. p. 170. seq.

Ex quo ad philosophiæ Græcanicæ studium a civilium rerum usu paulatim revocarunt ingenia Romani, & præstantissimi viri istiusmodi studiis delectari cœperunt, nihil magis arrisit, & familiare magnis quoque ingeniis fuit, quam Sceptica philosophandi ratio. Primus vero, qui Scepticum philosophandi modum Italiæ intulit, Romæque professus est, fuit Carneades, novæ Academiæ conditor, qui cum ab Atheniensibus una cum Stoico Diogene, & Peripatetico Cri-

Critolao legatus Romam missus esset, ad remissionem mulctæ, a Romanis dictæ, impetrandam, primus publicis in concionibus pridie justitiam laudavit, postridie sustulit, magnamque consecutus est famam, multosque sectatores, adversarium vero habuit Satonem Censorium, ista quidem ratione masculam Romanorum virtutem effeminari timentem, vid. PLVTARCH. *in Cat. p.* 349. GELLIVS *Noct. att. l. VII. c.* 14. MACROB. *Saturn. l. I. c.* 5. AELIAN. *Var. Hist. l. III. c.* 17. Post eum Philolarissæus, Clitomachi discipulus eum ob bellum Mithridatis Athenis Romam confugeret, ibi scepticam philosophandi rationem professus est, & multa in admiratione fuit; vid. PLVT. *in Cic.* CICERO ab eo prima philosophiæ rudimenta hausit, vid. *de Nat. Deor. l. I. c.* 3. postea Athenas delatus per semestre veteris Academiæ placitis imbutus est, ab Antiocho, ejus eloquentia & volubilitate linguæ captus, vid. PLVT. *l. c.* unde eum quoque acutissimum & politissimum suæ memoriæ philosophum pronunciat *Acad. Qq. l. IV. c.* 35. Sed postea tamen, usu & tempore meliori edoctus, Philonis partes elegit, ut ex Academicis Quæstionibus est manifestum. Conf. PETR. DAN. HVE-

TIVS *de la foiblesse de l'Esprit humain L.I. ch.* 14. §. 20. *seqq. p.*112. 117. *seqq.* qui hæc fusius enarrat, & de fatis philosophiæ Scepticæ apud Romanos plura doctissime cumulat: add. GEORG. HORNIVS *Hist. phil. l. IV. c.* 3. *p.* 237. *seqq.* Et ad hanc sectam referre quoque licet Varronem, Virum πολυμαθέστατον, de quo vid. LACT. *l. I. c.* 6. QVINCTILIAN. *Instit. l. X. c.* 11. *l. I. c.* 4. Pisonem, Lucullum, Brutum, celeberrimos in Ciceronis dialogis viros. Horatium eclecticum fuisse, & ipsa ejus verba a nobis adducta probant, & fusius demonstrat HEINSIVS *de Satyr. Horat. l. II.* ubi late de philosophia Horatii disserit. LVCRETIVS vero primus fuit, qui, si non omnem, certe Epicuream philosophiam patrio sermone excoluit, ait enim:

Denique natura hæc rerum ratioque reperta est
Nuper, & hanc primus cum primis ipse repertus
Nunc ego sum in patrias qui possim vertere voces.

Conf. LACTANT. *l. III. c.* 16. M. P. Catonem Stoicum fuisse IDEM *l. III. c.* 18. confirmat, & tota, quam sequebatur, sentiendi

tiendi & vivendi ratio prodit, quam eleganter versibus ita complexus est LVCANVS *l. II.*

- - Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, servare modum, finemque tenere,
Naturamque sequi, patriæque impendere vitam,
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.
Huic epulæ, vicisse famem, magnique penates
Submovisse hyemem tecto pretiosaque vestis
Hirtam membra super Romani more Quiritis
Induxisse togam: Venerisque huic maximus Vsus,
Progenies; urbi pater est, urbique maritus,
Justitiæ cultor, rigidi servator honesti,
In commune bonus, nullosque Catonis in actus,
Subrepsit, partemque tulit sibi nata voluptas.

Nihil hic dictum, quod non in Stoicum quadrat, jactaveratque de se Porticus, nimium sibi semper placens.

Ad Sect. II. §. 2. p. 184.

Cum Philo Judæus fuerit, nec Christo nomen addixerit unqnam, ejus de ideis sententiam inter Christianorum placita enarrare noluimus. Etsi enim PHOTIVS *Cod. CV.* refert, eum Christianæ fidei nomen dedisse, postea vero indignatione & tædio ad suos rediisse, silent tamen veteres omnes, nec ullo alio probari potest argumento. Immo nec iis quoque calculum adjiciendum putamus, qui persuasum sibi habent, scripta Philonis lecta & in usus suos quodammodo translata fuisse a Divis Apostolis Joanne & Paulo, illo in Evangelii sui principio, hoc in Epistola ad Ebræos, quorum posterius HVG. GROTIO *ad Ebr. IV.* 12. prius JO. CLERICO *Epist. Crit. IX. p.* 247. *seq.* edit. Amstelod. placuit cui hac de re præter alios graves lites intercessere cum JO. VAN DER WAYEN, qui *dissert. de* λόγῳ *adversus eum* ediderat. Hoc tamen non obstante ejus quoque de ideis sententia in historia de ideis locum omnino

omnino habet, quoniam inter Pythagoræ & Platonis sequaces celebre nomen sortitus est, unde eum NICEPHOR. *l. II. c.* 15. περιβόητον ἐν ἀμφοτέραις φιλοσοφίαις *in utraque Philosophia clarissimum* appellat, consentientibus ex veteribus EVSEBIO, HIERONYMO, SVIDA, aliisque quos in medium affert JO. JONSIVS *de script. hist. philos. l. III. c. 4. p. m.* 225. quem tamen Philonem ex Pythagoræ & Platonis sequacium numero l. c. Eximere merito miramur, nec profecto rationibus ab eo, licet docte prolatis satis probari posse credimus, cum ejus Platonismus, nisi nos omnia fallant, manifestissimus sit, ut doctissime demonstrarunt Duumviri in orbe literario celeberrimi JO. ALB. FABRICIVS pec. diss. *de Platonismo Philonis* & JO. CLERICVS *Epist. Crit. VIII. p.* 210. *seqq.* subscripsit vero plane Philo Platonicæ de ideis doctrinæ, eamque ubique in sua philosophemata transtulit. Asserit enim, Deum mundum creaturam prius exemplar intelligibile νοητὸν ἰδέαν formasse, mundum dari ex ideis constantem, id est, intelligibilem, quem idearum regionem dixerunt Platonicorum aliqui, Deum ipsum de ideis cum Mose locutum fuisse, Mosen de forma-

tione hominis ad imaginem Dei *sermonem* facientem intelligere ideas, probarique ex isto loco posse, universum mundum ad idearum normam creatum esse. Ideas porro esse in mente divina, λόγῳ Dei, quam ἰδέαν τῶν ἰδεῶν nominat, & quæ alia sunt apud illum occurrentia. Loca ipsa non excitamus diligenter a Viris laudatis adducta. Hinc non mirandum, *Philonem* more Platonico cuncta in νόητα καὶ αἰσθητὰ intelligibilia & sensibilia dispescere, *de Monarch. I. p.* 627. Edit. Genev. Hac enim distinctione tota de ideis doctrina nititur.

Ad pag. 186.

Sexum in divinis dari omni fere antiquitati placuit; nam ut de Cabbalistis nihil dicamus, qui ex impuris gentilis philosophiæ lacunis suos Hortos irrigarunt, quorum somnia notavit Cel. FABRIC. in *not. ad Cod. Apogryph. N. T. p.* 361. *seqq.* antiquissimi gentilium theologi hanc sententiam suo approbarunt calculo, aut Deum esse ἀῤῥενοθύλην, aut saltem genus Deorum in masculinum & foemininum dispesci debere, darique Deos Deasque, quæ tamen poste-

posterior sententia nihil aliud est, quam prioris ad vulgi captum & mentem applicatio. Nimis tamen longum esset, omnes diversi sexus Deos enarrare, præsertim cum fecerint hoc alii laudati ab Ill. GISB. CVPERO in *explicat. numm. antiq. ad calcem apoteos. Homeri p.* 227. & PETR. DAN. HVETIO *Demonstr. Evang. prop. IV.* §. 3. *p. m.* 148. ed. Lipſ. recent. JO. ALB. FABRICIO *Bibliogr. Antiquar. c. VIII.* §. 7. 235. *seqq.* quibus addendus MENAG. *ad Laert. l. I. ſ.* 116. *T. I. p.* 128. Exemplo tamen notandus Bacchus, qui non muliebri tantum ornatu interdum pingi solebat, ut pluribus probat CVPERVS *l. c. p.* 228. & TRISTAN. *T. II. p.* 621. *seq.* sed & utramque naturam habuisse dicitur ARISTIDI *Orat. in Bacch. T. I. p.* 52. & Porphyrio apud EVSEBIVM, itemque THEODORETO *Therap. l. VII. cui audit* γύνις ὢν καὶ θηλυδρίας, καὶ ἀνδρόγυνος, quemadmodum Arabes quoque Baccham magis quam Bacchum coluisse, & ab hoc idolo urbem Beccham, quæ & Meccha dicitur, nomen traxisse non sine veri specie suspicatur Vir in his literis summus SAM. BOCHART. *Geogr. S. l. IV. c.* 2. *p. m.* 242. *ſq.* Philosophi imprimis symbolica, quam adamabant, proponendi metho-

do

do usi Deum finxerunt masculino & feminino genere gaudentem. Cujus origo etsi ad Aegyptios referri potest, quibus Dii quoque diversi sexus erant, ut habet PLVTARCH. *Sympos. VIII.* 1. vel ad Chaldæos & Phænices, ut JO. CROIVS notavit in *Specim. conjectur. ad loca quædam Irenæi p.* 65. paulo tamen certius Orpheo adscribenda est. Diserte enim de eo ex antiquitatis consensu LACTANTIVS *l. IV. cap.* 8. *Nisi forte existimemus, Deum, sicut Orpheus putavit, & marem esse & feminam, quod aliter generare nequiverit, nisi habeat vim sexus utriusque.* Quæ eis potissimum confirmantur: quæ Orphei sequaces de ἱερῷ γάμῳ disputant, videnda apud PROCLVM *lib. I. & II. in Timæum*, & V. C. ANDR. CHRIST. ESCHENBACH. in *Epigene de Poesi Orphica p.* 58. qui docte multa hac de re tradit. Post Orpheum Pythagoras præcipue cum asseclis in divinis sexum admisit, quod adductis veterum locis erudititissime probavit Cel. JO. CHR. WOLFIVS *de Manich. ante Manich.* §. *XXIX.* p. 116. quibus adde, si lubet, quos in Sched. *de conven. numer. Pythag. cum ideis Platonis*, inserto *T. VII. Amænit. Lit.* §. 12. p. 232. *seqq.* laudavimus, & ORIG. *Philosophum. c. II.* §. 39. & WOLFIVS *ad h. l.*

h. l. Inter Parepateticos Hipparchus, Aristotelis discipulus, teste SVIDA librum scripsit, temporis injuria deperditum, τί τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ παρὰ Θεοῖς καὶ τίς ὁ γάμος, *de eo quid mas & femina sit inter Deos*, & quæ eorum nuptiæ; conf. JO. ALB. FABRIC. *Biblioth. Gr. l. V. c.* 40. *p.* 715. Sic & Stoici Diis omnibus Deabusque sexum adscribebant, observante HVETIO *l. c.* Ex his fontibus sine dubio ortæ generationes æonum Valentinianæ, somniabant enim, Deum summum conjunctam habuisse cogitationem, quæ suscepto a Bytho, id est Deo profundissimo semine; mentem, quam & unigenitum dicebant, progeneraverit. Videndi qui ex instituto dogmatibus Valentinianorum illustrandis insudarunt PETAVIVS *ad Epiphph. p.* 67. BVDDEVS *de hær. Valentin. in Hist. Phil. Ebræor. p.* 424. HOPERVS *in conject. de Valentin. hæresi*, & qui Irenæum & Epiphanium illustravere annotationibus. Adoptavit hanc sententiam etiam PSEUDO-HERMES, quem propterea notat IS. CASAVBON. *Exercit. antibaron. 1. n.* 18: *p. m.* 59. & ex his quoque lacunis putidam hanc sententiam hausit SYNESIVS, cujus verba *l. c.* adduximus. Quæ tantum abest, ut tur-

ut turpidæ tantum eloquentiæ & dictionis metaphoricæ abusui, patribus tantopere familiari adscribenda sint, ut non nemini placuit, ut potius Synesius Pythagoram & Platonem & verbis & hypothesi exprimat. Cum enim hi philosophi emanationem rerum spiritualium ex Deo per istam sexus in Deo assertionem intellexerint, Synesius eandem prorsus cantilenam canit, ut cuivis, vel unicum ejus hymnum, præsertim quartum legenti, ad oculos patet, nec fusius probando quod alibi jam attulimus, actum agemus, videndi vero viri doctissimi B. CHLADENIVS *de Theologum. Synesii*, & JO. AD. BÖYSE *de Philosophum. Synesii p.* 33. In Synesio enim Platonicum magis philosophum, quam Christianum episcopum agnoscas, merito itaque præter alios notato quoque HENR. STEPHANO, in eleganti *præfatiuncula Græce ejus hymnis a se* 1568. *editis præmissa.* Quanquam ex ea potissimum causa excusationem meretur Synesius, quod hos hymnos Christianus quidem, ut ex eorum argumento & laudibus Trinitatis patet, secus ac visum HENR. DODWELLO *de jure Laicorum sacerdotali* §. *X. p.* 287. nondum tamen baptizatus, nedum Episcopus, com-

compofuit, ut egregie ex verbis *Hymno III. v.* 430. *sqq. p.m.* 71. *seqq.* judicat Vir acutiſſimus JO. ALB. FABRIC. *Bibl. Gr. l. V. c.* 22. *p.* 228. Quæ Synesii de ſexu in divinis ejusque generatione ſomnia hymno præcipue *IV. p.m.* 109. *ſeqq.* Satis impie prodita videt SOUVERAIN. *Platoniſme devoilé P. I. ch.* 8. *p.* 85. ipſi ſanctiſſimo de Trinitate Dogmati hoc modo iniquo auſu maculam inuſturus: quemadmodum & V. C. JO. ERNEST. GRABIVS in *not. ad Iren. p.* 7: eum arguit, quod totam Valentinianorum matæologiam ad orthodoxam Chriſtianam Theologiam aptaverit. Ceterum cum de ſenſu hujus dogmatis rerum ſpiritualium ortum & emanationem ex Deo deſcribentis tum in *diſſert. cit. Amoenit. liter. Tom. VII. p.* 231. *ſeqq.* tum in *obſervationibus criticis ad Anonymi, Hiſt. phil. gentilis Gallice ſcriptam*, quas cum aliis brevi edi poſſe ſperamus, dixerimus, dicta nolumus repetere.

Ad pag. 191.

Imputari hoc loco Auctori librorum, qui ſub Dionyſii Areopagitæ nomine ambulant, Atheiſmum, viſum fuit Viro Summo JO.

ALB. FABRICIO in *elencho scriptorum de V. R. C. c. VIII. p.* 300. ubi quoque, quod obiter notamus, nomen nostrum minus recte expressum est. Ita vero Vir celeberrimus post alia: *perinde ut Moysen ipsum impius Joannes Tolandus, & auctorem scriptorum, qui ambulant sub Dionysii Areopagitæ nomine, Scholasticosque Realium appellatione notos in Spinozismi partes trahit Jo. Beckius Augustanus in hist. philos. de Ideis.* Pace tamen Viri suo jure summi, cujus magnam eruditionem, vastissimam lectionis copiam & judicii ἀκρίβειαν merito miramur & Summopere veneramur, hic monere nobis liceat, hæc paulum remotiora esse a nostra sententia. Nuspiam enim Pseudo-Dionysio ejusmodi impietatem adscripsimus, sed id modo observavimus, Dionysium duplicis generis ideas statuere, unum, quod eminenter est in DEO, & ipse DEUS fons omnium substantiarum, alterum, quod per communicationem ab eo emanavit vel participavit, & ab reliquis entibus participatur. Hæc & verbis Dionysii *l. c.* adductis plane sunt conformia, &, cum emanationem substantiarum separatarum ex DEO innuant, incautis quidem facile viam ad Spinozismum possunt sternere, ab ipsa tamen

men impietate Spinozæ omnisque Atheismi satis sunt remota, unde præeunte PETAVIO monuimus, melius & magis Christiane sensisse Dionysium, & dum Platonicas voces loquendique modos adamabat, καταχρηστικῶς fuisse locutum. Et profecto eandem cum Viro celeberrimo fovemus sententiam, sobriè & caute in Atheismi macula veteribus auctoribus inurenda versandum esse, cum sæpius quidem principia admiserint, ex quibus prono alveo hæc pestis fluit, & necessaria consequentia evincitur, ipsas tamen consequentias nec viderint, nec, si vidissent, asseruissent, vel ex suis principiis fluere concessissent, ut quotidie in Ecclesia & Orbe literario fieri videmus. Ita de Scholasticis Realibus quoque, quos atheismi non sine magni veri specie accusavit P. Bælius, monuimus, scotistas non vidisse, quæ ex ea sententia, eandem rem essentialiter totam simul singulis suis inesse individuis, nec esse individuorum diversitatem, sequerentur dogmata absona & plane impia. Quæ causa quoque est, cur *l. c. Sect. I. p. 51.* Platonem ab Atheismo absolverimus, etsi ejusmodi principia asseruit, quæ pronam ad eam viam muniunt. Ceterum omnino hac de re conferenda &

X 2 probe

probe notanda ſunt, quæ ipſe Vir πολυμαθέστατος de hac re eruditiſſime monet in *Bibliographi antiquar. c. VIII. §. 7. p.* 236. quibus omnino ſubſcribimus.

Ad pag. 195.

Ex Arabibus Averroi Ariſtotelicæ philoſophiæ ſectatori addendi ſunt, Avicenna, Alpharabius, aliique, de quibus legendus HORNIVS *Hiſt. philoſ. l. V. p.* 291. ſeqq. qui quoque elegantem COELII locum *A. L. l. II. c.* 2. de Avicenna affert, iis, quæ nos de Arabum in Ariſtotelem ſtudio diximus lucem fœneraturum. *Is* (Avicenna) ait, *in Hiſpania natus & Arabum idiomate imbutus cum Græcæ literaturæ ne apices quidem imbibiſſet, Ariſtotelis libros in barbarum ſonum non translatos quidem, ſed mutilatos, decurtatos perverſosque cum lectitaret, in iis, quæ altioris ſunt ſcientiæ & interioris ſenſus authorem eminentiſſimum, ſtudio brevitatis ita conciſum, ut ſenſuum acumina ſudantes philoſophos diſtineant, diu multumque minus minusque conſequi, valuit.* Addendus JO. LEO AFER *de medicis & Phil. Arab. c. IX. XX.* apud Cel. FABRIC. *Bibl. Gr. l. VI. c.* 9. *p.* 268. 282. *ſeqq.* & de Averroë quoque

NIC.

NIC. ANTON. *Bibl. Hispan. vet. Tom. II.* *p.* 243. Vener. WOLF. *Bibl. Ebr. p.* 18. *seqq.* aliique.


Ad pag. 197.

Quanquam Porphyrius tractationem de ideis in Isagoge sua prætermisit, alio tamen loco & tempore eam suscepit, cujus ipse nobis fecit notitiam in *vita Plotini c.* 18. Locum, quia prolixus est, Latine tantum ex versione Ficini Damus. *Mihi* ait, *Porphyrio idem accidit, cum primum audivi Plotinum, quapropter eum contra scribendo provocare tentavi, conatus ostendere, ea, quæ intelligantur, extra intellectum exsistere. Ille vero cum Amelio mea scripta legere præcepisset, illeque jam perlegisset, subridens ait: Tuum est, Ameli, dubitationes istas dissolvere, in quas ille ob quandam sententiæ nostræ ignorantiam incidit. Postquam igitur Amelius librum non parvum adversus meas objectiones composuit, egoque scriptis ejus iterum contradixi, rursusque mihi rescripsit Amelius, tertio jam gradu vix tandem Plotini mentem conspicatus, mutavi sententiam, ideoque palinodiam rescribens in conventu omnium recitavi;* etc. Scriptus vero hic liber ad illud Zoroastreum,

v. 702. *seqq.* ὅφρα μάθης τὸ νοητὸν ἐπὶ νοόυ ἔξω ὑπάρχει, *ut cognoscas intelligibile, quoniam extra intellectum existit;* oppositusque PLOTINI *Ennead. V.* cujus titulus: ὅτι οὐκ ἔξω τοῦ νοῦ τὰ νοητά, *Quod intelligibilia extra intellectum non subsistant.* Transiit tamen Porphyrius in Plotini sententiam, quod admodum displicuit Longino, ut ipse PORPHYR. *l. c. c.* 20. auctor est, in epistola enim Longini, quam affert, hæc inter alia dicuntur, omnino in historia de Ideis notanda: ἤδη μὲν ὄυν καὶ δι' ἄλλων τουτὶ πεποιήκαμεν, ὥσπερ καὶ τῷ μὲν Γεντιλιανῷ περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιωσύνης; ἀντειπόντες· Τοῦ δὲ Πλωτίνου τὸν περὶ τῶν ἰδεῶν ἐπισκεψάμενοι· Τὸν μὲν γὰρ κοινὸν ἡμῶν τε καὶ κακείνων ἑταῖρον ὄντα Βασιλέα τὸν Τύριον οὐδ' αὐτὸν, ὀλίγα πεπραγματευομένον κατὰ τὴν τοῦ Πλωτίνου μίμησιν, ὃν ἀποδεξάμενος μᾶλλον τῆς παρ' ἡμῖν ἀγωγῆς ἐπεχείρησε διὰ συγγράμματος ἀποδεῖξαι βελτίω δόξαν περὶ τῶν ἰδεῶν τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχοντα μετρίως τῇ ἀντιγραφῇ διελέγξαι δόκουμεν ὀυκ ἐυ παλινῳδήσαντα. *Jam vero per alia effecimus idem, quemadmodum, ubi Gentiliano quidem de justitia apud Platonem posita contradiximus, & ubi Plotini librum de Ideis tractantem consideravimus; communem profecto nostri illorumque amicum,*

Tyrium

Tyrium dico Basilium, (Porphyrium sive Malchum, id est, regem) *qui & ipse non pauca Plotinum imitando tractavit: atque Plotinum ipsum magis, quam viam regulamque nostram probans, libri cujusdam compositione conatus est opinionem de Ideis Platonicam veriorem esse, quam nostram, hunc inquam rescriptione quadam opposita mediocriter arguisse videmur, ut qui non recte scilicet recantaverat.* conf. LVC. HOLSTEN. *de Vita & Script. Porphyr. c.X. p.*76. ed. Rom. JO. ALB. FABRICIVS *Bibl. Gr. l. IV. c.*27. *p.*191. *seqq. c.* 31. *p.*444. Longini tamen de hoc argumento scripta desiderantur.



II.

SCHEDIASMA HISTORICO-LITERARIUM

DE

VARIIS POENIS IN LIBROS STATUTIS.

§. I.

IN tam copioso librorum proventu mirum haud est, bonis malos esse immixtos, interque alios utiles & jucundos ætatemque ferre dignos extare etiam haud paucos frivolos ac perniciosos, in supremum Numen injurios, in magistratus contumeliosos, virulentos & bonorum famam indigne lacerantes, spurcos denique ac modestiæ pudorisque nescios: ut de orbe literato dici queat, quod Ovidius de tellure cecinit (a):

Terra

(a) Lb. I. de remedio amoris.

Terra salutiferas herbas, eademque nocentes
Nutrit, & urtica proxima sæpe rosa est.

Hinc constituta etiam varia in libros supplicia, qui mos non adeo novus & inusitatus, sed antiquo satis usu receptus est. Licet vero ii, qui in libros, utpote sensu & ratione carentes, animadvertunt, mari compedes & verbera inferre, lapidem elixare, mortuos flagris afficere, ignem dissecare, vanoque ac inani labore perfungi videantur: facile tamen perspicimus, fieri id ad scelera detestanda, dedecus auctoribus conciliandum, coërcendam scriptorum licentiam, tollendaque e medio volumina, rempublicam turbantia, & stuprandis bonis moribus apta. Fatendum autem omnino in plurimos e libris, infamia notatis ac ultimam pœnam passis ab iniquis judicibus immerito sævitum esse, & istiusmodi sæpius monumenta, quæ perenni luce atque immortalitate dignissima sunt, præter omne fas condemnata, quod vel e solis librorum prohibitorum & expurgandorum indicibus clarissime patescit. Sunt & inter libros

Queis funere vita est
Extendisse datum,

quibusque martyrii gloria denegari nequit. Quod si non aliunde constaret, ipse divinus Codex,

Cunctarum superans monumenta gravissima rerum,

toties pessime habitus & proscriptus, toties ad carnificem & contumeliosos ignes ablegatus exemplo suo nos edocere posset.

§. II.

Animus est, jam breviter inspersis subinde notatiunculis literariis differere de variis suppliciorum generibus, in libros exercitis, unde apparebit, multos eorum proscriptos & stigmate notatos, non paucos ad perpetua vincula æternosque carceres damnatos, alios mutilatos, nonnullos publico infamiæ loco & patibulo affixos, quosdam capite truncatos, alios disceptos & laceratos, alios aquis alios cloacis ipsis injectos, alios carrucis impositos & solenniter ad supplicii locum deportatos, alios denique

denique ultricibus flammis fuisse traditos. Ne quid de iis dicam, qui diris adversariorum convitiis & criminationibus veluti acerbissimis tormentis scuticisque atrocissimis non raro ad mortem cæsi & cruciati sunt.

§. III.

Supprimuntur quandoque a summis imperantibus ac si fieri potest, perpetuis mancipantur tenebris scripta, vel status arcana, fido tegenda silentio, propalantia, vel in eos injuria, vel pietati inimica, hujusque generis alia, de quibus in hujus opellæ tomo secundo p. 341. sqq. disserui. Maxime vero inter Pontificios ab hæreticæ, quam vocant, pravitatis Inquisitoribus diris programmatibus configuntur atque condemnantur omnia opera, quæ dogmata, a Romano cœtu aliena (hæc enim ipsis hæretica sunt), fovent, licet cum sacra scriptura, unica fidei norma, ex asse conveniant: præsertim autem ea atro notantur carbone, quæ Pontificis majestatem elevare videntur, aut cleri vitia perstringunt. Hinc Hermannus Conringius, Vir sum-

summus (b): *Quicquid Papæ immani potentiæ, aut ei, quam sibi vulgo arrogant clerici, libertati repugnat, non minus proscriptum est, quam quod aliquandiu receptis fidei sententiis adversatur. Nec in nupera duntaxat scripta in hunc modum sævitur, sed in ea etiam, quæ jam octingentis abhinc annis nata, ipsa vetustate dudum autoritatem meruerunt tantum non sacrosanctam. Namque & horum multa vel penitus excutiuntur manibus, vel acri calamo & ferro mutilantur. Quodque maximum est, fiunt omnia hæc ad nutus papalis curiæ, & illorum, qui ab ea dependent librorum censores, nutum: ut prorsus hodie quidem nec doceri temere nec legi quicquam fas sit nisi ex Papæ arbitrio. Quæ severitate nescio an qua unquam tyrannus fuerit usa, in Ecclesia certe totius terrarum orbis hæc carent exemplo.*

§. IV.

Publice prostant complures ejusmodi librorum Catalogi, de quibus peculiari ope-

(b) In dedicatione Georgii Wicelii Viæ regiæ aliisque id genus ab eo collectis, & uno volumine Helmst. Anno 1650. editis præfixa, ac posthac ejus epistolis ibidem A. 1666. excusis inserta, p. 196.

opere diligenter & curate egit Clar. Daniel Francus (*c*) Prodiere vero interim plures alii prohibitorum librorum Indices (*d*), quorum tres mihi ad manus sunt: primus & secundus Romæ Clementis XI. P. M. auspiciis A. 1711. & 1716. impressi, tertius non ita pridem Anno nimirum 1726. Pragæ ad exemplar Romanum recusus. In Bibliotheca nostra publica adservatur Francisci Magdaleni Capiferrei Elenchus librorum prohibitorum, Romæ secunda vice A. 1640. vulgatus, & tale quidem exemplar, quod multis libris ab Italica manu adscritum habet anni & diei indicium, quo fuere damnati; plurimæ eidem quoque insertæ sunt schedulæ impressæ, opera posthac prohibita notantes. Petrus Paulus Vergerius in primo suorum operum contra Papatum tomo (*e*) cum annotationibus suis recusum exhibuit Pauli IV. P. M. Indicem Romæ antea An. 1559. publicatum cujus copia Clar. Franco cum haud fue-

(*c*) In Disquis. de Papistarum Indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum, Lips. A. 1684. in 4. edita.

(*d*) An & expurgandarum, nescio.

(*e*) Pag. 245. sqq.

fuerit (*f*), paucula de illo monere operæ videtur pretium. Sub ejus finem Bibliorum editiones prohibitæ XLVIII. enarrantur, quarum pleræque in locis Pontifici addictis typis sunt exscriptæ, Antwerpiæ scilicet, Lugduni, Parisiis, Venetiis & Coloniæ: Additurque, prohiberi etiam universa similia Biblia ubicunque excusa, omnia item vulgari idiomate, Germanico, Gallico, Hispanico, Italico, Anglico, Flandrico &c. conscripta: recensentur præterea undecim Novi Testamenti editiones cum omnibus similibus nec non ejus in vulgari idioma translationibus prohibitæ: tandemque typographi LXI. nominetenus indicantur, quorum officinæ hac gravantur poena, ut omnia opera, inde in lucem prodeuntia, inter vetita reponantur. Tali enim coronide egregius iste catalogus obsignatur: *Libri, tractatus, & opera omnia cujuscunque auctoris, artis, idiomatis & argumenti sint, quæcunque typis, arte, vel industria prædictorum & similium impressorum, libros hæreticorum imprimentium posthac excusa fuerint, inter probibita habeantur.*

(*f*) Vid. l. c. p. 5. 6.

beantur. Sunt vero inter iſtos, ut alios taceam, Joannes Secerius. Robertus Stephanus, Herwagius, Henricus Petri, & Joannes Oporinus, quorum induſtriæ tot præſtantiſſimas optimorum auctorum editiones melior orbis acceptas fert, quibus omnibus carendum fuit Romanæ curiæ mancipiis. De hujusce rei momento vel ex ſolo catalogo librorum per Joannem Oporinum excuſorum (*g*) judicare licet: eorum quippe numerus ad DCCL. aſſurgit, quem aucturum ſe, ac multa alia, divina juvante gratia, in lucem daturum, ſub calcem Vir longe diligentiſſimus, vivus tum adhuc ac ſpirans, promiſit, cujus in hanc typographorum proſcriptionem carmen non inelegans extat (*h*). Obſervari vero meretur, illum Bibliorum prohibitorum ac typographorum catalogum non inveniri in Indice Synodi Tridentinæ, neque in cæteris poſthac emiſſis.

§. V.

(*g*) Qui reperitur in B. Chriſtiani Cryphii Vitis electis quorundam eruditiſſimorum ac illuſtrium Virorum p. 637. ſqq.

(*h*) Annexum cum ejusmodi aliis Thomæ Naocorgi Regno Papiſtico edit. 1559. p. 319.

§. V.

Num autem censorum, penes quos est ferre de literariis fœtibus sententiam, iisque vel lucis usuram dare, vel carceri aut morti eos addicere, oculi nulla suffusione sint vitiati, judicent illi, qui animo integri, nec præjudiciatis opinionibus corrupti sunt. Non certe desunt ex ipso Romano cœtu Viri spectati, qui grandes iis impegere dicas, de eorum iniquitate graviter conquesti. Exemplo sit Theophilus Raynaudus Jesuita, devotus curiæ Romanæ cultor & Protestantium hostis acerrimus, qui Romæ præsertim in damnandis libris non semper eam curam & fidem atque peritiam Cyriacos sive Monachos Dominicanos, quibus ea res in manu est, adhibere, qualibus negotium illud tractari par est, publice evincere laboravit peculiari libello, de Immunitate Cyriacorum a censura, sub personato Petri a Valle clausa nomine edito, cujus quædam verba oppido memorabilia recitat B. Wagenseilius in præfatione eruditissima, & optima fruge scatente, quam Telis igneis Satanæ præmisit (*i*), ubi

(*i*) Pag. 19. sqq.

ubi & alia Pontificiorum domeſtica hac de re teſtimonia legere licet.

§. VI.

Tanta vero ſacræ iſtius (*ii*) congregationis decretorum eſt ſeveritas, ut non ii ſolum, qui prohibitos libros typis exſcribunt, vel ſine Romanæ ſedis venia legunt, aut quoquo modo defendunt, ſed & illi, qui eos, etiamſi in arca occluſos & clavibus obſignatos, ita ut a nemine legi aut videri permittantur, occulte retinent, ſive in propria, ſive in aliena domo, ſive librum intelligant, ſive non, ſive totum retineant, ſive partem, ſive retineant, ut legant, ſive ſolum cauſa curioſitatis, ornatus, vel permutandi eos cum aliis libris, ſeu ut ea quæ vendunt librorum foliis obvolvant, diro anathematis fulmine percellantur. Quid quod ii etiam, qui librum hæreticum Inquiſitoribus non tradunt; ſed propria auctoritate comburunt, non qui-

(*ii*) De hac congregatione conf. Hunoldi Plettenbergii Soc. Jeſ. Notitia Congregationum Tribunalium Curiæ Romanæ, edit. Hildeſ. An. 1693. in 8. p. 713. ſqq.

dem de hæresi suspecti fiunt, attamen in excommunicationem incidunt. Isteque vigor eo usque se extendit, ut & ipsos Clericos, immo, quæ nonnullorum est sententia, etiam Episcopos, quin & ipsos Cardinales comprehendat, qui absque Papæ licentia libros damnatos legunt; quæ omnia curate persequitur, idoneisque testimoniis firmat celebris Remonstrantium theologus, Philippus a Limborch (*k*). Quantas autem, quæso, nos optimo Numini debemus gratias, quas laudes, quod ab isthac servitute plusquam Ægyptiaca benigne nos liberaverit.

§. VII.

Moris olim erat, in Bibliothecis libros, majoris præcipue molis, catenis alligare, non poenæ quidem aut infamiæ causa, sed ut a piceatis furum manibus sarti tectique servarentur. Quum vero pro ævi genio boni codices plerumque neglecti jacerent, carie obsiti, contemtimque habiti nec facile

(*k*) In Historia Inquisitionis Lib. III. Cap. 14. f. 218. sq.

cile iis vincula detraherentur, Georgius Sabinus in indignos quosdam illorum possessores hoc epigrammate insurrexit:

Haud secus ac duro fugitivos carcere servat
Vestra catenatos bibliotheca libros.
Quid mirum? si nulla viget doctrina, colendi
Doctrinæ auctores hic ubi vincla gerunt.

Satis pœnæ bonis auctoribus inflictum esse videtur, si in ejusmodi dominos incidant, qui nec ipsi eis uti cupiunt, neque aliis illorum usuram concedunt. Aut fallor, aut optime in hujus furfuris homines, quamvis opulentissimas possideant Bibliothecas Arabumque gazis præstantiores, convenit illud Horatianum (*l*):

Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec studio citharæ, nec Musæ deditus ulli:
Si scalpra & formas non sutor: nautica vela

(*l*) L. II. Sat. III. v. 104. sqq.

Adversus mercaturis, delirus & amens
Undique dicatur merito. Quid discrepat istis,
Qui nummos aurumque recondit, nescius uti
Compositis, metuensque velut contingere sacrum?
Si quis ad ingentem frumenti semper acervum
Porrectus vigilet cum longo fuste: neque illinc
Audeat esuriens Dominus contingere granum,
Ac potius foliis parcus vescatur amaris;
Si positis intus Chii veterisque Falerni
Mille cadis (nihil est, trecentum millibus) acre
Potet acetum: age si & stramentis incubet unde

Sed e diverticulo in viam, a libris catenatis ad proscriptos redeundum. Non facile est hodie inter Pontificios Bibliotheca celebrior, seu publica, seu monastica, in qua non, pace inquisitorum, plures reperiantur libri hæretici & damnati (uti vocare amant) sed ignominiose habiti, lugubri interdum & funesta veste induti,

duti, seorsim positi, nec nisi paucissimorum, quibus specialis impetranda est licentia, usui patentes. Licet autem non sint catenati, clathris tamen ac peculiari capsæ nonnunquam ita sunt inclusi, ut rigido carcere constringi videantur. Eum locum ab aliquibus *Inferni* titulo salutari nuper diximus (*m*). Pertinet huc salis mellisque plenum elegantissimi D. Theod. Hasæi epigramma (*n*).

Dum quondam cupidis mihi lustrabatur ocellis
Egregiis splendens Bibliotheca libris,
Quos sibi sumentes a JESU nomina Patres
Legere ad (o) Rheni littora læta suis:
Quæro forte: adsuntne libri, quos edidit olim
Docta, sed a Latiis turba aliena sacris?
En tibi theca libris, quos quæris, plena, GEHENNAE
Ast cui nomen, ait, triste dedere Patres.

 Ergone

(*m*) Tom. VII. p. 117.
(*n*) Vid. Biblioth. Bremens. Class. VII. p. 951.
(*o*) Coloniæ Ubiorum.

Ergone, respondi, in sacris penetralibus istis,
Docte Pater, Stygii cernitur aula Ducis?
Limen ubi tetrum rigidi calcatur Averni,
Non procul atrati Dæmones esse solent.

§. VIII.

Diximus de libris præscriptis, catenatis, & ad perpetuos damnatis carceres, nunc ad mutilatos progrediemur. Haud enim secus, ac inter homines fieri assolet, cum facinorosis, mortis pœnam promeritis, ea lege vitæ gratia fit, ut vel naso vel auribus, aliisve membris inusto nonnunquam simul stigmate, truncentur, haud secus, inquam, multi optimæ notæ libri, cedro, non pumicibus, non vindice stylo, non cauteriis & novaculis expurgatoriis digni, immiti censorum manu crudelissime sæpius lancinantur & mutilantur, ut tamen iis corpore toto ita misere laniatis, insignis, sed flebilis certe, beneficii loco habendum sit, quod ignem evaserint. Ejus rei testes, omni exceptione majores, esse possunt indices Expurgatorii, non alium in finem confecti, quam ut in libris resecentur ea, quæ

quæ ad censorum haud sunt palatum, quorum etiam imperio exquisitissimorum sæpe operum frontispicia stigmatum notis deformantur, ut scilicet auctorum nomini DAMNATORUM adjiciatur elogium, & cum in titulis, tum in ipso contextu omnia illa deleri jubeantur, quæ ad meritas quorumcunque a Romano cœtu alienorum laudes faciunt, ne summorum quidem Principum ratione hic habita. Vidimus nos haud semel istiusmodi libros fenestratos & cancellatos, atque truculentam censorum manum jam passos, & Ulmæ quidem in Bibliotheca publica S. Hieronymi opera, ab Erasmo edita (*p*). Ipsius vero Erasmi lucubrationes Christophorus Arnoldus, Norinbergæ suæ quondam decus, in Bibliotheca publica Daventriensi ab ineptis glutinatoribus per omnes paginas charta fenestrata in locis istis obtectas in quibus acerrimi judicii Scriptor temporis istius Ecclesiam & mores Religiosorum notaverat, perlustrasse se testatur (*q*), proinde

(*p*) Vid. hujus opellæ Tom. II. p. 432.

(*q*) In epistola ad Georg. Richterum Lugd. Bat. A. 1650. d. 2. Aug. exarata, & inserta Richteri Epistolis selectioribus p. 471.

inde judicans, operæ fore pretium, si quis glutinatorum vestigia relegens, chartis scalpello parum elevatis, insignes illas παρακοπὰς excerperet. Verum isthoc labore opus haud esse arbitror, cum otium nobis fecerint Indices Expurgatorii, e quibus facilius loca illa cognoscere licet. Disces inde non sine indignatione, magna, eaque optima sui parte truncari eximia Viri laudatissimi scripta. Equidem in Indice Belgico, Philippi II. jussu concinnato permulta jam in iis expungenda fuere indicata (*r*); longe tamen plura abolita & recisa (delendis enim vix integra sufficerent atramentaria) vult in suo (*s*) Bernardus de Sandoval & Roxas Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus, qui non Erasmi tantum nomini AUCTORIS DAMNATI elogium, adscribi, sed & ejus operum fronti hoc stigma inuri jussit: *Opera omnia Erasmi caute legenda: tam multa enim*

(*r*) p. 225. sqq. edit. Franc. Jun.

(*s*) p. 238. sqq. edit. Gen. 1619. Minus igitur recte. Ben. Arias Montanus in præfatione Indicis Belgici existimavit, in eo observata esse loca omnia, in quibus aliqua vel minima offensio, vel offensionis suspicio notari posset, nullis etiam levissimis rebus prætermissis.

enim insunt correctione digna, ut vix omnia expurgari possint. Videbis ibi integras paginas, integras epistolas, non ab eo duntaxat ad alios, verum etiam ab aliis, iisque non raro Ecclesiæ Romanæ deditissimis, Cardinalibus etiam ac Episcopis, ad ipsum exaratas, lituris devotas, immo integra opera, Colloquia videlicet familiaria, Moriæ encomium, Christiani Matrimonii institutionem &c. expuncta. Mirum, quod non etiam proscripta sit epistola Leonis X. P. M. Novo Testamento præmissa; & debitis Erasmum laudibus prosequens, ad cujus marginem ponenda mandantur verba: *Dulcibus encomiis pius Pater nutantem ovem allicere conatur.* E Synodi præterea Tridentinæ decreto Adagiorum ejus Chiliades corrigendæ traditæ fuerunt Paulo Manutio, sub cujus nomine ita resictæ & castratæ dein prodierunt, ne quidem mentione Erasmi habita, utpote istorum censorum judicio digni, cujus nomen in perpetua oblivione jaceat. In istiusmodi exemplari non sine miseratione lectorum Vir maximus talem se conspiciendum præbet, qualem apud inferos Deiphobum olim vidit Æneas, nempe

lacerum crudeliter ora,
Ora manusque ambas, populataque tempora raptis
Auribus truncas inhonesto vulnere nares. (*t*)

Ecquis vero non heic itidem exclamet?

Quis tam crudeles optavit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit?

Cæterum de hujus generis libris observatu haud indignum est, Philippum II. in diplomate Indici Belgico præfixo hanc circumspectionem adhiberi iussisse, ut a censoribus expurgati vel mutilati potius & corrupti possessoribus suis ea lege restituantur, ne illa legere audeant, quæ inducta aut correcta inveniunt.

§. IX.

Sicco jam pede prætereo opera, quæ ex ipso prælo typographico prodiere castrata, quod Henrici Cornelii Agrippæ Declamationi de incertitudine & vanitate scientiarum contigisse, alio tempore demonstratum dedi

(*t*) Virgil. Æneid. Lib. VI.

dedi (*u*): plura vero exempla Francus, Loescherus, & Wendlerus Viri doctissimi suppeditant. Pergo ad aliud poenæ genus, quo libellus quidam Emseri, convitiis in Lutherum refertus, olim fuit affectus; infami nimirum columnæ affixus, quod ipse Lutherus (*x*) memoriæ prodidit: *Emseri liber Magdeburgi fixus in publico palo, quod Sack seu den Pranger vocant, adjectis hinc & hinc duabus virgis seu scopis, adjecto titulo*: *Hic locus tali libro dignus.* Quinimo cum Gregorius XIII. P. M. An. 1591. Henricum IV. Galliæ Regem dira excommunicationis Bulla devovere haud esset veritus, illam Parlamentum Parisiense, Turonibus tum agens, damnasse, carnificisque manu patibulo affixam igne absumi jussisse, Guilielmus Camdenus (*y*) refert.

§. X.

Nec prorsus extra usum positum est, libros capite truncare: quod ne tibi impossi-

(*u*) Tom. II. p. 513. sqq.
(*x*) Tom. I. Epistol. Latin. Epist. 218.
(*y*) In Annal. rerum Anglic. & Hibern. regnante Elisabetha Part. IV. p. 614.

possibile videatur, me ejus rei testem αὐτόπτην sisto. Vidi nimirum non adeo longo abhinc tempore in insignis cujusdam Monasterii Bibliotheca complures libros prohibitos, titulis suis, nonnunquam & dedicationibus, iconibusque auctorum interdum operibus præmissis vel penitus vel ita orbatos, ut exigua duntaxat supersint fragmina. Quod tam ignominiæ causa fieri suspicor, quam ne forte Monacho istorum librorum insueti eos data occasione furtim lustrantes primo statim intuitu illorum argumentum agnoscant, hincque, cum niti plerumque in vetitum soleamus, eorum legendorum desiderio moveantur.

§. XI.

Non raro etiam summorum imperantium jussu scripta quædam publice discerpta & lacerata fuerunt. En tibi nonnulla exempla. Benedicti XIII. Antipapæ Bullam in Carolum VI. Galliæ Regem emissam, tanquam libellum famosum, qui vellicaret auctoritatem Regis, publice dilaceratam, latoresque ejus infamibus trahis impositos urbe Parisiensi ejectos esse memo-

memorat Antonius Arnaldus ICtus (*z*). Idem quoque fatum An. 1583. experta ſunt Franciſci Roſerii Stemmata Lotharingiæ & Barri Ducum, de quibus Henricus Spondanus, Appamiarum, dum viveret, in Gallia Narbonenſi Epiſcopus, hæc tradit (*a*): *Ediderat Lutetiæ ante biennium Franciſcus Roſerius Archidiaconus Tullenſis, prædicti* (Lotharingiæ) *Ducis ſubditus, grande volumen titulo Stemmata Lotharingiæ ac Barri Ducum, confuſe & inepte plerumque ſcriptum: in quo non ſolum plura Lotharingiis contra hiſtoriæ fidem tribuebat, verum etiam multa dignitati regni pari vanitate detrahebat; & ad extremum quædam injurioſe in Regis contumeliam adjecerat, ajens, eum, poſtquam Remis inunctus eſt & Lutetiam profectus, male audiſſe, quaſi a publico rerum ſtatu videretur alienior: domeſticæ quippe privatæque curæ indulgere cœpiſſe, nutare, certoque duci perſuaſu: quæ ſingula generoſum Regem emolliant & dejiciant. Quæ licet ex vulgi opinione & turbulentorum diſſemina-*

(*z*) In Philippica nomine Univerſitatis Pariſienſis in Jeſuitas reos A. 1594. habita, p. m. 23.

(*a*) In Continuatione Annalium Baronii Tom. II. f. 810.

minatione ab eo dicta verosimile sit: quod tamen suspicionem fecisset, Lotharingiorum jussu seu consilio ea protulisse, Rex ubi rem cognovit, injuriam minime negligendam censens, Roserium comprehendi & in carcerem duci jussit. Unde 26. Aprilis productus, coram Rege in consilio sedente cum ipso Carolo Duce Lotharingiæ, qui Lutetiam venerat ad Regem placandum, & Guisiis fratribus, ac magna cœterorum procerum corona, in genua procumbens, multa se calumniose præter historiæ veritatem contra regiæ majestatis dignitatem dixisse confessus, propter quæ gravissima se pœna dignum agnosceret, etiamsi imprudentia potius quam certo animi consilio peccasset, veniam voce lamentabili petiit. Quem cum Philippus Huraldus Comes Chivernius Procancellarius graviter increpitum ostendisset in crimen læse majestatis incurrisse, postulante tamen Regina matre in gratiam Ducis Lotharingiæ, Rex pœnam ei remisit, lacerato duntaxat in ejus præsentia libro.

§. XII.

Ibidem A. 1595. Florens Jacob, Theologiæ studio initiatus præside Thoma Blanzio theses quasdam typis excusas ventilationi publicæ in schola Sorbonica exposuit, in qui-

quibus asserebat, minime ambigendum, Sanctæ Sedis legitimum successorem Clementem VIII. omnium Pontificum supremum & maximum, vices DEI in terris gerentem, supremam in omneis potestatem obtinere, tam spiritualem quam temporalem, eique universos Cardinales, Episcopos & omneis omnis generis homineis parere & obedire & veluti membra capiti adhærere perpetuo teneri: paulo post subjungens, domum ecclesiasticam, cum duplicis habeat gladii potestatem, temporalis usum ad bonorum defensionem & malorum exterminium regibus & magistratibus concessisse. Quæ res quum regiæ auctoritati videretur adversa, Respondens cum Præside in carcerem detrusus, & ille quidem, quod eas theses typis excudi curasset, & tuendas suscepisset, deinde in majore Scholæ Sorbonicæ aula, ad tintinnabili pulsum convocatis Decano, Syndico, Doctoribus Theologis & huic studio initiatis, genibus flexis, capite nudo, præsente etiam Blanzio, illas ipse temeritatis damnare, atque a DEO Rege ac justitia veniam petere fuit coactus: quo facto, ut theses concerperentur & lacerarentur, mandatum est. (b)

§. XIII.

(b) vid. Thuan. Hist. Tom. III. L. CXIV. f. 700. ad 1595.

§. XIII.

Quum A. 1610. Henricus IV. Galliarum Rex nefando parricidio sublatus esset, non defuere, qui teterrimi illius facinoris culpam in Jesuitas referrent, ac perfidissimum sicarium Franciscum Ravaillacum eorum vel instinctu vel doctrina ad tantum scelus perpetrandum fuisse animatum perhiberent. Primas inter hos tenet auctor *Anticotoni*, Satiræ aculeatissimæ, in Petri Cotoni Epistolam de conformitate doctrinæ Jesuitarum cum Synodi Tridentinæ decretis eo ipso anno emissæ, cujus historiam & scripta ei opposita diligenter ennarrat Adrianus Bailletus (*c*). Nonnulla tamen de libri fatis adjicienda mihi in promtu sunt. Nempe cum Cotonus, qui antea Henrico IV. a confessionibus erat, tum Ludovici XIII. ejus & successoris præceptor fuerit, mirum haud est, istius libri divulgationem non impune abiisse, Joannes quippe Antonius Jovalinus bibliopola, qui illum per urbem Parisiensem disperserat, graviter mulctatus, & in exilium ejectus, ipse vero liber publice lacera-

(*c*) Tr. Des Satires personnelles Part. I. p. 107. sqq. edit. Amster. 1725. in 12.

ceratus fuit, docente id decreto (*d*), cujus hæc verba sunt: *Dictum habebitur ex consilii sententia, audito super hac causa Procuratore Regio, quod ad reparationem eorum casuum, qui fusius in ipso litis instrumento continentur, Joannes Antonius Jovalinus damnatus est, ipsumque damnamus ad mulctam honorariam foro faciendam, ipso die fori, cum forum agetur, ubi nudato præter indusium corpore, apertoque capite, flexis genibus, suspensa e collo reste, ac facem pondo duarum librarum manu gestans, alta voce, ut exaudiri possit, renunciabit, quod scelestè & malitiosè per diversa hujus urbis loca projecerit & sparserit folia, seu chartas impressas extractas ex libro quodam pernicioso & maligno, qui* Anticotonus *inscribitur, ad turbandam quietem publicam, excitandas turbas, & seditionem in hac civitate movendam composito, quod fusius habetur in instrumento litis, cujus facti petet a DEO, Rege & justitia veniam. In ipsius autem præsentia prædicta folia seu chartæ frangentur & dilacerabuntur. Inhibemus autem illi, & interdicimus sub pœna capitis, ne simile quid committat in posterum.*

(*d*) Quod exhibet Andreas Eudæmon-Joannes in [Con]futatione AntiCotoni p. 45. sq.

Cæterum ad quinque integros annos Regni Galliæ exilio illum mulctavimus & mulctamus. Quum vero Anticotoni auctor nomen suum reticuerit, ac loco ejus epistolæ dedicatoriæ ad Galliæ Reginam tantum P. D. C. characteres subscripserit, Eudæmon-Joannes, qui eum hinc trium literarum hominem appellat, varios in illas notas lusus, sed satis dentatos, refert, iisque significari ait (*e*) *Proditorem Dignum Cruce, Principem Diabolici Consilii, Patriæ Diram Calamitatem, Pejorem Diabolo Calumniatorem, Putidum Discipulum Calvini.* Verus autem auctor aliis Petrus Molinæus, aliis Petrus du Coignet dicitur.

§. XIV.

Neque vero hodie in Gallia iste libros discerpendi mos exolevit. Hoc enim fatum A. 1713. mense Martio Parisiis haud sine adjectis aliis ignominiæ notis subiisse feruntur Viri non pietate minus & modestia, quam eruditione celebris Paschasii Quenelli scripta, tot eminentissimorum virorum elogiis honorata, & regio quoque privilegio

(*e*) In Præfat.

vilegio munita. Non possum, quin elegantis cujusdam & masculo judicio præditi (f) Scriptoris verba hanc in rem recitem, prolixa licet, sed acumine non destituta, adeoque lectu dignissima: *Solches ihr Todes-Urtheil haben diese arme Bücher der Jesuitischen Verfolgung zu dancken: welche* Patres *aber mit sothaner* Execution *bey der vernünfftigen Christlichen Welt nur ein Gelächter erwecket, und ihre abgezweckte Austilgung der darinnen enthaltenen Lehren im geringsten nicht erlanget. Denn gesezt, dass etliche hundert* Exemplaria *zerrissen und hernach verbrannt, oder ins Meer geschüttet wären, wo es am tiefffsten ist: so werden doch deren noch viele* 1000. *in Engelland, Holland, Deutschland, ja in Franckreich selbst überbleiben, die vor der Zerreissung und dem Brand schon gesichert sind. Eine Schwalbe macht keinen Sommer, und die* Exemplaria *stecken nicht alle in* Paris *auf einem Klumpen beysammen, dass sie der Policey*-Lieutenant *auf einmal vertilgen könne, als wie* Caligula *wünschte, dass die Römische Monarchie einen einzigen Kopff hätte, damit er selben auf einen Hieb herunter säbeln, und sich* immortalisiren *könnte.* Au contraire,

 je

(f) *Europäische* Fama. Part. 168. p. 1041. sq.

je mehr man dem Hencker über gedruck Schrifften rasen läst, je bessern Profit macht die Verleger damit, weil die Curiosität *d Menschen sich am allermeisten über verboten Sachen* extendiret. *Die unerbittlichen* Au tores *dieser Parisischen Bücher-*Executio *hätten nicht die Bücher, sondern den* P. Ques nel *selbst in Stücken zerreissen sollen, ehe e dieselbigen geschrieben und in Druck gegeben Sie hätten zugleich alle Druckereyen* demoli *ren sollen, damit sie nicht anderwerts widerum unter die Presse kämen. Sie solten Anstalt machen, dass alle Gänse, Auerhüner, Pfauen, Schwäne und Adler, derer Federn man sich zum Schreiben bedienet, durch eine schlimmere* Contagion, *als bissher das Rindvieh betroffen,* crepiren *möchten, damit ihre Federn nicht zum* Instrumento *dienten, solche Schrifften abzuschreiben, oder andre neue von gleichen Innhalt zu* concipiren, &c. Hæc propterea transferre huc libuit, quod ita sint concepta, ut facile ad plerasque alias pœnas, in libros statutas, accommodari posse videantur.

§. XV.

Nondum suppliciorum de libris sumtorum finis est. Supersunt & alia. Immensam

sam librorum vim undis immersisse Mujarviam, Sarracenorum Ducem, in superiori parte (*g*) diximus. Sic Alexander Magnus per fluvium Hydaspem navigans, cum ei Aristobulus poëta quidam carmen obtulisset, in quo ei ita assentabatur, ut elephantos interimere, turres prosternere, muros perfodere diceret, indignatus, librum in profluentem abjecit, similia auctori minatus, si tale quid in posterum ederet (*gg*). Neque κατα πονλιαμα poenam ii olim effugerunt, si credendum esset subleftæ fidei & auctoritatis scriptori, Abdiæ Babylonio, tradenti (*h*). Hermogenem hæreticum, ad saniorem mentem reversum, libros suos ad Jacobi Apostoli pedes, ut igne absumerentur, abjecisse, hunc vero Zabariis (*hh*) lapides plumbumque appendi, ac ea in mare demitti jussisse, ne forte incendii odor vexaret incautos. Quin imo, Regis Tarquinii mandato non libros quidem, sed quod longe gravius est, ipsum M. Tullium Du-

(*g*) p. 91. sqq.
(*gg*) Vid. Gyrald. Dial. 3. de hist. Poët.
(*h*) Lib. IV. Certaminis Apostolici.
(*hh*) Sic pro *Zabyris* legendum vult Meursius. vid. Martinii Lexicon Philolog. Tom. II. edit. Amst. 1701. 868. voc. *Zabaria*.

umvirum, quod librum secreta civilium sacrorum continentem, custodiæ suæ commissum, Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum & in mare abjectum fuisse, Valerius Maximus refert (*i*). Libros vero sacros, splendida prius veste (serico etenim auroque antea, cum sanioris adhuc mentis esset, indui eos curaverat) spoliatos superiori seculo in persecutione Bohemica Baro Georgius Nachod apostata ipsis foetidis cloacis (horresco referens) immergi jussit (*k*).

§. XVI.

Ad ultimum tandem ignis supplicium properat calamus, harum rerum jam pertæsus. Id quam plurima scripta esse passa, neminem facile fugit. Accesserunt vero nonnunquam solennes ceremoniæ. En exemplum: quod ex Lupacii cujusdam, qui rei præsens adfuit, literis haustum (*l*) suggerit Joachimus Camerarius, narrans, cum (Pragæ) ab Archiepiscopo & Pontificia cohorte libri illi (Wiclefi scilicet sub seculi XV. initium)

(*i*) Lib. I. Cap. I.
(*k*) vid. *Böhmisches Martyr-Büchlein.* Edit. Bas. 1650. in 12. p. 605.
(*l*) in Narrat. de Fratr. Bohem. p. 33. sq.

tium) cremati fuiſſent, congregatos Scholaſticos quosdam magno numero inſtructos armis, conquiſita Papalia diplomata, quæ Bullas vocant, in carrucam plumbeis ſigillis undique dependentibus conjeciſſe. Impoſuiſſe etiam in carrucam ſpeciem muliebrem edentem geſtus impudicos cum pretioſo ornatu gemmarum & auri omnisque mundi ſexus illius. Eam carrucam ex foro veteris urbis præter Regiam eſſe actam, comitatu ſingulares clamores edente. Cumque perventum fuiſſet ad forum novæ urbis, ibi aſſimulata illa muliere dejecta carrucam una cum Bullis, ut par pari referrent, eos combuſſiſſe, eſſeque creditum, totam iſtam fabulam ſpectatorem habuiſſe etiam ipſum Regem.

§. XVII.

Peculiarem de libris combuſtis diſſertationem in ſuperiori tomo exhibuimus, cui jam nonnulla per ſpicilegium addenda ſunt. In nova Hiſpania haud paucos veteres libros, antiquam hiſtoriam, ſiderum motus, naturamque & indolem animalium ac plantarum tradentes cujusdam Hiſpanici Epiſcopi, qui eos, quod literis hieroglyphicis con-

scripti erant, magiæ suspectos habuerat, jussu in cineres fuisse redactos Josephus Acosta memorat. Cum Martini Buceri & Pauli Fagii cadaveribus, Mariæ Angliæ Reginæ mandato exhumatis, libri Protestantium undique conquisiti magno numero concremati sunt (*m*). Lutetiæ circa annum 1569. libri officinæ Andreæ Wechelii, typographi ac Bibliopolæ notissimi, publice combusti fuerunt, omnibus ejus bonis fisco simul addictis, & ipso regni limitibus proscripto (*n*).

§. XVIII.

Librorum vero incensoribus annumerandus est Jo. Balæus, qui, teste Jo. Picardo, quotquot viderat scriptorum Anglicorum volumina, exscriptis eorum titulis, aut igne aut ungue disperdidit *(o)*. In hunc etiam censum referendus est Georgius Rüxnerus, cujus liber torneamentorum,

(*m*) Vid. Limborch. Histor. Inquis. L. IV. C. 38. f. 361.

(*n*) Vid. Melch. Adami Vit. ICtorum p. 431. & Bail. Diction. Tom. IV. f. 2863.

(*o*) Vid. Struvii Acta literaria a MSStis eruta. Fascic. VI. p. 66.

rum, sed sublestæ fidei, extat. Ipse enim in præfatione fatetur, Codicem antiquum, Saxonico idiomate conscriptum, in quo torneamentorum historia continebatur, se comburendum curavisse, ut majori scilicet licentia lectoribus suis imponere posset (p). Addendi sunt Judæi, quos Christianorum libros igni adjudicare Wagenseilius (q) docet. Eruditis autem ἐμβρυοκτόνοις accensendus venit D. Lupton Anglus, sub hujusce anni initium demortuus, qui omnes lucubrationes suas in extremæ voluntatis tabulis Vulcano legavit (r).

§. XIX.

Disquiri nunc de jure poenarum in libros statutarum posset, ac num eos supprimere vel hac illave ratione abolere deceat expediatque dispici: sed contentus de hoc argumento historice disseruisse, aliis illud plenius excutiendum permitto,

(p) Vid. ejusd. Dissert. de doctis Impostoribus §. CLIX. p. 71.

(q) In præf. Tel. ign. p. 13. sq.

(r) Vid. *Sammlung von Alten und Neuen Theologischen Sachen* ad A. 1727. p. 164.

paucula tantum obiter notaturus. Optandum foret quam maxime, ut nullus unquam in lucem liber prodiisset prodiretve in posterum, nisi sua utilitate, nisi nativa præstantia vel decora jucunditate commendabilis, atque adeo reipsa luce dignus: quum vero hoc ob hominum indolem in pejus pronam sperandum haud sit, nemo facile negabit, magistratus curam etiam in eo versari debere, ne libri impii & obscœni, vel seditiosi & quietem reipublicæ turbantes, disseminentur. Nemo facile bonus & æqui honestique amans mecum non in votis habebit, ut in ipso partu fœtus ingeniorum impiorum, turbulentorum lascivorumque suffocentur, atque ita antequam nascantur pereant, æternisque sepulti tenebris maneant. Sed ut hoc obtineatur, sollicite cavendum foret, ne ulla unquam istiusmodi scripta perniciosa & detestabilia prælum subeant, atque hinc summa circa officinas typographicas circumspectio adhibenda. Semel enim in publicum emissa, non facile ulla solertia aboleri possunt: & licet magistratus ad malitiæ detestationem, auctorum pœnam, aliorumque ejusdem furfuris repressionem hujusmodi libros typis excusos infamia vel

ſupplicio afficiat, ac quovis ſtudio e medio tollere conetur; plerumque tamen homines ea avidius appetere videas, a quibus arcentur. Nec cujusdam Principis poteſtas eo usque ſe extendit, ut, quæ in ſuis regionibus vetita ac abolita cupit, in aliis etiam ſupprimantur. Sæpe quæ in Gallia carnificis manus rogo injecit, vel in mille fruſta diſcerpſit, Belgium novo ornatu decorata omnium uſui expoſuit, & quæ Roma infamiæ macula notavit, alibi non ſine appenſa hedera libere fuerunt divendita. Neque raro publicæ & ſolennes animadverſiones in libros exercitæ, majus eorum, cum alias forte neglecti fuiſſent, (*omnium* enim *rerum cupido*, judice Plinio juniore, *langueſcit, cum facilis occaſio eſt*) excitarunt deſiderium, pretiumque iis, quo revera indigniſſimi erant, addiderunt. Unde eam in rem non in concinne Æg. Managius (*s*) *Défendez-moi, l'on me lira. Je dis cela de la plûpart des livres dont on defend le débit, car aſſeurément on ne les lit que parce qu'ils ſont défendus, quoi qu'ils ne vaillent pas quelquefois la peine d'être lûs.* Et

(*s*) Menagian. Tom. IV. p. 95.

Et Grammondus de Tomo XI. Annalium Baronii ab Hispanis prohibito & combusto verba faciens (*t*): *Vana in membranas supplicia, vetito glißcit autoritas rerum, splendescitque per flammas alias obscurus liber. Privatim acrius legi amant publice castigata. Ita cessit Baronio, cujus opus in majus auditum, quia vetitum!* Nec inscite, mea quidem sententia, cum de libro quodam cremando consultaretur, magnus Conringius ita judicavit (*u*). *Ut Hippoliti a Lapide scriptum* (*x*) *manu carnificis comburatur nescio quidem, an sit consultum. Quid enim eo profeceris? num possit ita liber ille mani-*

(*t*) Histor. Gall. Lib. I. p. 11. edit. Elzevir. 1653.

(*u*) In Conringian. Epistol. p. 52.

(*x*) De ratione status in imperio Germanico. Prodiit istius libri nostro sæculo versio Gallica, cujus en titulum: *Interets des Princes d'Alemagne: Où l'on voit ce que c'est que cet Empire la Raison d'Etat suivant laquelle il devoit être gouverné, les fautes, qui s'y commettent contre la Politique, dont on y neglige les veritables Maximes, & les moyens surs & faciles de le rétablir son ancienne splendeur, & de l'y conserver, sous le nom d'Hippolitus a Lapide par Joachim de Transee Ambassadeur de Sa Majesté Suedoise pres Monsieur l'Electeur de Brandebourg lors de la Negociation des préliminaires du Traite de Westphalie. Traduit par Mr. Bourgois du Chastenet. Tom. II. A Freistade. MDCCXII. in 12.*

manibus excuti? Nescis, quam late spargantur favilla combustorum librorum? dissimulata & neglecta quasi sponte tandem intereunt, quæ si fodias, ingentem in flammam tandem erumpunt. Hinc non defuere, qui ipsi, cum libros suos emtores haud invenire, sed neglectos jacere animadverterent, ut inter vetitos referrentur, curarunt, carius illis sic pretium avidioresque lectores conciliaturi. Exemplum tale memoratur in Carpentarianis (y) : *La Mothe-le-Vayer aïant fait un Livre de durdébit, son Libraire vint lui en faire ses plaintes, & le prier d'y remedier par quelque autre Ouvrage. Il lui dit de ne se point mettre en peine; qu'il avoit assez de pouvoir à la Cour pour faire défendre, son Livre; & qu'étant défendu, il en vendroit autant qu'il voudroit. Lorsqu'il l'eut fait défendre, ce qu'il predit arriva; chacun courut acheter ce Livre, & le Libraire fut obligé de le ré imprimer promptement, pour pouvoir en fournir à tout le monde.*

§. XX.

Quin & eo interdum processit nonnullorum temeritas, ut dedita opera ex perversissimo

(y) p. 337.

versissimo & Herostrateo plane inclarescendi pruritu varia magistratus animadversione digna scriptis suis inspergerent, id unice aucupantes, ut illa igni aliive pœnæ publicæ subjecta aliorum oculos attentionemque in se traherent, quæ sæpe satius fuisset, generoso punire contemtu, &, quum alias nemo facile ea legisset, blattis tineisque lancinanda relinquere. Proin Clar. Lilienthalius (z) præstare censet, in confiscatione, prohibitione & combustione librorum non adeo præcipitem esse Magistratum, nisi illi aperte religionem, statum civilem & bonos mores subruant; nec abs re idem Vir doctissimus judicat, si tenebrioribus ejusmodi obnitaris, eos veluti torrentem injectis obicibus altius intumescere solere, cum neglecti citius conquiescant, vel ipsis delassatis & defessis eorum lectoribus. Peroportune hic recordor eorum, quæ de Hadriano VI. P. M. his verbis commemorat Paulus Jovius (a). *Gravissime tulerat se famosis carminibus apud Pasquilli statuam fuisse laceratum, sed id postea civili animo tulit, cum didicisset, eam maledicendi li-*

(z) De Machiavellismo liter. p. 130.
(a) In vita Hadriani VI. p. 277. sq.

di licentiam obscurorum hominum libertati atque nequitiæ dari, ut cum insignes viros impune carpserint, fortunam suam ea vindictæ voluptate consolentur. Decreverat Hadrianus uti Poëtis non obscure subiratus, Pasquilli statuam, quæ erat in Parione, demoliri, atque eam in Tyberim præcipitare: sed Ludovicus Suessanus (Hispaniarum Regis ad eum legatus) *urbano salsoque ingenio id fieri debere pernegavit, subdens Pasquillum vel in imo vado ranarum more non esse taciturum; ad id vero Pontifex, exuratur ergo, inquit, in calcem, ne ejus vestigii ulla omnino memoria supersit: tum rursus Suessanus, recte inquit, sed tam crudeliter concremato poëtæ clientes non deerunt, qui patroni cineres invidiosis carminibus prosequantur, & supplicii locum quotannis statuto solenni die celebrent. Quibus verborum lusibus Pontifex ab iracundia ad jocos hilaritatemque sensus omnes lenissime revocavit.* Scilicet nonnihil interdum prudenti dissimulatione tolerare convenit, ne repugnando irritentur crabrones.

§. XXI.

Haud tamen diffiteor, in nonnullis libris extirpandis felicissimo successu magistra-

stratum suam posuisse operam, eosque ita abolevisse, ut vel plane nulla, vel paucissima & ipsâ raritate rariora hodie extent illorum exempla. Ecquis, sodes, vidit Michaelis Serveti Villanovani Restitutionem Christianismi, cujus equidem quædam apographa manu exarata supersunt, typis vero exscriptum vel unicum exemplar, cum tamen mille fuerint impressa, (*b*) ubinam locorum adservetur, nemo hactenus, quod sciam, indagare potuit? (*bb*) Idem fere dicendum de Godofredi Vallee, Parisiis An. 1574. combusti, impio & unica duntaxat phylira constante libello (*c*), qui absonum hunc gerit titulum: LA BEATITUDE DES CHRESTIENS, *ou le Fleo de la Foy par Geoffroy Vallée, natif d'Orleans, fils de feu Geoffroy Vallée & de Girarde le Berruyer, ausquels noms des pére & Mére assemblez il s'y trouve* LERRE GERU VREY FLEO D. *La Foy bygarrée. Et au nom du fils*

(*b*) Vid. Mich. de la Roche Bibliotheque Angloise Tom. II. Part. I. p. 98.

(*bb*) Conf. hujus opellæ Tom. II. p. 351. sqq.

(*c*) Vid. de Deo de Sallengre Memoires de Litterature Tom. I. Part. II. p. 222. sqq. Bail. Diction. Tom. IV. f. 2795. & P. F. Arpi Ferias Æstivales p. 124. sq.

fils VA FLEO REGLE FOY. *Aultrement* GUERE LA FOLE FOY. *Heureux qui ſait au ſçavoir repot.* Hujus unicum modo exemplum typis excuſum, idque in inſtructiſſima Abbatis d'Eſtrées Bibliotheca, ſupereſſe exiſtimat Bernardus de la Monnoye. Primam Alcorani editionem Arabicam, quam circa annum MDXXX. Venetiis Paganinus Brixienſis dedit, contumelioſi ignes juſſu Pontificis ita abſorpſerunt, ut omnem fere ejus ſimul hauſerint memoriam, Viroſque etiam doctiſſimos & in literatura Orientali principes illius notitia prorſus fugerit. Fuſe & erudite de ea diſſerit Cel. D. J. M. Langius in peculiari diſſertatione, Altorfii Anno MDCCIII. habita (*d*), in qua p. 2.. ſqq. de moralitate theologica illius facti Pontificii, cujus fervore omnia dictæ editionis exemplaria perierunt, curate agit, idque ſummo jure improbandum eſſe ſtrenue evincit. In ipſo autem Romano cœtu ſaniores noſtra ætate Alcoranum non amplius Vulcano adjudicare, vel inde patet quod in ipſa Italia, Patavii ſcilicet Anno

(*d*) Conf. Biblioth. Bremenſ. Claſſ. VI. p. 271. ſqq.

1698. eum Ludovicus Maraccius, Innocentio XI. P. M. dum viveret a confessionibus sacris, cum versione Latina notisque ac refutatione publicæ luci restituerit. Interest professo, ut extent illiusmodi libri, si non alia de causa, saltem propterea, ut τῶν ἀλλοφύλων dogmata inde perspici, atque solidis argumentis refelli queant. Operæ igitur pretium fecisse præter alios omnino censendus est ὁ πάνυ Wagenseilius, qui Tela ignea Satanæ, sive arcanos & horribiles Judæorum adversus Christum Deum & Christianam Religionem libros ἀνεκδότους ex Europæ Africæque latebris erutos in lucem protrusit, Latina interpretatione & confutatione adjecta, ac præfatione eruditissima certe & prolixa, qua instituti sui rationes ita exposuit, ut justas omnium laudes promeruerit. Non tamen acrem censuram Romanæ Sedis, quæ opus istud Anno 1686. d. 2. Julii inter libros prohibitos & damnatos retulit (e), effugere potuit. Quæ severitas

(e) Vid. Indic. Libror. Prohib. Clementis XI. edit. Rom. 1711. pag. 480. ubi vero Editor, Vir profecto minime incelebris, WANGENSELLIUS audit, pag. autem 252. WAGENTELIUS, & pag. 519. WAGENSELLIUS notabili ἀκριβείας in libro publica auctoritate edito exemplo.

tas num sua se justitia tueri queat, judicium penes æquos rerum arbitros sit: mihi quidem non videtur. Ut enim taceam, ab hujus farinæ scriptis nihil periculi metuendum esse, nec facile ullum Christianorum iis ad defectionem incitatum iri: unde, quæso, prava infidelium dogmata insulsique errores luculentius, quam ex iis ipsis, cognosci, unde felicius tela ad jugulandas eorum calumnias peti possunt? Soli forte Hispaniæ & Lusitaniæ aliquid inde metuendum esset, cum inibi non pauci reperiantur, qui Inquisitionis metu Christianos quidem simulant, sed reapse longe alii sunt, & optimum nostrum Servatorem, qui benedictus sit in secula! in corde respuunt. Verum enimvero nusquam magis opus est, ut ejusmodi libri e latibulis suis protrahantur, quam in illis regionibus. Quum enim non ferro & flamma propagari velit sanior Religio, sed argumentorum robore, utpote virtute sua & præstantia se commendans: iis commodissima ad incredulorum conversionem via paratur. Hinc namque optime instrui possunt Doctores Christiani, qua ratione adversariorum tela, quæ prævisa minus nocere solent, excipienda & retundenda sint,

faciliorque veritari aditus muniendus. Valet & hic, quod de librorum Arabicorum crematione, jussu Cardinalis Ximerii (*f*) facta, pronunciavit nunquam satis laudandus Wagenseilius (*g*): *Quam parum aut nihil hoc remedio ipse profecerit, non ignorant, qui notitiam habent rerum Hispanicarum superioris, aut præsentis quoque ævi. Certe, ne adhuc quidem, a Saracenis & Judæis purgatum est regnum, etsi nunquam ferro flammisque illos everrere destitit Inquisitio. Quanto satius fuisset, si Ximenius, quique eum in Zelo sequebantur, errores potius ex animis hominum eximere, quam libros tollere studuissent. Hoc opus, hic labor esse debebat, impugnare Muhammedis sycophantæ impura dogmata, detegere veteratorias illius artes, notare spurcissimos mores & æstuantem libidinem, indicare in sacris & Judæorum literis commissa plagia: ista enim sola ratio est, ad liberandum a male conciliata religione populum. Tantum autem abest, ut Inquisitores Hispani libris ejusmodi iis, qui erroribus dementati jacent, subveniant, & veritatem Christianæ religionis commonstrent, ut potius, si qua*

(*f*) Vid. hujus opellæ Tom. p. 357.
(*g*) In præfat. Telis igneis præmissa p. 49.

si quæ tales Ecclesiæ generique humano salutares lucubrationes ab aliis editæ habentur, eas tanquam abominabiles damnent, & illarum lectione homines severissime prohibeant. Hæc Vir Maximus. Sed ulterius processit Daniel Morhofius, qui de sacerrimo de tribus Impostoribus libro (si modo is unquam extitit) differens, in hocce votum erumpere non dubitavit (*b*): *Utinam ejus farinæ libri extarent, & legi ab omnibus possent! Certus sum, ex ipsis tela, quibus eorum calumnia juguletur, nos deprompturos.*

§. XXII.

Eorum vero libros theologicos & polemicos, quod attinet, qui Christo nomen dant, at in diversa abeunt, de his supplicia sumi, fas minime omnium esse arbitror. Rationibus enim, non gladio decidendæ sunt controversiæ; argumentis, non cauteriis & novacula res hæc omnis transigenda. Quis namque incendiorum aliarumque pœnarum finis esset, si cuilibet parti dissentienti in adversariorum scripta igne vel aliis suppliciis grassari æquum foret? Idem sane jus, quod sibi in nostros libros Romanenses su-

(*b*) in Polyhist. litter. Lib. I. Cap. VIII. p. 71.

sumunt, & nobis in sua opera concedere tenentur: non enim ex alia ratione, credo, nostratium lucubrationes atro carbone notant, damnant, supprimunt, in favillas vertunt, quam quod eas noxiis perversisque dogmatibus scatere & veritati inimicas esse censeant: nos autem divinæ scripturæ suffragio muniti vicissim de eorum scriptis theologicis eandem fovemus mentem, neque tamen nostros ab eorum lectione arcemus. Singulis patent, nec erubescit veritas cominus cum iis congredi. Non opus est eorum prohibitione, quæ fortissimis argumentis satis superque refelli possunt. Dignissima videntur, quæ heic recitemus Marci Antonii de Dominis verba e præfatione Operis de Rep. Ecclesiastica, licet prolixiora: *Hoc ab ipso Sanctissimo Romano Pontifice humillimis precibus contendo, ut hanc operis mei editionem eo, quo dixi, fine publicatam non gravate ferat, neque solum non impediat, quo minus ad sedulum, quod cupio, virorum doctorum examen perveniat, sed etiam ut accuratam omnium prudentium lectorum censuram subeat, ipse inprimis, quantum in sua sanctitate est, satagat, atque urgeat; quodsi impedierit, totumque opus de more igni addixerit, aut ex Ecclesiis sibi subditis exterminari cura-*

curaverit, non potest Orbis universus Christianus non advertere & agnoscere, ipsum non ratione, sed vi suas tueri velle usurpationes, Ecclesiamque falsitatibus oppressam detinere, adeoque causa sua diffisum, cum clypeum nullum habeat, loricam nullam, nullum adversus tela intorta honestum munimentum, ignava declinatione, imo fuga uti turpissima, ac sedulo cavere, non quidem, ne vincatur, sed ne victus suis appareat asseclis, a quorum conspectu propterea & tela nostra & vulnera nostra abscondit. Si debilis, si inanis noster impetus sit, si ipse fidei clypeum gestet, quid timeat? cur refugiat? cur se e prælio subducat? cur, quibus impetitur, tela abscondat? Abscondo, inquiet, ne inermibus noceant, ne tyronibus oculos cutemque perstringant: librum pestiferum prohibeo, longeque arceo, ne rudioribus, simplicioribus, parumque eruditis laqueum struat, & sophismatum plausibilium fuco fraudem faciat. Esto, librum hunc igitur aliosque similes, Pater beatissime, probibe plebi imperitæ, ac, si placet, etiam literatura tenui imbutis, imo Theologiæ Candidatis semidoctis. Non repugno: Excipe tamen obsecro, expresse excipe ab hisce generalibus probibitionibus veteranos Ecclesiæ pugiles, Episcopos omnes singula Doctorum theologicorum collegia, univer-

 sosque

sosque in sacra Theologia Magistros & Licentiatos. His, quæso, omnibus non modo liberum hujusmodi controversalium scriptorum lectionem permitte, sed & strenuum eorundem examen suade, & pro ea, qua polles, potestate præcipe. Interim vero ab operis nostri nondum perlecti absoluta Damnatione abstinere, censuramque suspendere certe est æquissimum. Si statim comprimas librum, aut mihi plurimum & injuste noces, aut, sanctissime Pater, ipse tibi. Mihi, cujus errores, si qui sint, libro obmutescente non detegentur; adeoque vestra, Beatissime Pontifex, culpa in errore perseverabo, a quo me, ut proximus meus Prælatus, teneris revocare. Sin vera loquar, & nihilominus jussu tuo vox mea comprimatur (liceat dicere, quod vobis licet facere) *tibi certe obes maxime; qui nempe, ne veritatem videas, claudis oculos, eandemque ne ad te accedat, longe propellis: ut ipse cæcus in cæcitate pereas, & cum cæcis tuis, quibus eandem veritatem abscondis, in foveam cadas æternæ damnationis. Hic noster veritatis, à Christo edoctus, Christum imitaturus, præco, plurima certe peragrabit loca, ac forte aliquando vel invitatus, vel invitus, vel adductus, introibit in atrium Pontificis, a quo utinam interrogetur de doctrina ejus: Tun' certe aperte re-*

spon-

sponderes ei; Ego palam locutus sum modo, & in occulto locutus sum nihil. Quod si Pontificis jussu, vel in ejus gratiam, unus assistens ministrorum dederit ei alapam, dicens, sic respondes Pontifici? Tun' de Pontifice, tun' ad Pontificem audes scribere? Tun' supremum, immensumque Pontificis primatum discutere? Abi, apage, in æternum sile, ac cum isthac alapa detrudere in tenebras suppressionis exteriores. Ipse tamen ita duriter acceptus, tribunali pontificio se adhuc repræsentare non detrectabit, sed vocem illam ab ipso mansuetudinis magistro præscriptam intrepide subjunget: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Haud tamen rationibus his oppido prægnantibus ignem Vir longe doctissimus deprecari potuit, siquidem cum omnibus scriptis suis, exquisitam eruditionem spirantibus, ipse in carcere demortuus Romæ (*i*) in feralem rogum injectus fuit, felix in hoc, quod exanimem demum hæcce tetigerint fata, multum tamen infelicior aliis, quorum libros equidem funesta flamma devoravit, sed sal-

(*i*) Integram ejus processus historiam, omnibus suis circumstantiis vestitam refert Limborchius in Hist. Inquis. L. IV. C. 38. f. 361. sqq.

vis & illæsis auctoribus, de ipsa etiam sui ingenii fœtuum exustione jocantibus. Non inficeta sunt, quæ de Isaaco Peyrerio, Præadamitarum parente, narrat Æg. Menagius (*k*) *Lorsque le Livre des Preadamites parut, il fut condamné à être brulé par la main du bourreau. Je priai l'auteur, qui étoit de mes amis de me l'envoyer avant qu'il fut mis en lumiére. Il comprit ma raillerie & me l'envoya avec ce vers d'Ovide en changeant le mot d'urbem en celui d'ignem:*

Parve, nec invideo, sine me liber ibis in ignem.

§. XXIII.

Cæterum si cujus forte libri innoxii præter omne jus & fas ad rogum aliaque supplicia condemnantur, solatio illi esse possunt maximorum virorum exempla, qui eandem fortunam subierunt, & illæsa conscientia.

Justum & tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium

(*k*) Menagian. Tom. III. p. 68.

Non vultus instantis tyranni,
Mente quatit solida (*l*).

Infeliciores merito censentur ii, qui injuriam faciunt, quam qui patiuntur, & ex veritate dictum est a Menandro:

Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία,
Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν.

Existimandus ille praestantissimus,
Injurias qui ferre novit plurimas.

Pertinet huc quoque illud Oweni:


Qui recte vivit (scribit), *contemnit jura superba:*
Conscia mens recti nil timuisse potest.

Sed plura dicere omitto, nominaturus tantum adhuc bigam scriptorum huc facientium. Sunt illa Illustr. Christiani Thomasii *Rechtsgegründeter Bericht, wie sich ein ehrliebender Scribent zu verhalten habe, wann eine auswärtige Herrschafft seine sonst approbirte Schrifften durch den Hencker verbrennen zu lassen von einigen passionirten verleitet wor-*

(*l*) Horat. L. III. Od. 3.

worden (m): Franz Dietrich Freudenhofers Gründliche Erörterung der Frage: Ob es einem Scribenten, wenn seines Gegenparts Streit- und Schuz-Schrifft eine auswärtige Obrigkeit durch den Hencker verbrennen lassen, zu einer Ehre und Rechtfertigung seiner Sache, seinem Gegner aber zu einer Unehre und Zernichtung seiner Sache gereichen könne? Freystadt.
1715.

(m) In ejus *kleinen Teutschen Schrifften* p. 415. Prodierat antea seorsim Friburgi, uti titulus habet, A. 1691. in 4. sub nomine adscititio Attilæ *Friedrich Frommbolds.*



III.

EPISTOLA CRITICA

*** *C. R. P.*

AD

T. D. L. C.

DE

PUNCTIS CONTROVERSIÆ KEMPISIANÆ PRÆCIPUIS.

Illuſtriſſime, ac Excellentiſſime D. D. Patrone.

FAllit plerumque increſcens ſemper eundo fama; nunc quod rarum vera retulit, dum novas pro Gerſene in Italia, Gallia, & Germania Vindicias apparuiſſe ad tuas aures detulit. Petis, quænam illæ Gerſenianæ novæ Vindiciæ ſint? quod meum de his judicium? ad quam tandem ſummariam demonſtrationis formulam totum Kempiſianæ Cauſæ meritum

tum constringi possit? Tria exigis: triplici responso votis tuis, ut semper decet, obsequor.

§. I.

Quænam prodierint novæ Gerseniane Vindiciæ.

Post editam anno 1725. *Informationem de Statu Controversiæ* Kempisianæ novæ interea Gersenianæ Vindiciæ ad me perlatæ sunt? tituli librorum, in quibus eæ vindiciæ continentur, sunt sequentes.

1. *Voyage Litteraire de deux Religieux Benedictins de la Congregation de S. Maur à Paris.* 1717. tome premiere. Secundus tomus primum prodiit 1724. authores hujus Itinerarii litterarii sunt R. D. Edmundus Marthene, & R. D. Vrsinus Durand Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri in Gallia, qui, dum anno 1718. perlustrarent ultra centum Bibliothecas in Belgio & Westphalia, diligenter notarunt MSS. Codices, qui causæ Gersenianæ qualecunque emolumentum conferre videbantur.

2. *Gu-*

2. *Giovanni Gersen Abate dell' Ordine di S. Benedetto Sostenuto Autore de Libri dell' Imitatione. in Firenze*, 1724. Author hujus opusculi dedicati Eminentissimo Cardinali de Comitibus est R. D. Virginius Vallecchi Monachus Cassinensis. Scopus hujus authoris non tam est, ut vindicet suum Gersenem contra Thomam Kempensem, quam contra Gersonem, quem quidam Presbiter sæcularis Reipublicæ Lucensis nuper pro vero authore libri de Imitatione venditare velle visus est.

3. *Bibliotheque Historique & Critique des Autheurs de la Congregation de S. Maur. par D. Filippe le Cerf, Religieux Benedictin de la meme Congregation. à la Haye* 1726. Author hujus opusculi, dum fol. 93. agit de Scriptis Delfavii, & fol. 249. de Scriptis Mabillonii, adeo certam esse opinatur Gersenistarum sententiam, ut non dubitet sententiam Canonicorum Regularium vocare *Visionem*, & chimæram, fol. 256. sic concludit: *Il est donc sensible, que la pretention des Chanoines Regulieres est une vision, & une chimere.* * Conf. p. 416. seq. in vita Rob. Quatremaire.

4. *Historia Concertationis de Authore libelli de Imitatione Christi, Gallice concinnata à R.*

à R. P. Vincentio Thullerio è Congregatione S. Mauri ; latinè verò edita Augustæ 1726. Historia hæc Gallicè Parisiis prodiit anno 1724. inter *opera posthuma* Mabillonii, edita à P. Thullierio, nato anno 1685. professo anno 1703. qui scribitur occupari in versione gallica Polibii, Romani Scriptoris de secundo bello Punico.

§. II.

Quodnam sit meum de his Vindiciis Gersenianis Judicium ?

Dico ; Probabilitatem argumentorum ex omnibus his vindiciis pro Gersene contra Thomam K. conflatam secundum leges Criticas ad summum esse ut $\frac{5}{10}$, adeoque nullam. Id demonstro ab excussione eorum singulorum argumentorum, quæ ex his vindiciis elici possunt.

Argumentum 1. contra Kempensem formari potest ex eo, *quia nullus ante Ascensium Badium, proferri potest, qui librum D. J. Thomæ K. asserat*, ita *Thullierius* primis suæ Historiæ lineis. Respondeo, Ascensium

ſium Badium ſuas Vindicias Kempenſes edidiſſe anno 1520. ut patet inſpicienti librum ; ante hunc annum profero 70. teſtes, qui librum d. J. Kempenſi aſſerant, & ipſa Hiſtoria Thulleriana in chronotaxi ad annum 1494. pro Thoma affert Pirkamerum, itaque hoc argumentum ſe habet ut $\frac{0}{10}$.

Argumentum 2. S. Bonaventura diu ante Thomam K. in ſuis Collationibus citat libellum de Imitatione ; neque probari poteſt, has Collationes eſſe ſuppoſititias, ex eo, quod in iis citetur *Vbertinus ; cum enim Vbertinus jam anno* 1257. *Franciſcanis addictus fuerit, non repugnat, eum citari à S. Bonaventura mortuo* 1274. ita *Thullierius* n. 15.

Reſpondeo, Vbertinum primùm natum eſſe anno 1259. & profeſſum anno 1273. ut impoſſibile ſit, eum citari à S. Bonaventura mortuo 1274. teſtem habeo ipſum Vbertinum, qui in ſuo libro, *Arbor Crucifixi*, dicto ad finem ſic habet : *Menſe Septembri terminavi in Vigilia Michaelis Archangeli anni præſentis* 1305. *à mea verò vili converſione anno* 32. in Prologo verò dicit, *ſe profeſſionem emiſiſſe anno ætatis decimoquarto.* Qui plura de ſuppoſitione ha-

rum Collationum convincentia argumenta videre cupit, adeat Oudinum de Script, Eccles. Dupinum Nouv. Biblioth. tom. 12. Dissert. §. 7. & meæ Informat. p. 3. arg. 6. Itaque & hoc argumentum se habet ut $\frac{0}{10}$.

Argumentum 3. *Concilium Eruditorum Parisiis anno* 1687. *judicavit, Codicem MS. Aronensem ab annis saltem trecentis adeoque ante Thomam K. natum anno* 1380. *exaratum esse.* Ita *Thullierius*. n. 84.

Respondeo, Concilium Eruditorum Parisiense nec unquam judicasse, nec potuisse judicare, Codicem Aronensem ante sæculum 15. exaratum esse. Quod illud Concilium hoc nunquam judicaverit, patet ex eo, quia Dupinus, qui Concilio interfuit, quique, ut vult Thullierius, eidem subscripsit, ipsemet librum de Imitatione adscribit Gersoni Cancellario mortuo 1429. nato 1363. adeoque Synchrono cum Kempensi: imo idem Dupinus l. cc. Expresse asserit, ne quidem probabile haberi fundamentum, quod author libri d. J. sit Abbas Benedictinus; *dico*, inquit, *qualitatem Abbatis S. Stephani Vercellensis Ordinis S. Benedicti, quæ tribuitur prætenso Joanni Gersen, non inniti ullo fundamento, aut ullo testimo-*

nio

nio fide digno. Bibl. t. 12. Differt. §. 13. Quod idem Concilium non potuerit aliter judicare, patet ex ipsa inspectione Aronensis Codicis, cujus Scripturam Mabillonius *de Re Diplomatica* accurrate exhibet. Character planè non prodit aliud sæculum, nisi sæculum 15.; nec ipse Mabillonius aliter judicare ausus est, dum Judicium de ætate illius Codicis aliis permittit; consului hac in re viros in Manuscriptis versatissimos; planè judicant, ex characteribus illis Codicis aliud sæculum quâm 15. evinci non posse; ipsemet paratus sum, proferre mille Manuscriptos Codices, illi Aronensi Codici similes, omnes sæculo 15. exaratos, & quid multis opus litibus? En! primùm anno præterito 1726. Idem Codex Aronensis novo Eruditorum Concilio Mediolani examinandus traditus est; examinarunt diu, & attentè viri in Manuscriptis versatissimi, tota Europa celebratissimi, inter quos etiam est Illustriss. Comes Antonius Simonetta, & Illustriss. Comes Silva; unanimi pronuntiarunt consensu; Codicem Aronensem ante sæculum 15. exaratum non esse; totius Tractationis authentica testimonia penes me habeo, quæ proferam, si necesse fuerit. Ut quid ergo

Concilium Parisiense anno 1687. judicet, Codicem Aronensem *à trecentis annis exaratum* esse? modo loquendi usitatissimo in sensu inclusivo utitur; sic dicimus, aliquid factum *ante octiduum*, *ante tres annos* quod octavo abhinc die, vel tertio abhinc anno factum est. Sic etiam D. Crysostomus defunctus anno 407. in duabus homiliis indubiis dicit, Vrbem Jerosolymam *ante quingentos annos* eversam esse à Romanis. Sic etiam D. Hieronymus Epist. 29. anno 406. citat Irenæum his verbis: *Hoc ille scripsit ante annos circiter trecentos*, cum tamen constet, Irenæum scripsisse anno 176. Itaque incertum est, an concilium Parisiense majorem Codici Aronensi ætatem adscripserit, quam ætas Thomæ K. ferre possit, & si adscripsit majorem, huic opponitur Concilium Mediolanense, si non majoris authoritatis, certè paris. Sit ergo in casu oppositæ sententiæ æqua utrinque pro quolibet Concilio probabilitas ut $\frac{5}{10}$. Si insuper accedat incertitudo, an Concilium Parisiense contrarium sit, decrescet pro Gersene probabilitas uno alterove gradu, sicque hujus argumenti pro Gersene probabilitas erit ad summum, ut $\frac{3}{10}$ vel $\frac{2}{10}$, adeoque nulla.

Argu-

Argumentum 4. Codices MSS. pro Gersene coram Concilio Eruditorum Parisiensi anno 1671. producti judicati fuerunt incorrupti. Ita Thullierius. n. 66. & L'E Cerfius l. cc.

Respondeo, hoc argumentum, ut bene concludat, debere reduci ad hunc Syllogismum. Ille est author libri de Imitatione, quem Codices MSS. incorrupti pro authore determinant, sed Gersenem abbatem Benedictinum, distinctum à Gersone Cancellario, aliquot incorrupti Codices pro authore determinant, Ergo est author. In hoc Syllogismo Major & Minor præcisè est probabilis, itaque conclusio ex Legibus Criticis non manet probabilis. Majorem tantum esse probabilem præcisè, patet ex eo, quia producuntur Codices longe plures incorrupti pro Thoma K. & Gersone Cancellario; & tamen ex mente Gersenistarum non sequitur, Thomam K. aut Gersonem esse libri authorem, quia supponitur, librarium in designando authore potuisse errare. Minorem etiam præcisè esse probabilem, evincitur ex eo, quia constat, sæculo 15. sub nomine Gersenis communiter intellectum fuisse Gersonem Cancellarium. Ipsemet Mabillonius in suis

animadverſionibus, fatetur, in Codice MS. Padolironenſi extare Epitaphium Gerſonis Cancellarii, ubi loco *Gerſonis Gerſen* ſcriptum ſit, hoc modo *Jòannes Gerſen Conſolarius*, id eſt, *Doctor Conſolatorius*, prout in omnibus antiquis editionibus Gerſon vocatur. R. D. Angelus Valſechus in ſuo *Gerſene vindicato* Cap. 1. fol. 31. & 51. ipſe etiam fatetur, in ſuo Monaſterio della Badia reperiri Codicem MS. membranaceum in 4. ſcriptum anno 1466. cum hac Inſcriptione. *Incipit libellus devotus & utilis compoſitus à D. Joanne Gerſen Cancellario Pariſienſi, de Imitatione Chriſti.* Itaque ſi Major Syllogiſmi foret $\frac{6}{10}$, & Minor $\frac{6}{10}$. concluſio per L. C. tantum erit, ut $\frac{3}{10}$, id eſt, non probabilis. Addo, Judicium illud Pariſienſe notatum fuiſſe à R. P. Claudio du Molinet, viro ob ſingularem antiquitatum ſcientiam per Europam celebri; in Epiſtola, quam edidit Richardus Simon in ſua Bibliotheca Critica tom. 1. Cap. 2. Scripta anno 1687. 27. Junii expreſſis verbis aſſerit, ſe deprehendiſſe, Codicem Genuenſem, & Padolironenſem, quem dicitur approbaſſe illud Pariſienſe Concilium, corruptum eſſe. *Les Manuſcrits*, inquit, *qui viennent d'Italie, ſont ſi ſuſpects, qu'on ſe*

doit

doit touiours defier ; pour moi, j'ai vû deux de ceux là à S. Germain des Prez, que j'ai trouvé falsifier, & suis prêt de le soutenir. Je n'en attribue pas la faute aux P. P. de la Congregation de S. Maur, ~~mais aux~~ Italiens, qui leur avoient envoié ces beaux originaux fabriquez en leur pays ; l'un est le Codex Genuensis, & l'autre le Codex Mantuanus, seu de Padolirone. Hucusque Claudius du Molinet post illud Parisiense Eruditorum Concilium, quod intra duas horas tot Codices MSS. vidit, lustravit, examinavit, probavit, & solenne Instrumentum à Mabillonio, ut ipse Thullierius fatetur, confectum sua subscriptione subsignavit.

Dices : potius errare Molinetum, quam integrum Eruditorum Concilium. Respondeo, potius supponendam in illo eruditorum Concilio nimiam festinationem, & inadvertentiam, quam in Claudio Molineto, quem ob morum probitatem ac eruditionem Gallia & Europa colit, mendacium ac peccatum. Vide, quam necesse sit, aut mentiri Molinetum, aut merito Codices suspectos esse. In præfata Epistola sic pergit : *Primus Codex Genuensis mihi monstratus est à P. Quatremario in Bibliotheca S. Germani ubi simul mecum erat D.*

Seguin Decanus ad S. Germanum de l'Auxerois cum alio viro erudito. Agnovimus manifeste, titulum ubi erat nomen autheris, erasum esse, & loco Thomas Joannes satis grosse positum esse, ad quod Quatremarius non potuit respondere, nisi tam bene, ut postea hoc Manuscriptum non amplius comparuerit. nec unquam amplius monstratum sit, licet sæpius illud videndi licentia petita sit, & licet sæpius instantissime in præsentia primarii Præsidentis de la Moignon sit flagitata. Alterum Manuscriptum Mantuanum seu Padolironense non est melius; examinavi illud in præsentia præfati docti Magistratûs, & observavimus, titulum, Incipit liber Joannis Gessen primus, manifeste duobus atramentis rubris, quorum unum altero lucidius erat, scriptum esse, & forte etiam diversa manu. Epitaphium Joannis Gersonis, quod in eodem Codice extiterat, & ipsum non comparet amplius, ita Molinetus. Ex quo hoc saltem efficitur, certum non esse, Codices illos incorruptos esse.

Verùm ne scandalizemus parvulos, qui ignorant æquivocationum etiam in juramentis vim, mittamus hanc exactam Molineti industriam; sint Codices illi Itali sine labe puri, sine dolo incorrupti; sit nemo

in

in orbe, qui sibi assumat effrontem causâ salutis publicæ negandi ac pernegandi ex Cattando Ecclesiaste licentiam, nobis sufficiat, supposita etiam incorruptione Codicum argumento ob probabilitatem præmissarum probabilitatis remanere nihil.

Si denuo dicas; Codicem Aronensem in titulo præfixum gerere *Joannis Abbatis* nomen, quod nequaquam Gersoni Cancellario congruat. Respondeo, minimè certum esse, hac inscriptione Joannem Gersen Abbatem Benedictinum Vercellensem S. Stephani de Canabaco dictum designari. Ratio est, quia constat, extitisse quidem Joannem quendam Gersen Abbatem Canonicum Regularem; extitisse verò aliquando Joannem Gersen Abbatem I. Benedictinum S. Stephani de Canabacò, non solum nullo proditur indicio, sed eum nunquam in rerum natura extitisse, vix non certum novissimè detectis documentis comprobatur. Extat in Monasterio Vercellensi S. Andreæ Chronica MS. Allicensis antiqua, ubi dicitur; *Joannem Ghersen fuisse Abbatem Ordinis Lateranensis in Monasterio Pagi, vulgo Allice, non procul à Cavaglia.* Ita anno præterito 1726. Vercellensis quispiam vir eruditus ad me perscripsit. Idem in suis

 lit-

litteris, quas asservo, retulit, se hoc anno 1726. excussisse Archivium Civitatis Vercellensis, seque ibidem reperisse litteras membranaceas anno 1206. die 16. Decembris scriptas, in quibus occasione cujusdam contractûs inter Abbatem S. Stephani & Prætorem Vrbis initi subscripta sunt omnium fratrum & Abbatis in monasterio S. Stephani degentium nomina. Abbas erat Robaldus; inter fratres verò nullus omnino Joannis nomen gerit. Fabula ergo est tota Joannis Gersenis Abbatis Vercellensis S. Stephani ad initium Sæculi 13. vita; nec in Codice Aronensi designari Abbas poterit, qui nunquam in orbe extitit; & qui hunc Abbatem in Iconismis sub titulo *Venerabilis Joannis Gersen*, &c. colunt, contra leges Romanorum Pontificum turpi superstitione idolum colunt. Idem confirmatur ex Catalogo Abbatum Vercellensium S. Stephani, quem Augustinus ab Ecclesia Episcopus Salutiensis edidit; ex hoc enim constat, omnes Abbates S. Stephani ab anno 1340. usque ad annum 1627. fuisse Commendatarios; & tales jam fuisse ad initium sæculi 13. exinde Colligitur, quia idem Catalogus ad annum 1214. ponit *Abbatem Robaldum Canonicum S. Eusebii.* Plura de hoc Argumento

to videri possunt in mea Informatione. p. 3. ubi etiam causam prodidi, cur ipsi Gersoni ex errore titulus Abbatis adscribi potuerit, eo quod ejus frater Joannes Gersen fuerit Lugduni Prior Cœlestinorum, quod idem est ac Abbas in Italia. Id solum adhuc addo, Canabacum frustra omnino quæri Cavagliæ; Parochus Cavagliacensis anno præterito 1726. excussit omnia prorsus documenta antiqua ad sæculum 13. 14. 15. 16. 17. pertinentia; nullibi *Cavagliæ* loco *Canabacum* scriptum reperit. testes hujus industriæ penes me asservo litteras. Mihi etiamnum verosimile videtur, *per Joannem de Canabaco* designari possessorem libri aliquem Joannem de Rorbach, cùm ex una parte constet tales terminationes germanis esse familiares, v. g. Abbatia Marbacensis, Aspacensis; & nuper vidi effigiem Arnoldi cujusdam *Kirchensiken baco-Norici* Professoris Norimbergensis denati 1685. ex altera verò parte ex litteris R. P. Qua ille Româ 1642. scriptis certum sit, Codicem illum Allatianum ex Germania delatum esse in Italiam. Ex tertia verò parte omnibus antiquitatum studiosis notum sit, antiquitus possessores librorum primo folio sua nonnunquam præfixisse nomina, sic in

Biblio-

Bibliotheca Cathedrali Augustana vidi Bibliam MS. membranaceam, in cujus primo folio *Emico Episcopus* suum nomen inscripsit.

Argumentum 5. In littera initiali Cavensis Codicis MS. cernitur depictus monachus niger cum Cruce; constat autem, antiquitus fuisse consuetudinem per similes imagines denotandi authorem libri. Ita Vallechus in Præfat. fol. 16. usque ad fol. 38. ubi affert multa exempla talium imaginum authorem libri denotantium. Respondeo, sæpe quidem per tales imagines allusum fuisse ad authorem, sæpius tamen, ac communiter imagines pro librarii phantasia arbitrarias præfixas esse. Sic ipse R. D. Edmundus Marthene tom. 2. voyage litter. refert, se in Abbatia Wastensi Arasii reperisse expositiones MS. S. Augustini in Psalmos; in libri tamen initio depictum esse Radulphum Monachum, qui Codicem illum descripsit. In nostra Bibliotheca habemus Codicem membranaceum, continentem vitas sanctorum; ubi ad vitam S. Vdalrici perventum est, in Initiali littera delineatus est Canonicus cum Rocchetto, libri impressi sæculo 15. qui haud dubie succedunt moribus MSS. Codicum, sæpe ab initio exhibent Ludimagistrum, Concionatorem,

aut

aut Doctorem in cathedra, aut aliquem sanctum, aut aliquam allusionem ad libri materiam, quin de repræsentando authore libri cogitarint. Itaque cùm centum dentur exempla imaginum authorem non referentium contra decem exempla imaginum initialiter authorem repræsentantium, probabilitas argumenti Valsechiani erit ut $\frac{10}{100}$, = $\frac{1}{10}$, seu nulla.

Argumentum 6. Liber de Imitatione citat S. Franciscum tanquam adhuc existentem in vivis, his verbis: *ait humilis S. Franciscus*; verbum enim in præsenti adhiberi non potest, nisi author, qui citatur, adhuc vivat, aut saltem aliquid scripto reliquerit, in quo semper loqui dici possit. Ita Valsechus Cap. 11. fol. 132. & 133. Respondeo mirâ patientiâ; hoc argumentum nugas esse. Millies citamus verba Christi dicendo in præsenti, *Christus*, *inquit*, etiamsi Christus nihil scripserit. Sic & S. Lucas de S. Stephano sic habet: *Qui ait*, *viri frates*. c. 7. act. & eodem c. *Et ait*, *Ecce video cœlos apertos*, nihil scripsit S. Stephanus, & tamen post mortem tanquam vivens loquitur; *ait*. sic & Math. 8. habetur: *Centurio ait*. *unus scriba ait illi*. & Joannis c. 14. *Dicit ei Thomas*, *dicit ei Philippus*, *dicit ei Judas* &

c. 18.

c. 18. *dicit Petro ancilla; dicit ille, non sum, dicit ei Pilatus*, &c. Sit igitur hoc argumentum, ut $\frac{0}{1000}$ vel $\frac{1}{10}$, quia inter mille exempla ne quidem unum exemplum proferri poterit, in quo aliquis scriptor per eum citandi modum vim præsentis temporis in verbo collocare voluerit.

Hæc sunt præcipua argumenta, quæ in novis Gersenianis Vindiciis Marthenii, Valsechi, Thullierii, Cersii urgeri vidi. Addamus jam juxta Leges Criticas probabilitates argumentorum horum omnium. fiet ex

Argum.	1.	$\frac{0}{10}$
	2.	$\frac{0}{10}$
	3.	$\frac{2}{10}$
	4.	$\frac{2}{10}$
	5.	$\frac{1}{10}$
	6.	$\frac{0}{10}$
Summa.		$\frac{5}{10}$

A. E. D.

§. III.

§. III.

Ad quam Summariam Demonstrationis formulam totius Causæ Kempisianæ meritum constringi possit?

Thomam Kempensem esse authorem libri de Imitatione, duobus argumentis demonstrari potest. 1. Quia Codices MSS. & authores Thomæ Kempensi coævi plus quam sexaginta eidem librum d. J. adscribunt. 2. Quia collectio propemodnm infinita proprietatum & accidentium in authore libri d. J. & Thoma Kest eadem, qualis nuspiam in duobus diversis authoribus ostendi potest. utrumque ostendo.

I.

Codices MSS. & authores Thomæ K. coævi plus quam sexaginta eidem adscribunt librum d. J.

Natus est Thomas K. 1379. scripsit librum d. J. circa annum 1420. mortuus

est

eſt 1471. exacto ætatis anno 92. Codices proin & authores coævi haberi debent, qui vixerunt ab anno 1420. uſque ad annum 1520. ſit ergo

I. *Codex MS. Kirchemianus*, de quo David Ehingerus, vir eruditus, litteris ad Heſerum datis, fide publica interpoſita, ſanctè aſſeverat, 1. hunc Codicem adſcriptum habere annum 1425. 2. eundem ex ipſo authographo Thomæo tranſumptum eſſe. 3. eundem præ ſe ferre nomen authoris, *Thomæ de Kempis Canonici Regularis in Trajecto.* Ita Heſerus in Hecatomp.

II. *Codex MS. ad S. Crucem Auguſtæ*, ſcriptus anno 1440. in quo ad finem additur eodem charactere; *Compilator hujus opuſculi fuit quidam Fr. Thomas nomine de conventu & Ordine Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Montis S. Agnetis Trajectenſis.* Ipſemet hunc Codicem inſpexi, & ſic ſe habere deprehendi. vide Inform. fol. 236.

III. *Codex MS. Rottenbuechenſis*, ſcriptus circa annum 1440. ad calcem continebantur hæc verba, eodem charactere ſcripta: *Viri egregii Thomæ Montis S. Agnetis in Trajecto Regularis Canonici libri de Imitatione Chriſti numero quatuor*, ipſemet hunc Codicem inſpexi, ſicque habuiſſe deprehendi. vide Inform. fol. 40.

IV.

IV. *Codex MS. Pollinganus* scriptus circa annum 1442. hanc ad finem habet subscriptionem: *Explicit libellus de Imitatione Christi editus, ut dicitur, à quodam Canonico Regulari in Monasterio Pödicken Pardeborgensis diœcesis Provinciæ Coloniensis.* Rem sic se habere, testatur Instrumentum à Notario publico erectum, quod possum proferre, & Codicem ipsum penes me asservo. De hoc Monasterio Pödicken P. Edmundus Marthene tom. 1. Voyages. fol. 246. sic scribit: *Monasterium Bodecken tribus milliaribus ab urbe Paderborn dissitum, in terribili solitudine situm Canonicis Regularibus Congregationis Windesheimensis traditum, tanta disciplinæ regularis fama inclaruit, ut paulo post viginti septem aliis ejusdem Instituti monasteriis mater effecta sit; vidi ibi etiamnum asservatas vitas primorum septem Priorum seu Præpositorum, quæ tam ædificatoriæ sunt, ut satis mirari non possim, cur in tenebris tam splendida lumina relinquantur; sine dubio multos procrearent fructus: si ederentur. Prior, qui nunc (anno* 1718.) *praeest, mereretur jure optimo inter septem illos Priores locum; namque ab omnibus pro sancto habetur; videbatur nobis homo optimus, & ædificabamur ex illo plurimum,*

ita Marthene. Hæc propterea retuli, ut nemini mirum videatur, quomodo Thomas K. Monaſterium *Bodecben* devenerit.

V. *Codex MS.* in Bibliotheca Monaſterii S. Barbaræ Cartuſienſium Coloniæ, continens diverſos tractatus, quorum Index ab initio libri ſic habet: 1. *Speculum Henrici de Haſſia*; 2. *Liber de diſcretione Spirituum ejusdem.* 3. *Aliqua opuſcula cujusdam devoti Regularis* (quidam in margine appoſuit: *cujus nomen eſt Thompas Kempis Conventus prope Swollis) de Sacramento altaris; Soliloquium animæ; libellus, qui ſequitur me, ita Index.* Ad finem libri de Sacramento altaris adſcriptus eſt annus 1447. vide Dupin. tom. 12. Bibl. Eccleſ. Diſſert. §. 3.

VI. Codex MS. in Monaſterio S. Catharinæ Auguſtæ, ſcriptus linguâ germanicâ circa annum 1450. Interpres in præfatione ſic habet: *Incipiunt vitæ beatorum Religioſorum ex Ordine S. Auguſtini Canonicorum Regularium, qui noſtris temporibus vixerunt in Belgio in Diœceſi Trajectenſi, inter quos etiam fuit devotus & beatus Thomas de Kempis, qui hunc libellum, atque alios complures nobiles tractatus compoſuit; ille*

ille etiam est, qui composuit devotum libellum de Imitatione Christi, vide Dioptram Hescri, n. 18. Besoldus, vir in Vniversitate Ingolstadiensi celebris in suo Spicil. Polit. Jurid. 3. de pacis Jure C. 1. testatur, se in Monasterio Zwifaltensi vidisse libros d. J. in linguam germanicam translatos, & scriptos anno 1448.

VII. Codex MS. Bruxellensis apud Carthusienses, qui, teste Chiffletio C. 7. Apolog. sic finit: *Explicit devotus tractatus cujusdam Regularis de Interna locutione Christi ad animam fidelem, scriptus in anno* 1463. Vide Dupin. l. cc. Quod autem simpliciter sub nomine Regularis intelligatur Canonicus Regularis in Belgio sæculo 15. certum est mille exemplis. Sic ipse Thomas K. in suis opusculis, dum loquitur de suis Canonicis Regularibus, ad minimum vigesies eos comprehendit sub solo termino Regularis v. g. in vita Gerardi M. C. 15. dicit: *Ex congregationibus Gerardi M. monasteria Regularium initium sancta conversationis accepisse.* Item eodem C. 15. *Habuit in proposito ædificandi monasterium Clericorum Ordinis Canonicorum Regularium — ad hunc Ordinem Regularium inductus fuit propter reverentiam Joannis Rusebroec*

Prioris in ordine Regularium. In vita Joannis Brinkerink ait : *Sepultus est in Monasterio Ordinis Regularium in Dyepensene.*

VIII. Codex MS. Bibliothecæ Cæsareæ, scriptus anno 1467. de hoc A. R. D. Raymundus Duellius C. R. S. Y. in literis ad me 1725. datis sic scribit : *Vidi ego Codicem MS. in Bibliotheca Hohendorfiana, qua suam nuper Cæsar auxit, sæculo 15. exaratum, in cujus fronte Thomas habitu Canonici Regularis, ejusdem ævi manu depictus, sistitur; sequuntur verba : Incipit Liber I. F. Thomæ de Kempis Canonici Regularis Ordinis S. Augustini de Imitatione Christi, & contemptu omnium vanitatum mundi. In fine legitur: F. Thomæ de Kempis, de Imitatione Christi, deque contemptu mundi devotum & utile opusculum finit feliciter. Codex est membranaceus in 4. in quo charta vaga ita habet. Le Manuscrit a appartenu à Messire Baudoin de Lannoy Seigneur de Molambais fait Chevalier de la Toison d'or l'an. 1467.*

IX. Codex MS. domus S. Petri Dalheimensis, anno 1681. coram Concilio Eruditorum Parisiensium à Cononicis Regularibus productus, in quo reperitur liber J. ad finem sic habet : *Explicit libellus* ...

co

contemptu mundi, quem fecit Frater Thomas Kempis professus in Monte Agnetis Ordinis Canonicorum Regularium. Obiit ætatis suæ anno 92. in ordine devotus 65. requiescat in perpetua pace, pro quo debitum solvi An. 1471. Cosmæ & Damiani, quo anno obiit. Cum librarius adhuc recordetur die, quo Missam pro defuncto Thoma K. persolvit ex fœdere, constat, eum codicem non multò post annum 1471. scriptum esse; certè librarius Thomæ K. ex fœdere junctus aut familiaris erat. In eodem Codice extat Tractatus *Hugonis de claustro animæ* scriptus anno 1475. Vide Dupin. l. cc.

X. *Catalogus Librorum MS.* 1472. servatus apud Canonicos Regulares ad D. Martinum Lovanii, in quo liber d. J. tribuitur Thomæ K. vid. Diopt. Hes. n. 6. & Dupin. l. cc. & Inform. fol. 238.

XI. *Catalogus alius, MS.* 1472. servatus apud Lovanienses Can. Reg. ad S. Martinum, de quo solenne Instrumentum â me Inform. f. 238. citatum sic habet. Item in eodem armariolo servatur alius Catalogus duplex in octavo, scilicet dumi B. V. apud Endoviam, & fontis B. M. Arnheim, scriptus anno 1472. in quo sic legitur.

Thomæ de Kempis Canonici Regularis de Imitatione Christi. Dupin. l. cc. Heser. Hecatomp.

XII. Codex impressus Domini Raymundi de Krafft, Consulis Reipublicæ Imperialis Ulmensis, antiquissimus, cujus initium ita habet: *Incipit libellus consolatorius ad instructionem devotorum. Cujus primum capitulum est de imitacione Christi, & contemptu damni vanitatum mundi. Et quidam totum libellum sic appellant scilicet libellum de imitatione Christi, sicut evangelium Mathei appellatur liber generacionis JESU CHRISTI. Eo quod in primo capitulo fit mentio de generacione Christi secundum carnem Incipit primum capitulum Qui sequitur me non ambulat in tenebris dicit dominus &c. &c.* In fine sic legitur: *Viri egregii Thome montis sancte Agnetis in Trajecto regularis canonici libri de Christi imitatione numero quatuor finiunt feliciter, per Gintherum Zainer ex reutlingen progenitum literis impressi ahenis.*

De Antiquitate autem hujus editionis Kempisianæ hoc notandum, quod quum Gintherum Zainer ex Reutlingen progenitum pro typographo habeat, qui artem typographicam anno 1471. 1472. & 1473

Augu

Augustæ Vindelicorum exercuit (id quod ex aliis operibus, quæ ab eo excusa, rariusque nunc obvia sunt, & in eadem Bibliotheca Krafftiana adservantur, demonstrari potest.) Et quum Michael Maittaire in Annal. Typograph. T. I. p. 94. 100. & 101. aliorum etiam operum ab eodem Ginthero Zainer typis exscriptorum mentionem faciat, post annum autem 1473. laudatus Vir, etsi omnes tot instructissimarum Bibliothecarum in Anglia præsertim & Gallia angulos ad Annales suos curate & industrie condendos perreptaverit, nihil amplius ab eo impressum indagare potuerit, consequenter dictus Gintherus Zainer tunc temporis in vivis esse desierit; perquam inde fit verosimile, memoratam editionem libri de Imitatione Christi omnium primam esse, præ cæteris Kempisianis: quippe publicæ luci probabiliter circa annum 1471., si non antea expositam: siquidem rei literariæ gnaros non fugit eadem opera, quæ anni & loci indicio destituta sunt, cæterisque antiquitatis Characteribus, uti editio Krafftiana, gaudent, ætate semper vincere illa, quibus anni locique nota adscripta vel typis excusa est.

XIII. *Codex Impressus Augustæ* 1472. qui in fine sic habet : *Viri egregii Thomæ, Montis S. Agnetis in Trajecto Regularis Canonici libri de Imitatione Christi numero quatuor finiunt feliciter.* Exemplaria hujus editionis vidi in Bibliotheca Reipublicæ Augustanæ, in Bibliotheca Vndensi, & in Bibliotheca Franciscanorum Monachii, ubi etiam adscriptum vidi annum impressionis 1472. charactere sæculi 15. hoc modo : I ɤ Λ2. vide Inform. fol. 234.

XIV. *Codex MS. Bibliothecæ Reipublicæ Augustanæ*, scriptus circa annum 1475. qui & ipse quondam continebat librum d. J. sub titulo Thomæ K. hoc modo : *Prima pars tractatus de Imitatione Christi Domini Thomæ Montis S. Agnetis Canonici Regularis.* Nunc verò liber ille à furtiva manu exsectus est. Quando ante aliquot annos, nihil adhuc cogitans de Controversia Kempisiana, illam Bibliothecam perlustravi, & hic ipse Codex mihi perlustrandus oblatus est. Vidi exsectos tres primos libros, relictum tamen esse adhuc quartum ; cum tamen in eodem Codice contineantur varii alii tractatus, tandem mihi incidit, ut in primis foliis quærerem Indicem omnium Tractatuum in eodem Codice contentorum;

rum; & En! in hoc indice etiamnum eodem charactere, quo Codex scriptus est, vidi} annotatum librum d. 'J. sub titulo Thomæ K. Itaque fur ille non fuit satis providus, debuisset etiam hoc folium exscindere. Vide Diopt. & Inform. fol. 234.

XV. *Chronicon MS. Buschii.* Fuit Joannes Buschius Canonicus Regularis in Monasterio Windesheim, quod tantum uno milliari distat à Monasterio S. Agnetis prope Swollis, in quo Thomas K. vixit. Scripsit Buschius Chronicon Windesheimense, quod, ut ipsemet in præfatione asserit, absolvit anno 1464. adeoque superstite adhuc Thoma K. in hoc Chronico Buschius sic scribit: *Contigit, ut duo fratres notabiles de monte S. Agnetis prope Swollis advenirent in Windesheim, quorum unus frater Thomas de Kempis, vir probatæ vitæ, qui plures devotos libros composuit, videlicet qui sequitur me, de Imitatione Christi, cum aliis.* Excipit Thullierius contra hoc Chronicon, quod ultima verba non reperiantur in authographo Buschii. Respondeo, authographum Buschii non amplius extare, ut fingit Thullierius n. 83. ubi dicit, hoc authographum Parisiis à Canonicis Regu-

laribus 1681. productum non continuiſſe hoc aſſutitium textûs. Legantur acta à Dupino l. cc. conſcripta, & patebit falſitas. Forte Thullierius nimis feſtinanter legit illa acta; hoc ſcribit Dupinus, productum fuiſſe exemplar hujus Chronici, in quo non habentur ultima verba: *videlicet, qui ſequitur me.* Utrum verò illud exemplar ſit authographum, non determinat Dupinus. Interim idem Dupinus l. cc. teſtatur, eo anno 1681. à Canonicis Regularibus producta eſſe duo Exemplaria Manuſcripta ejusdem Chronici, quorum utrumque ultima illa verba textu continuo ſine ulla parentheſi continuit; unum horum erat Rebdorffenſe munitum teſtimonio authentico ProEpiſcopi Auguſtani, ſcriptum anno 1477. Hinc quid intereſt, utrum Buſchius adſcripſerit hæc verba; ſcripta tamen ſunt an. 1477. non me fundo in teſtimonio Buſchii, ſed in Chronico Buſchii, ſcripto certe anno 1477.

XVI. *Codex MS. S. Nicolaitanus* prope Paſſavium, continens deſcriptionem congregationis Windeſheimenſis authore Hermanno Canonico Regulari, ſcriptus anno 1473. ac ante biennium, dum luſtrarem Bibliothecas inferioris Bavariæ, à me in

Col-

Collegio C. R. ad S. Nicolaum retectus. In hoc Codice habetur sequens fortissimum testimonium. *Item, frater iste, qui compilavit librum de Imitatione, dicitur, sive nominatur Thomas Supprior in dicto Monasterio Montis S. Agnetis prope Swollis diœcesis Trajectensis Provinciæ Coloniensis; & distat dictum Monasterium uno milliari à Windesheim, quod est Monasterium superius, in quo singulis annis Canonici Regulares de Provincia Coloniensi, Moguntinensi, Trevirensi celebrant Capitulum Generale. vixit autem hic compilator adhuc anno* 1454. *& ego Frater Hermannus de Monasterio Novi operis prope Hallas Magdeburgensis Diœcesis eodem anno missus ad Capitulum Generale fui eidem locutus.*

XVII. *Matthias Farinator*, Ordinis Carmelitarum, SS. Theologiæ Lector Augustæ, librum d. J. Thomæ K. adscripsit. vid. Inform. fol. 43.

XVIII. *Codex MS. Mayseckensis*, scriptus anno 1477. manu D. Cornelii offermans Rectoris quondam conventus Mayseckensis, qui affirmat compositum esse á F. Thoma de Kempis. Rosw. testimon. §. 1. n. 6.

XIX. D. Joannes Gelenius R. R. ac Seren. Principis Ferdinandi Archiepiscopi Coloniensis Vicarius Generalis testatus

est,

eſt, ſe vidiſſe libros d. J. ſub nomine Thomæ K. impreſſos anno 1480. Proſp. Farr. teſt. §. 3.

XX. *Codex MS. Lovanienſis* ad S. Martinum, continens inter alia opuſcula Thomæ K. etiam libros d. J. horum ad finem leguntur hæc verba: *Expliciunt tractatus quatuor Thomæ de Kempis, devoti, & interni. Scripti & ligati per manus Fr. Simonis Jacobi de Leydis, Profeſſi in Leydendorp, pro tunc ſocii Rectoris hujus Monaſterii ſanctimonialium in Amſtelrodam, anno* 1482. Hic Codex productus eſt anno 1681. coram Concilio Eruditorum Pariſienſium; isque incorruptus repertus eſt, interfuerunt Archiepiſcopus Pariſienſis, Domini Faure, Baluzius, Vion d'Herouval, du Cange, R. P. Garnerius, & R. P. Harduinus Jeſuitæ, R. P. du Bois è Congregatione Oratorii, R. P. Alexander Natalis Dominicanus. Actum eſt 4. Martii 1681. Vide Dupin. l. cc. §. 2. & 3.

XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. Catalogus MS. variarum Bibliothecarum Belgii, aſſervatus Lovanii apud Canonicos Regulares ad S. Martinum, & ſcriptus circa annum 1487. Hic Catalogus, qui recenſet libros fere centum Bibliothecarum

Belgii,

Belgii, testatur libros d. J. asservari sub nomine Thomæ K. in sex monasteriis, nempe in Campo Cistercienſium prope Bercham, in Gaesdonck Regularium prope Goch, apud Martinienſes Lovanii, apud Regulares prope Noviomagum, prope Endoviam apud Regulares. Veritas firmata est Instrumento 1652. 15. Martii, & hic id. Catalogus productus est in Conventu Eruditorum Parisienſium 1681. Author autem Catalogi fol. 302. habet hæc verba: *Frater Thomas de Kempis compilavit plures parvos tractatus testes suæ devotionis, & utiles pro religiosis, videlicet Exhortationes ad vitam spiritualem, aliàs de Imitatione Christi.* Vide Dupin. l. cc. & Heser. Hecatomp.

XXVII. Argentoratensis Codex impressus anno 1487. cujus initium: *Incipit liber primus Fr. Thomæ de Kempis, de Imitatione Christi,* Servatur in Bibliotheca Cæsarea Pragensi. Diopt. Hes. n. 12.

XXVIII. *Codex impressus Norimbergæ* anno 1487. qui & ipse nomen Thomæ K. præfert. Testis est Joannes Saubertus *in Appendice ad Historiam Bibliothecæ Reipublicæ Norimbergensis.*

XXIX. XXX. XXXI. *Tres Codices MSS. Rebdorffenses.* De his P. Heserus in suo Hecatom-

pylo

pylo sic habet: Ex Bibliotheca monasterii Rebdorffensis nactus sum tres MSS. Codices, quorum tertius exscriptus est anno 1488. in singulis his Codicibus legere est vitam Thomæ K. ab authore Synchrono, qui testatur, se ea, quæ scribit, accepisse à fratribus illius conventus, in quo Thomas K. vixit, eosque fratres adhuc vivere: tribus vitis his annexus est Catalogus operum Thomæ K. in quo etiam ponitur: *Libellus sententiarum & verborum humilis JEsu; aliàs vocatus de Imitatione Christi.* Vide vitam Thomæ K. ab Hesero editam cum præfato Catalogo.

XXXII. XXXIII. XXXIV. XXXV. XXXVI *Petrus Schottus* Canon. Argentoratensis, qui editioni operum Gersonis Cancellarii Argentoratensi de anno 1480. præfixit Gersonis Encomium, in quo sic habet: *Alii tractatus, qui Gersoni nonnunquam tribuuntur, sed tamen authorem certum habent, ut est libellus de contemptu mundi, quem constat à quodam Thoma Canonico Regulari editum, & plures alii, non sunt operibus suis inserti.* Hæc Schotti præfatio recepta est etiam ab Editoribus operum Gersonis in editione anni 1489. 1494. 1514. 1502. 1521. Et in editionibus separatis libri d. J. sub titulo Gersonis Cancellarii plerumque addita sunt

sunt ista verba : *Quamvis iste libellus dicatur Joannis Gersonnis, authot tamen istius fuit Thomas de Kempis Canonicus Regularis.*

XXXVIII. *Argentinensis* impressus 1489. cujus initium : *Incipit liber primus Fr. Thomæ de Kempis, de Imitatione.* Heserus in Hecatomp. testatur, se hanc editionem pluribus monstrasse.

XXXIX. *Memmingensis* impressus 1489. Proemiator sic habet : *Author tractatus divinissimi de Imitatione Christi vocatur Dominus Thomas Præpositus & Prælatus Canonicorum Regularium.* En ! hic aliquis ex Thoma Subpriore facit Prælatum ; quid mirum, si aliquis ex Gersone fecerit Abbatem? vide Diopt. n. 15.

XL. *Lugdunensis impressus anno* 1489. hujus indicium præbet Thomas Carræus in *Thoma K. à seipso restituto* repet. 2. n. 4. asseritque, eum asservari in Sorbona. Aliud exemplar extare in Bibliotheca S. Genovefæ Parisiis testatur author libri : *La Contestation touchant l'autheur de l'imitation.* p. 1. prob. 4.

XLI. *Parisiensis impressus anno* 1493. versus in linguam gallicam ; cujus Interpres sic habet : *Incipit liber de Imitatione, qui hactenus ab aliquibus S. Bernardo attributus fuit,*

aut

aut Magiſtro Joanni Gerſoni ; eſto res ſe aliter habeat ; nam author illius fuit Canonicus Regularis dictus Frater Thomas de Kempis. vide Frontonem in *Thoma K. vindicato* p. 3. §. 3. Carræum. repet. 2. n. 7. authorem *de la Conteſtation.* Dupin. l. cc. §. 4.

XLII. *Editio Pariſienſis latina* 1493. de qua author *de la Conteſtation* teſtatur, eam extare ac monſtrari apud Canonicos Regulares Pontis Mouſſonii.

XLIII. *Editio Norimbergenſis* 1494. quæ etiam ſervatur in noſtra Bibliotheca Pollingana. initum ſic habet : *Dulciſſimi ac devoti Thomæ de Kempis, viri piiſſimi, religioſiſſimique, de Imitatione Chriſti, opus, quod falſo apud vulgares, Gerſoni Pariſienſi Cancellario impingitur.* Editioni præfuit Georgius Pirkamerus Cartuſianorum Norimbergæ Prior, & per Germaniam Viſitator.

XLIV. XLV. *Editiones Italæ.* Joannes Fronto Cancellarius Pariſienſis, vir eruditionis & pietatis fama clariſſimus, in ſuo Thoma Vindicato p. 3. §. 5. fidem ſuam interponit, *ſe vidiſſe plures editiones in Italia factas ante annum* 1500. *quæ Thomæ K. nomen præferant.* Cum plures ille viderit, non erro, ſi ſumo duas.

XLVI.

XLVI. XLVII. XLVIII. XLIX. L. Editio Coloniensis 1501. & 1503. extant, teste Hesero, in Bibliotheca Garsensi. Alia editio Coloniensis 1507. & 1509. extant, teste Hesero, in Augiensi Bibliotheca. Et editio Antverpiensis 1519. cujus meminit Thomas Carræus l. cc. omnes hæ editiones Thomæ K. nomen præferunt.

LI. *Codex MS. achronus, sed authographus Thomæ K.* Lovanii asservatus. Joannes Vlimerius Canonicorum Regularium ad. D. Martinum Prior, vir doctus, testatur se ante multos annos hunc Codicem MS. librorum de Imitatione accepisse â Canonicis Regularibus Montis S. Agnetis, affirmantibus, eum manu ipsius authoris Thomæ à Kempis scriptum esse, uti per traditionem continuam à Majoribus suis ejus Monasterii fratribus acceperunt. Vlimerius hunc Codicem ex Monasterio Thomæ K. accepit anno 1570. adeoque centum annis post Thomæ K. mortem; traditio autem à centum annorum spatio suspicione caret. Instrumentum de rei veritate vide Inform. fol. 238.

LII. LIII. *Codices MSS. in tractu Rheni* R. P. Hasius Provinciæ Rhenanæ Societatis JEsu litteris suis ad P. Heserum testatur, se passim Codices MSS. de Im. etiam ipsius

Thomæ ætate exaratos, qui nomen illi præferant, reperisse; talem etiam *se vidisse Confluentiæ in Collegio Soc. JEsu, cui plenque Codices è desolato Regularium Monasterii obvenerant.* Cum ille viderit plures, licebit mihi ponere duos.

LIV. LV. *Albertus Luyckenius* Congregationis Windesheimensis Generalis, sic habet: *Vidi ego Indices Bibliothecarum quarundam domorum Ordinis nostri antiquos & antiqua fide scriptos, qui exemplaria MSS. Imitationis Christi adscribebant Thomæ, aut hac subscriptione. Pii alicujus fratris.* Rosw. in stim. §. 1. n. 7.

LVI. *Codex MS.* in Bibliotheca Reipublicæ Augustanæ, qui in Catalogo notatur his verbis. *M. Thomæ de Monte S. Agnetis & Canonici Regularis in Trajecto de Imitatione Christi.* Scriptus est ante an. 1490. & quidem circa annum 1454. quia duo alii tractatus in eodem Codice annum 1454. subscriptum habent; nec verosimile post primam editionem typis Augustanis an. 1472. factam quempiam sibi voluisse sumere laborem, describendi librum jam impressum. Diopt. n. 16.

LVII. *Codex Chiffletianus* MS. de quo D. Philippus Chiffletius sic scribit litteris 1651.

2. Ma-

2. Martii ad Heserum datis: *Fuit Abbas Ordinis S. Benedicti, qui cum mihi commodasset elegans & antiquum Manuscriptum, quod librum de Imitatione clarè Thomæ à Kempis legitimo ejus possessori attribuit, venerabilem antiquitatem additione suæ manus violavit, postquam è meis manibus exivit.* Heserus in Hecatomp. Simile factum Heserus narrat circa Codicem Abbatiæ S. Vetasti Atrebatensis, & circa Codicem MS. Georgianum Augustæ additis authenticis testimoniis.

LVIII. LIX. LX. *Codex MS. Duniensis, Laetiensis, Tungrensis;* quorum meminit Sanderus in libro, cui titulus: *Bibliotheca Belgica Manuscripta.* Primus habetur in Monasterio, quod appellatur Dunum, Ordinis Cistercienſis in Flandria, sub titulo: *Thomas à Kempis de Imitatione.* Alter extat in Monasterio S. Lamberti Lætiensis Ordinis S. Benedicti Diœcesis Cameracensis, sub titulo: *Thomas à Kempis de Imitatione Christi.* Tertius asservatur in Bibliotheca Canonicorum Regularium Tungris sub titulo: *Thomas à Kempis de Imitatione, & sermones ad Novitios.*

LXI. LXII. *Codices MS. Rebdorffenses* duo, quorum ambo librum d. J. continent sub titulo Thomæ K. Rem Heserus certam fecit

cit authoritate publica jurati Notarii ; nec non adſcripta teſtificatione A. R. P. Petri Breidendonck Sub-Prioris in Rebdorf.

LXIII. *Codex Rinsbergenſis* Geldriæ in monaſterio Can. Reg. membranaceus MS. qui ſub titulo Thomæ K. continet libros de Imit. Roſw. Teſt. §. 1. n. 5.

LXIV. LXV. LXVI. LXVII. *Codices MSS. in Bavaria.* Juſſit Sereniſſimus Dux Bavariæ & Elector Maximilianus anno 1610. ut omnia Monaſteria Bavariæ conficerent Catalogum omnium ſuorum Manuſcriptorum, eumque ad Bibliothecam Electoralem deponerent. Mandato obtemperatum eſt. Omnes hos Catalogos à Bibliothecariis cujuslibet Monaſterii ſcriptos perlegi, & reperi, in aliquibus monaſteriis librum d. J. reperiri ſub titulo D. Bernardi aut Gerſonis Cancellarii, plerumque tamen ſub titulo Thomæ K. nunquam ſub titulo Gerſenis. Reperi itaque in Catalogo Manuſcriptorum Monaſterii Raittenhaslenſis annotatum librum hoc modo: *Liber; non errabis. De Imitatione Chriſti. Sunt c. 25. Thomæ de Kempis.*

2. In Catalogo Monaſterii Staingadenſis reperi librum ſic notatum. *Thoma de Kempis de Imitatione Chriſti.* l. 4. ſcriptus eſt in Chartam in 4.

3. In

3. In Catalogo Monasterii S. Magni prope Ratisbonam sic notatus erat : *F. Thomæ Ord. Can. Reg. Aug. Montis S. Agnetis diœcesis Trajectensis opusculum in quatuor partes divisum ; quarum prima : Admonitiones ad spiritualem vitam. Secunda. Admonitiones ad interna trahentes. Tertia agit de interna consolatione. Quarta de Eucharistiæ sumptione. in* 8.

4. In Catalogo Monasterii Ettallensis reperi Codicem MS. sic inscriptum : *Libellus de Imitatione Christi & contemptu omnium vanitatum, in* 8. *Authore Fratre Thoma de Conventu & Ordine Canonicorum Regulæ S. Augustini Montis S. Agnetis Trayecensis dyœcesis.*

LXVIII. Joannes Trithemius Abbas Spanheimensis Ordinis S. Benedicti, vir in retegendis genuinis librorum authoribus indefessus, in libro de Viris Illustribus Germaniæ sic habet : *Thomas de Kempis, vita & conversatione devotus, scripsit quædam devota volumina, de quibus feruntur subjecta : de contemptu mundi, & Imitatione Christi. Claruit temporibus Ruperti Bavari Imperatoris anno* 1410. non multum errat Trithemius, dum dicit, Thomam claruisse 1410. nam & Buschius scribit, Thomam

jam anno 1424. fuisse celebrem. Idem Trithemius in libro *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, quem absolvit anno 1494., similiter librum de Imitatione attribuit Thomæ K. dicitque: *Quem librum ante multos annos seniores nostri suos ferunt legisse seniores.* Si ponamus per τὸ *multos annos* denotari viginti annos; itaque anno 1474. dixerunt Seniores Monasterii Spanheimensis, librum d. J. jam à suis Senioribus lectum esse; & sensus utique erat iste; *dum nos eramus fratres juniores, Seniores Monasterii nostri jam legerunt hunc librum.* Ponamus Seniores illos fuisse 70. annorum, erant itaque fratres juniores ante 50. annos, nempe anno 1424. quo utique liber legi poterat tanquam aliquid novi à Senioribus Monasterii, utpote juxta me scriptus, circa annum 1420. Similem modum loquendi reperi in ipso Thomæ K. Serm. 17. ad Novit. n. 7. ubi an. 1430. scribens ait: *Novi senem fratrem, qui in juventute sua seniorum verba libenter audivit.* Cum tamen ejus monasterium primum fundatum fuerit ante 35. annos, nempe an. 1395.

LXIX. Joannes Mauburnus, professus in Monasterio Montis S. Agnetis prope Swollis, in quo Thomas K. vixit, paucis

annis

annis post mortem Thomæ K. adscribit eidem librum d. J. in suo enim *Venatorio*, cujus autographum asservatur Parisiis ad S. Victorem, loquens de Viris illustribus suæ congregationis Windesheimensis ait: *Frater Thomas à Kempis inter cætera opuscula, quæ fecit, composuit libellum, Qui sequitur me.* Idem in suo Roseto spiritualium Exercitiorum sæpius citat Thomam K. ut authorem libri d. J. in dietario §. 3. dicit: Monet devotus Thomas noster Kempis: *Non sis in celebrando nimis prolixus, aut festinus, sed serva communem bonum modum eorum, cum quibus vivis.* Quod est in l. d. J. l. 4. c. 10. In scala Communionis. tit. 6. alph. 20. de Consid. memb. 1. ait: *Hinc enim juxta Thomam nostrum Kempis tam præparationis incurii sumus, quia non satis, quid acturi, vel quem sumus suscepturi, æstimamus.* Et tit. 6. alph. 22. §. 4. ait: *Quam doctrinam Thomas noster Kempis insecutus erat, cum communicaturus dicebat: O Deus meus, amor æternus, cupio te suscipere cum vehementissimo desiderio, & dignissima reverentia, quibus unquam exceptus es ab ullo sanctorum, & licet indignus sum, omnia illa sentimenta devotionis habere.* Est ex l. 4. d. J. c. 13.

LXX. *Socius Mauburni*, qui cum Mauburno venit in Galliam, ut collapsam disciplinam in domo S. Severini restitueret; & ipse professus in Monasterio S. Agnetis prope Swollis, adeoque conprofessus Thomæ Kempensis, scripsit Epistolam ad Fr. Julianum Oret, cujus exemplum asservatur ad S. Genovefam Parisiis; in ea Epistola sæpius agnoscit, Thomam K. esse authorem l. d. J. Vide Inform. fol. 189. ubi verba retuli.

LXXI. *Joannes Gailer Kaiserpergius* anno 1498. scripsit librum: *Navicula fatuorum*, ubi citat textum libri d. J. sub titulo Thomæ K. vid. Inform. f. 190. ubi verba retuli, erat autem Gailerus vir celeberrimus.

LXXII. Jacobus Philippus Bergomensis Ord. Erem. S. Aug. Historicus celeberrimus; in supplemento ad annum 1406. ait: *Thomas natione Teutonicus Ordin. Can. Reg. scripsit subjecta opuscula, & primo. de contemptu mundi lib. 4. incipit. Qui sequitur me.*

LXXIII. *Patres Benedictini Abbatiæ S. Germani à Pratis*, qui Jodocum Badium Ascensium rogarunt, *ut pientissimi Fratris Thomæ à Kem-*

à Kempis opera prælo committeret, ut ipse Badius testatur.

LXXIV. Jodocus Badius Ascensius, qui anno 1520. 1521. & 1523. paravit tres editiones operum Thomæ Kempensis. De hoc tamen Thullierius fol. 1. Hist. Concert. ait; *Primus*, *cui in mentem venerit*, *aureum illud opusculum Thomæ à Kempis tribuere*, *Jodocus Badius Ascensius fuit.* Itane Thullieri dicis, te documenta in manibus tuis ad historiam hujus Concertationis pertinentia tenere *omnia*? En! plus quam 70. præcedunt Badium testes synchroni, testes ejusdem cum Thoma K. patriæ, ejusdem Congregationis, testes ejusdem Monasterii; tu omnes præteris, & in ipso limine historiæ tuæ Ascensium Badium omnium novissimum primum facis! quæso, quæ fides tali historiæ, *historia sine teste?* quin te Eruditis omnibus egregiè sincerum proba, nec connutritiis addictum fabulis; fatere, inquam, duos aut tres præferentes Joannis Gersenis, nescio cujus, nomen Codices, contra numerum tot Codicum, tot testium *probare nihil.*

Verum penè extra limites Epistolæ me in Galliam egressum sentio; omnis mora in periculo est; mature redeo, reducem

me, causamque meam ad tribunal Sapientiæ, non illius increatæ, ad cujus nimis seram mortales rebelles lumini frustra appellant sententiam, sed ad tribunal creatæ sapientiæ, humanæ, œcumenicæ, quam in sua Illustriss. ac Excellentiss. Dominatione suspicio, me, meamque causam prosterno pro me nil aliud adduco, quam traditionem continuam ipsorum Thomæ Kempensi familiarium, jam satis demonstratam. Hanc traditionem, cui teste Augustino non nisi demens obstiterit, demonstrationem esse ad minimum moraliter certam, cum D. Augustino, & Ecclesia semper Orbis agnovit; non habet Ecclesia aliud stabilius fundamentum, quo Epistolas & scripturas hagiographas esse Apostolòrum probet, nisi traditionis continuæ constantem fidem, frustra unius aut alterius spurii Codicis turbatam malitiâ. Patere, ut hujus meæ demonstrationis, totiusque Epistolæ meæ soliditatem Doctoris Doctorum, Hypponensis mei Præsulis, cujus omnia opera nuper legendo absolvi, authoritate subsignem. Libro 33. contra Faustum c. 6. hanc tutam Criticis omnibus pro dijudicandis genuinis librorum authoribus figit Regulam : *Quid vobis*

(mani-

(manichæis)., inquit, faciam; quas ita obſurde fecit iniquitas, ut quidquid adverſum vos ex ſcripturis prolatum fuerit, non eſſe dictum ab Apoſtolo, ſed à neſcio quo falſario ſub ejus nomine ſcriptum eſſe dicere audeatis. Infelices animæ! de quo libro certum erit, cujus ſit, ſi litteræ, quas apoſtolorum dicit Eccleſia, ab ipſis apoſtolis propagata, per omnes gentes declarata, utrum apoſtolorum ſint, incertum eſt? In litteris ſæcularibus ſub authorum nominibus multa prolata ſunt, & ideo repudiata, quia vel his ſcriptis, quæ ipſorum eſſe conſtabat, minime congruerunt, vel eo tempore, quo illi ſcripſerant, nequaquam innoteſcere, & per ipſos familiariſſimos eorum in poſteros prodi meruerunt; ut alios omittam, ſub Hippocratis Medici nobiliſſimi nomine quidam libri prolati, in authoritatem à Medicis recepti non ſunt, quando comparati eis, quos veré Hippocratis eſſe conſtabat, impares judicati ſunt; & quod ab eo tempore, quo & cætera ejus ſcripta, non innotuerunt, quod verè ejus eſſent. Hos autem libros, quibus illi comparati reſpuuntur, ſi quis neget eſſe Hippocratis, non refellitur, ſed ridetur: cur? quia ſic eos ab ipſo Hippocratis tempore usque ad hoc tempus & deinceps ſucceſſionis ſeries commendavit, ut hinc dubitare dementis ſit.

Plato-

Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque ejusmodi authorum libros unde noverunt homines, quod ipsorum sint, nisi eadem temporum sibimet succedentium contestatione continua? multi multa de litteris Ecclesiasticis conscripserunt; unde constat, quid cujus sit, nisi quia his temporibus, quibus ea quisque scripsit, quibus potuit, insinuavit, atque edidit, & inde in alios atque alios continuata notitia, latiusque firmata ad posteros, etiam usque ad nostra tempora pervenerunt, ita ut interrogati, cujus quisque liber sit, non hæsitemus, quid respondere debeamus. Sed quid pergam in longè præterita? Ecce istas litteras, quas habemus in manibus, si post aliquantum tempus vitæ hujus nostræ, vel illas Fausti esse, vel has neget esse meas, unde convincitur, nisi quia illi, qui nunc ista noverunt, notitiam suam ad longe etiam post futuros continuatis posterorum successionibus trajiciunt? Quæ cum ita sint, quis tandem tanto furore cæcatur, nisi dæmoniorum mendaciloquorum malitia subversus sit, qui dicat, non mereri potuisse, tam fidam tam numerosam fratrum concordiam, ut eorum scripta fideliter ad posteros trajicerent, cum eorum cathedras usque ad præsens certissima successione servaverint.
Hucusque Doctorum Aquila Augustinus.

Nun-

Nunquid opus fuerit, ut hanc Regulam ad Thomam nostrum applicem, quem plus quam 70. testes ejusdem patriæ, ejusdem Congregationis, ejusdem Monasterii, ejusdem ætatis, synchroni ac coævi commendant, contra Gersenem, de quo ne quidem ullus apex in ullo ante sæculum 17. authore profertur? An credibile est, homines ausuros fuisse sæculo 15. adscribere librum tam celebrem authori adhuc existenti inter vivos, aut heri mortuo, si ille liber jam sæculo 13. scriptus, & à D. Bonaventura commendatus fuisset? potuitne liber adeo divinus, adeo accomodus ad captum omnium per duo sæcula latere in tenebris, ut nec umbram illius usque ad sæculum 15. fere medium in ullo authorum reperias? dent adversarii vel unicum exemplum, quo plusquam 70. testes coævi, synchroni, familiares adscripserint librum celebrem authori adhuc vivo aut heri mortuo, qui tamen jam ante ducentos annos scriptus erat, aut fateantur ex Regula S. Hyeronimi contra Pelagianos *id esse impossibile, quod nunquam factum est.* Si dicant; totam germaniam deceptam esse authographo Antverpiensi, cui subscriptum erat: *per manus Fr. Thomæ*, &c. id æquè ridiculum est, ac si quis diceret, integram Ger-

Germaniam Typographum aliquem agnoſcere pro authore alicujus libri, ob ſubſcriptionem tituli, v. g. *Typis Plantinianis.* Cum utique ſæculo 15. nemini ignotum eſſe potuerit, formulam illam ſubſcriptionis omnibus librariis communem non eſſe authoris notam characteriſticam, ſed librarii: aut ſi etiam quis exinde erraſſet, impoſſibile erat, ut error in Capitulis Generalibus Congregationis Windesheimenſis ſingulis annis in Windesheim uno tantum milliari à Monaſterio S. Agnetis diſſito celebratis non detegeretur.

Num dicent; textum S. Auguſtini minimè convenire libro, cui ſemper reſtitit Exemplarium MSS. diverſitas; ſed ſolis ſcripturis Canonicis, quos conſtans ac unanimis ſemper traditio & Eccleſia recepit? multa dicerem; unum dicam; Thomam Kempenſem pro authore libri de Imitatione à tota ferè Eccleſia agnoſci: ipſum Romanum Lateranenſe ſub Beatiſſimo Patre Benedicto. 13. anno 1725. celebratum Concilium Thomæ Kempenſi partum ſuum nullo reclamante reddidit, dum in Appendice ad tit. 15. C. 9. n. 10. ſic habet: *Ultimus quadrans orationi mentali tribuetur, propoſitis punctis meditationis, deſumendis ex celebri*

libri Thomæ de Kempis. Addam & istud, nullum esse librum scripturæ, cui non statim primis sæculis aliquis hæreticorum suum authorem DEum publicè contestata lite abstulerit; circa librum de Imitatione erraruunt quidem aliqui; qui contestata lite authori ante sæculum 17. bellum indixerit, aut assertores Thomæ K. obfirmatissimos publicè impugnaverit, inventus est nullus. Certa itaque est perpetua, & imperturbata nostrorum immo non nostrorum, sed totius orbis traditio.

Sed jam claudendi rivuli! & alterum argumentum ex Stylo authoris petitum non Epistolæ angustis limitibus, sed integro libro reservandum video; hoc mihi demum fluctus irreguietus agitatissimæ hujus Controversiæ profuit, ut denique in novam methodum inciderim, accurratione geometrica judicandi ex stylo de genuinis librorum authoribus, quod ad distinguendos genuinos SS. Patrum, aliorumque scriptorum tum sacrorum tum profanorum partus à supposititiis in hac re utile est. Ablactandus interea, & excomendus hic ipse partus, dum maturescat in publicum: & hoc ipsum utique interest boni publici, cui laborant, qui scribunt, singuli, ne cito prosint. Certam

tam itaque hujus meæ tardæ festinationis sperans ab Illustr. ac Excell. D. D. Patrono meo Indulgentiam, ut diu mihi eadem frui liceat, bonisque omnibus, vitam interminam DEum precor.

Illustriss. ac Excellentiss.
Dominationis suæ

Servus in Christo.

* * * C. R. P.

IV.

EPISTOLA
DE
PROVIDENTIA STOICA.

JO. GEORG. SCHELHORNIO,
AMICO JVCVNDISSIMO
IACOBVS BRVCKERVS
Χαίρειν.

EX quo, Optime Schelhorni, cum nuper Tua præſentia, qua mihi nihil unquam accidit jucundius, frui liceret, inter alios ſermones de providentia ſectæ Stoicæ vel aſſerta vel negata colloquendi facta fuit copia, inter pauciſſimas, quas mihi ſupereſſe probe noſti, horulas ea de re paulo altius cogitando, ad ANTONINI Imperatoris commentarios de vita ſua, vel de officiis potius vitæ ſuæ atque regulis delapſus, in non contemnendum & ſolito clariorem locum incidi, quem hac quidem occaſione re-

ferre, & ita materiæ huic ad amplificandam revelatæ veritatis gloriam & detegendas regni ſatanici profunditates tantopere facienti lucem aliquam affundere, Tu pro Tua inter nos amicitia ægre non feres. Ipſe vero probe noſti, quanto labore Stoicos in veritatis divinæ aſſenſum traxerint non maleſani tantum inter tenebras & lucem conciliatores STEVCHVS, PANSA, PFANNERVS, HVETIVS, quibus non immerito adnumerandus Vir cetera diligentiſſimus & prolixæ eruditionis TH. GATAKERVS, aliique, ſed pro aſſerta quoque ab iis ſano atque pio ſenſu providentia pugnaverit Stoicæ philoſophiæ vindex JVST. LIPSIVS *Phyſiol. Stoic. l. I. Diſſ. XI. p. m. 57. ſeqq.* in cujus ſententiam & partes alios quoque hodie video concedere. Quod profecto mirum videri queat, poſtquam recentiori ætate plures eruditi viri Stoicæ philoſophiæ βδελύγματα detexere, & imprimis Vir in his literis ſummus JAC. THOMASIVS *Diſſ. XIII. de exuſt. mundi Stoica pag.* 166. *ſeqq.* Chryſippo præcipuo auctore (de quo pervulgatum illud:

εἰ μὴ γὰρ Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν
Στοά.

Niſi

Nisi fuisset Chrysippus, non esset Porticus,

Refert DIOG. LAERT. *l. VII. f.* 183, laudante quoque LIPSIO (*Manud. ad phil. Stoic. l. I. Diss. XI. p. m.* 57.) tam solide Stoici fati, providentiam omnem subvertentis malignitatem ostendit, ut meo quidem judicio contra solem loquatur, quisquis Aethiopi huic alborem inducere conetur. Et negari quidem non potest, tam splendide passim de providentia locutos fuisse Stoicos, tam egregia verborum pompa Deo suo causarum directionem tribuisse, ut falsissimam & ad decipiendum natam factamque eorum linguam ambiguas voces & splendida mendacia non intus & cute, quod ajunt, noscenti facilime imponant, ut vel *l. II.* CICERONIS *de nat. Deor.* vel *l. VII. f.* 138. LAERTII legenti erit manifestum. Sed comparatum tamen ita est cum toto illorum hominum systemate, potissimum vero cum hujus universi physiologia, ut, si cuncta rite ponderentur, & ex domesticis & primis principiis conclusiones & assertiones eorum explicentur, appareat, necessitati cuidam absolutæ, id est fato cœco omnia eos tribuisse,

ſe, & per providentiam nihil aliud, niſi obſequium Dei iſti neceſſitati præſtitum, immo ſi rem clare eloqui fas eſt, univerſi hujus, non enim alium agnoſcebant Deum, conſtantem ad ſuam naturam & neceſſarium tenorem, & imperturbatam omnium rerum, & materiæ tum craſſioris, tum ſubtilioris, id eſt, Dei ſeriem, & concatenata vincula intellexiſſe. Quod etſi multis iiſque genuinis Stoæ decretis poſſet probari, hoc tamen labore cum in Otio Vindelico, poſt fata ſua tandem, precor! proditmo defunctus jam ſim, unicum, ad quem ſupra digitum intendi, ANTONINI locum, pace Tua afferam, præſertim cum alio tempore, cum de hoc argumento ſcriberem, is me fugerit. Ita vero Imperator στωικώτατος *l. VII.* §. 9. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται, καὶ ἡ σύνδεσις, καὶ σχεδὸν οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ· συγκατατέτακται γὰρ καὶ συγκοσμεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον. Κόσμος τε γὰρ εἷς διὰ ἁπάντων, καὶ Θεὸς εἷς διὰ πάντων, καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος εἷς, λόγος κοινὸς πάντων τῶν νοερῶν ζώων, καὶ ἀλήθεια μία, εἴγε καὶ τελειότης μία τῶν ὁμογενῶν καὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου μετεχόντων ζώων. *Omnia ſunt ſibi invicem implexa, & vinculo quodam ſa-*

cro

cro ita sibi invicem devincta, ut nihil alterum ab altero sit alienum. Coordinantur enim simul, eundemque mundum cohonestant, etenim & mundus unus, & Deus unus est in omnibus & essentia una, & lex una: ratio nempe animantium intelligentium omnium communis, & veritas una: siquidem & perfectio una animantium sibi invicem congenerum ejusdemque rationis participum. Tam clara hæc sunt omnia, & tam aperte ipsa impietatis Stoicæ fundamenta patefaciunt, & larvis suis denudant, ut sine commentario cuivis prona intellectu esse, mihi habeam persuasissimum. Lubet tamen paucis ea expendere. Statuit vero Antoninus I. VINCVLVM SACRVM, quo omnia sibi invicem ita implexa & concatenata sint, ut dato uno sequatur alterum, quod sine eo ex necessaria sequelæ lege esse non potest, adeo ut unum inevitabili serie post se trahat alterum. Egregia philosophia! quæ omnem prorsus libertatem, & cum ea quoque omnem providentiam, quæ est actionum liberarum sapientissima directio, tollit, & absolutam quandam necessitatem inducit. Et tamen tam sacrum ipsi visum fuit hoc vinculum, ut sæpius repetierit; audi quæso *l. IV. §.* 38. ipsum disserentem:

 πολ-

Πολλάκις ἐνθυμοῦ τὴν ἐπισύνδεσιν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα· τρόπον γάρ τινα πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται, καὶ πάντα κατὰ τοῦτο φίλα ἀλλήλοις ἐστί. Καὶ γὰρ ἄλλο ἑξῆς ἐστι τοῦτο, διὰ τὴν τοπικὴν κίνησιν, καὶ σύμπνοιαν, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς οὐσίας. *Perpende tecum jugiter, rerum omnium, quæ in mundo sunt, connexionem mutuam, quamque ad se invicem affectionem habeant: sunt enim omnia quodammodo sibi invicem implexa, atque ea ratione sibi invicem amica, alterum enim alterius consequens est, & per connexionem localem, & per conspirationem mutuam, & per materiæ (essentiæ) continuitatem.* Alia loca *l. IV. §.* 40. 45. *l. VII.* passim non exscribo. Germanissime Stoica cuncta, nihilque aliud quam συμπλοκὴ ἀπαράβατος, *indeclinabilis rerum series* Chrysippi, apud GELLIVM *Noct. Att. l. VI. c.* 2. Luculenter præ ceteris SENECA *de provid. c.* 5. *Scio omnia certa, & in æternum dicta lege decurrere. Fata nos ducunt: & quantum cuique restet, prima nascentium hora disposuit, causa pendet ex causa, privata ac publica longus ordo rerum trahit.* Sed & reliqua, una cum antecedentibus legenda sunt, verbis Antonini lucem fœneratura. Immo non Antonini tantum & Senecæ, sed

ſed totius ſectæ Stoicæ ejusque anteſignanorum eſt hæc doctrina, quam Chryſippo, Poſidonio, Zenoni, Boëtho tribuit DIOG. LAERT. *l. VII. ſ.* 149. additque ἐστι εἱμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη, ἢ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται, *fatum eſt connexa rerum ſeries, ſive ratio per quam mundus adminiſtratur.* Non vero hæc ratio libera eſt, ſed neceſſitate connexionis cogitur & cogit, ita ut aliter evenire prorſus nequeat, unde PLVTARCH. *de placit. philoſ. l. I. c.* 27. οἱ Στωικοὶ τὴν μὲν ἀνάγκην ἀνίκητον φασὶν αἰτίαν καὶ βιαστικὴν, τὴν δὲ εἱμαρμένην συμπλοκὴν αἰτιῶν τεταγμένων, ἐν ᾗ συμπλοκῇ καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς ὥστε τὰ μὲν εἱμάρθαι, τὰ δ' ἀνειμάρθαι, ex quo certe loco haud obſcure patet, *non coactivam tantum, ſed & inſuperabilem & immobilem cauſarum inque ſe connexam neceſſitatem actionum noſtrarum moderatricem fatum continere.* Hæc vero omnia tam miſere cum providentia ſano ſenſu ſumta cohærent, ut vel ego omnino fallar, vel quid ſalvis his decretis, liberum, quid neceſſarium, quid providentia, quid fatum ſit explicari non queat. II. Vltra progreditur ANTONINVS, & non arctiſſime & inſolubiliter connexam tantum rerum, eſſentiarum, & actionum ſeriem,

 tan-

tanquam concatenatum quoddam vinculum proponit, sed & sacrum illud esse ex eo probat, quia mundus unus, & Deus unus in omnibus & materia, οὐσία potius, essentia una omnibus. His assertis plane concidit providentia Stoica, modo recte intelligantur. Placuit scilicet genti impiæ, omnia ex una materiæ compage, quam „chaos vocabant orta esse atque extitisse, & „hanc quidem universalem materiam, sive „universum, sua natura, suis legibus, motuique necessario sibi parentem & im„perantem, quandoque Deum vocabant. „Hanc vero materiam iterum in duas di„spescebant classes, quarum uni tribuebant „materiam stabilissimam, id est ignem „cœlestem & purissimum, alteri materiam „crassiorem; illam Deum, hanc mundum „stricte sic dictum (nam & universum il„lis mundus est) vocabant: illam facie„bant activam, hanc passivam, illam sta„tuebant, hanc ubique permeare, vivifica„re, animare, utramque vero connexam „universi legibus parere. Hæc magno Stoicorum consensu probata esset, nisi post ipsum LIPSIVM *l. I. Diss. V.* JAC. THOMASIVS *l. c. p.* 172. *seqq.* rem confecisset, nosque alio loco satis amplum insti-

instituissemus spicilegium. Ne tamen abeam ἀσύμβολος, en ipsum Imperatorem nostrum, qui sane luculenter *l. IV. §.* 40. ὡς ἓν ζῶον τὸν κόσμον (κρινέτω) μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπινοεῖν· Καὶ πῶς εἰς αἴσθησιν μίαν τὴν τούτου πάντα ἀναδίδοται. Καὶ πῶς ὁρμῇ μιᾷ πάντα πράσσει, καὶ πῶς πάντα πάντων τῶν γινομένων συναίτια, ἢ, δια τις ἡ σύνησις καὶ συμμήρυσις. *Cogita mundum esse animalis unius instar, quod materiam (essentiam) unam, animamque unam obtineat, item quomodo ad sensum bujusce unum & illum omnia referantur, unoque quasi impetu ferantur universa, & ad omnia producenda cooperantur, quis denique rerum nexus & contextus sit.* Paria passim deprehenduntur notata GATAKERO *ad marg. h. l.* & apud SENEC. *ep.* 65. LAERT. *l. VII. §.* 145. CICER. *de nat. Deor. l. II.* PLVT. *de pl. phil. l. I. c.* 7. aliosque. Cum itaque una tantum omnium rerum essentia sit, una materia, una anima, & ille ipsissimus quidem Deus, per quem internum Deum omnia permeantur, uno impetu omnia feruntur, prona consequentia inde colligere licet, Stoicos per providentiam nihil aliud intelligere posse, quam necessariam sequelam rerum ex isto inhabitante

Deo fluentem, qui cum id in nobis & omnibus rebus neceſſario agat, quod ex natura universi, id eſt, ſua, agere debet, id efficit, ut omnes illius universi partes naturam totius neceſſario ſequantur. Vnde intelligere licet, cur Stoici finem philoſophiæ dixerint, *naturæ convenienter vivere*, & quam miſera ſit eorum providentia, cum nec Deus nec homo libertate vera gaudeat, quicquid ſplendide mentiantur philoſophaſtri impientiſſimi. III. Ex dictis jam clarum, quid communis illa ratio & una lex ſit, ſecundum quam uno naturæ impetu omnia ſimul feruntur, quæque ipſiſſima Stoicorum providentia eſt? Scilicet Deus mundum inhabitans, permeans, & informans, quam vocem non incommode ex Peripato in Porticum tranſtulit THOMASIVS, quam recte animam mundi, cum anima mundi Platonica, hac meliore, non confundendam dixeris. Ait enim diſerte *Imperator* *l. IX. §. 8.* εἰς μὲν τὰ ἄλογα, ζῶα ψυχὴ διῄρηται, εἰς δὲ τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται· *in animalia irrationalia anima una distribuitur, in rationalia vero una anima intellectiva dividitur.* Plura non addo, videnda apud LIPSIVM *Phyſiol. Stoic. l. II. Diſſ. VI. p. 152. Diſſ. X. p. m. 177.* Quoties igitur

tur de providentia sermo est apud Stoicos, statim de illa universi anima ejusque impetu, qua voce usus supra Imperator cogitandum, qui nihil liberi habet. Quod vel ex solo LAERTIO *l. VII. f.* 138. disci potest, qui auctoribus Chrysippo & Posidonio ait, τὸν κόσμον οἰκεῖσθαι κατὰ νοῦν (καὶ) πρόνοιαν, εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς. *Mundum administrari secundum mentem & providentiam, mente per omnes illius partes pertingente, sicut & in nostra anima contingit*: & ad hanc normam quæque ea, quæ apud CICERON. *l. c.* disputantur exigenda sunt. Ex dictis itaque, nisi me omnia fallunt, longe est clarissimum, providentiam Stoicorum inane nomen esse, & lusisse hac voce pessimos philosophos, ἐν τῇ αὐτῶν σοφίᾳ μωρανθέντας, ut Apostoli voce utar, & in libertatem humanam pariter atque omnipotentiam & sapientiam divinam maxime injurios, quorum Deaster, ipsissimus Spinozæ Deus, providet, quia non aliter potest & cogitur, nec providere potest, nisi, quod æterna lege ipsum quoque cogente præscriptum est. Habes hic ὦ φίλτατε asserti mei breves rationes, Antonini præsertim effatis nixas; quem etsi in Stoicorum schola præ ceteris

philo-

philoſophi nomen conſecutum & genuina Zenonis ac Chryſippi placita tradentem, in explicatione tamen philoſophiæ Stoicæ a plerisque etiam ſummis in his literis viris negligi, mirari ſatis nequeo. Adderem facile plura, nec invitus quoque ad eos deſcenderem, qui ex hoc primo falſo ſequuntur errores, ſed prolixa ſcriptione nec Tibi gravis eſſe, nec epiſtolæ tranſilire limites conſtitutum eſt. Quapropter cum feliciſſimorum fatorum, ex divinæ ſapientiæ benigniſſima & liberrima providentia Tibi concedendorum voto, me Tibi, Amice Optime, trado. Vale. Scr. Kaufbyræ Non. Nov. cIↃIↃccXXVII.



V.

DAN. EVERHARDI DOLP

JUR. CANDID.

SPICILEGIUM OBSERVATIONUM DE JOA. AVENTINO EJUSQUE ANNALIBUS BOIORUM.

TAm praeclarum eſt inter eruditos Jo. Auentini nomen, ut multi eorum partim in commendandis poſteritati fatis, partim in recenſendis annalibus Boiorum, tamquam praecipuo illius opere, deſudarint, quorum indicem ſat copioſum, praeter fuſam accuratamque de uita ſcriptisque tam editis quam ineditis hujus auctoris narrationem, clar. ſcriptores bibliothecae hiſtoricae, quae Hamburgi prodiit, Centur. VII. p. 231. exhibuerunt. Vix ergo poſt tot praeſtantiſſimorum uirorum labores amplius quidpiam ad illuſtrandam hanc hiſtoriam afferri poſſe, ipſemet mihi perſuaſi, præſertim,

quum

quum & ea, quae de germanica annalium editione jam commentatus est cl. J. J. Fellerus in Cel. Struuii archivo histor. & politic. p. 254. seq. legerem, & doctissimam istam dissertationem amoenit. liter. Tom. V. p. 51. seq. insertam, junctis iis, quae p. 302. & 303. scripta sunt, euoluerem. Verum posteaquam nuperrime in manus meas peruenit annalium prima editio ab Hieron. Zieglero curata, in cujus fronte haec uerba adparent: "Clarissimo Viro „D. Petro Agricolae Illustrissimi Vuolph„gangi Palatini Bavariae principis filiorum „studia gubernanti, Neoburgi ad Danu„bium Osualdus ab Egkh &c. in ami„bitiae symbolum dabat A. MDLXV. facili negotio non solum intellexi fuisse hunc Egkium olim Auentini nostri discipulum, hincque rerum illius procul dubio perquam gnarum; sed etiam per integrum uolumen omnia ea manu ipsius adjecta deprehendi, quae a Zieglero omissa suppleuit Nic. Cisnerus, & ill. Struuius in act. litter. e Msc. erut. Fascic. VIII. p. 20. seq. addidit, quibus additamentis editio Gundlingiana augeri, plurimisque in locis menda operarum saepe sententiam auctoris prorsus deprauantia emendari ac tolli possent. Nolo

autem

autem in praesenti hanc suscipere operam, satis erit deinceps indicare, qua ratione meo Codici, quem instar Manuscripti aestimandum esse nemo facile dubitabit, cum Struuii exemplo conueniat. Nunc autem recensebo singula, quae primis foliis Egkhius iste passim in margine adnotauit. Post summam privilegii Cæsarei bibliopolae concessi hæcce leguntur: " Aventinus „ in collectaneis suis quodam loco haec „ propria manu adnotauit: melius face- „ rent illi principes Evangelici, si non ob „ abusum personarum, etiam rem ac con- „ tubernia ob studia litterarum & instruen- „ dos bonos mores instituta, omnino de- „ struerent. Bibliothecae & scrinia opti- „ morum librorum & monumentorum the- „ sauri redderentur studiosis. Vt Pontifex „ Romanus suis eruditis satis prouidit, „ Euangelici tot studiosos fame perire si- „ nunt, ad aratra, ac sellularias artes defi- „ cere cogunt. Tradant nobis contuber- „ nium aliquod, res divina rite perficiatur „ more maiorum, & illustrabimus uniuer- „ sam Germaniam, ac omnes artes resti- „ tuemus, quae corruent alioquin & infi- „ nitae sectae orientur. „ Sequitur dedicatio Ziegleri Alberto Comiti Palatino Rheni

ni inſcripta, ad cujus uerba, *cui hos annales*, in margine Egkius: " id me con-
„ſulente factum eſt, cum hoc munus jam
„Doctori Hungero delatum ac commenda-
„tum eſſet, ego uero ſolus illorum inſti-
„tutum mutaui; quibus ſatis claret, haud
exiguos in promouenda annalium editio-
ne Egkhii partes fuiſſe. Subjungitur prae-
fatio Ziegleri, ubi ea ineunte: " ego a
„morte Auentini partem illorum ſemper
„domi meae habui, alteros tomos patris
„mei bibliotheca reſeruauit. Ad uerba,
„*originali autographo*; haec omnia potuiſ-
„ſent uera in lucem prodire, ſi collecta-
„nea Auentini, ex quibus hos annales
„congeſſit, inſpexiſſent: ſed in aliud re-
„ſeruantur. Ad uerba, *nomina enim*: hoc
„ aliter eſſe experientia docet. Ad uerba
„*per Celſitud. ſuae conſiliarios*: hoc non eſt
„uerum, cum nullus conſiliariorum um-
„quam Auentini annales habuerit: uerum
„ego ex meis Auentini ſcriptis (quorum
„multa & uaria adhuc numquam impreſſa
„habeo) Zieglero tradidi. Ad uerba,
quorundam doctorum: „ Doctoris Hundii &
„Chriſtophori Seldii, quamquam & mihi
„primo etiam uidendi tradebantur. Sed
„cum uiderem, multa omitti & nouam
Hiſtoriam

Hiſtoriam (non Auentini) cudi, num-„ quam deinde inſpicere uolui. Ad uerba„ *fabuloſas narrationes :* ueritas odium parit,„ igitur multa ſunt omiſſa. Ad verba, mul-„ tis vigiliis : & multis„ adpictus eſt cantharus, quo quid deſignet Egkhius, facilis eſt coniectura, ſcilicet Bacho pluſculum litaſſe Zieglerum. Poſt haec duas illas Eraſmi epiſtolas ſe Ziegleró dediſſe Egkius teſtatur. In uita Auentini, quam confecit Zieglerus, ſequentia adnotata occurrunt. Nomen patris Auentini in margine ita expreſſum: *Turnmair.* Ad verba, *heroicum carmen* ; „hoc Zieglerus in mea Biblio-„ theca uidi manu Auentini ſcriptum. „ Ad verba, *perluſtrauit* : hanc provinciam ſuſcepit patre meo inſtigante, qui tum Erneſti principis aulae magiſtrum agebat. Ad verba, *quam ob cauſam neſcio :* „ob„ commeſſas carnes die (a Papa) interdi-„ cto: ſororis ſuae maritus Hoſpes uir ho-„ neſtus aufugit, & tandem non parua pe-„ cunia numerata ſecuritatem redemit. Ad„ verba, *dimiſſus eſt :* „ Patris mei beneficio„ ad uerba, *quidam* &c. das iſt der Pfaffen„ thun. Ad uerba, *oblectabat* ; Auentinus„ menſem habuit apud conſanguineum „ meum tunc temporis ſupremum urbis„


 Judi-

„Judicem Sebastianum de Egkh. Ad uer-
„ba, *Christ. Rumel*: is per tredecim annos
„famulum meum egit, tandem pater meus
„illi canonicatum ad D. Mauritium una
„cum parochia praediuiti in Stauff acqui-
„siuit. Ad uerba, *quam, ut audio* &
„quid ad rem? Ad uerba, *mediocri statura*:
„Statura fuit uirili quae mediocrem ex-
„cedit, & toto corpore macilentus. Haec
sunt, quae Egkio ad Auentinum ejusque
annalium historiam pertinentia debemus:
reliqua, quibus ipse textus augetur &
emendatur, strictim edisseram: etsi enim il-
la leuioris fortasse momenti uidentur, ta-
men ut utilissimum hoc opus integritati
suae plene restituatur, necessarium esse ea
euulgare arbitratus sum. In Nomencla-
tura, quae in editione recentissima ad cal-
cem operis est rejecta, *post uocem Bald, sylua; maiores nostri*, add. *qui Deum claudere pa-
rietibus nefas putabant*. Lib. I. cap. VI. 4
edit. Gundling. Ad uerba, *spectant Da-
nub.* adscripsit Egkius, *integra linea tota
erasa*, L. II. c. XXIIX. n. 12. tenuit, add. *uel
penitus nullam habemus*. Lib. III. in parali-
pom. ad praefationem a Struuio jam l. supr. c.
adductis post uoc. solis, adde, *non*, & post, lo-
co &, lege, *sed*: post uerba, ubi spes, leg.

pro

pro nunc, *nummi*; poſt uerb. impune, add. *fides frangitur*, *reſp. perditum it*, *defraudatur princeps*; pro,. unice diteſcant, leg. *unus diteſcat*. Sequentia paralipomena ad cap. VIII. n. 8. h. libr. ſecundum Egkhium ita corrigenda: pro inuſſerunt, & labeſecerunt, leg. *inuſſerint*, *labeſecerint*: poſt uerb. profitentur, loco & leg. *at*. poſt uerb. Celtis, add. *bisque inde cum Gallis ab Hiſpaniae regibus*, loco ceterum, leg. ueterumque. Poſt uerb. Mediolanenſi, add. *atque ſuperiori*. Poſt uerb. Comum. add. *Lanium*. loco *Ficinum* leg. *Ticinum*. loco: Genarum leg. *Beuarumque*. poſt uoc. ſceleſtius, add. *nullumque crimen auaritiae eſſe*, plura non adſcripſit Egkius. cap. XIIII. n. 32. loco, utuntur, leg. utebantur, cenſebant. eod. n. 45. poſt uerb. turbae, add. quid machinari. Quae Struuius ad cap. XXII. n. 25. exhibet, in meo exemplo deſunt, dubito ergo propemodum, illa uerba Auentini eſſe; aut ſaltem ad hunc locum non pertinent. In praefatione ad lib. V. n. 2. poſt uerb. euertuntur, add. *ſub ſpecie quidem uirtutum graſſantur*, *lites*, *ſimultates*, *odia*, *bella generant*, *odia coedes perpetrant*; ibid. n. 8. ita leg. ſeruant uirgines, quod non *erubeſcant*, *ſi dominae uocentur*

centur uel appellentur. Lib. VI. in praef. n. 7. post uerb. steterit, add. *rationem aliorum exposcit.* Lib. VII. cap. I. n. 2. post uerb. quaerenda sunt, add. *plus iusto huiuscemodi genus hominum meticulosum est, timent ubi nihil opus est, cum metus maxime decet, nimis leti, nimis alacres gestiunt. Intus lanei, foras linei sunt. Sed alia prosequar.* Eod. libr. cap. II. n. 25. post uerb. retulit add. *Pagani uirtutum monumenta uenerantur, legulei Theologistae Grammaticuli & Sophistae pecuniae duntaxat atque litibus student, ambitione perditi per praeceps abeunt, quos magno reip. prophanae, sacrae incommodo alimus atque periculo nostro pascimus, uix iam impendiis sufficimus.*



VI.

VI.

DISSERTATIO PRIMA

DE

LIBRIS PUBLICA AUCTORITATE COMBUSTIS.

PRÆFATIO.

PRomiſſa tandem perfecturus, primam oculis Tuis ſubjicio Diſſertationem de Libris, quos Magiſtratus imperio uneſta hauſit flamma, alteram vero ſequenti faſciculo reſervo. Enarrabo in iis hujus notæ libros, nondum recenſitos à Celeberrimo Andrea Weſtphalo, Gryphicæ Academiæ Profeſſore præclare merito, cujus veſtigia, impari licet greſſu, in iſthoc argumento lego. Is A. 1709. & 1710. Sedini duas de ejusmodi operibus epiſtolas ad fratrem Chriſtianum Weſtphalum ſcriptas in forma octuplici vulgavit, annoque dein 1713. ſingulari & erudita Diſſertatione Gryphiswaldiæ luci expoſita non ea ſolum iterato enumeravit, verum etiam longe plura, imo integram centuriam. Quum autem illa rariſſime ſit obvia, & vix am-

 plius

plius haberi queat, operæ me pretium facturum reor, si inde in Lectorum meorum gratiam enotavero breviter libros, de quibus Vir Præstantissimus commentatus est. Sunt vero sequentes. 1. Æternum Evangelium, seculo duodecimo scriptum. 2. Petri Abælardi Opus de Theologia. 3. Josephi Acostæ Historia naturalis & moralis Indiarum. 4. Alcoranus. 5. quidam Archeri liber. 6. Aristotelis libri Physici & Metaphysici. 7. Arii scripta. 8. Jo. Asgill de immortalitate hominis. 9. D'Aubigné Historia Gallicana. 10. Cæsaris Baronii Annalium Ecclesiasticorum Tomus XI. 11. Josuæ Schwartzii Index novitatum, &c. contra Pufendorfium a Nicol. Beckmanno editus. 12. Pseudonymorum duorum scripta de controversia inter D. Muhlium & D. Schwartzium de Sabbatho agitata. 13. Jacobi Boëtii quædam. 14. Richardi Baxteri Respublica Sancta. 15. Jo. Boucher de justa Henrici III. Depositione & IX. Conciones. 16. Stephani Junii Bruti Vindiciæ contra tyrannos. 17. Martini Buceri & Pauli Fagii opera. 18. Antoniæ Burignoniæ varia. 19. Arthuri Burii Thenaked Gospel. 20. Isaaci Casauboni Epistolæ. 21. Catechismus Racoviensis

22.

22. Anonymi Catechismus Calvinianus. 23. Christiani Catholici *Kurzer Beweistum, dass die Lutherische, Calvinische und Zwinglische Religion nichts anders sey, als ein von vielen faulen stückenden ketzerischen Lappen und Lumpen zusammen gestickter Bettel- oder Regen-Mantel*, &c. 25. Christiani Democriti *Unpartheyische Gedancken*, &c. contra D. J. F. Mayeri *kurtzen Bericht von Pietisten*. 26. Marci Antonii de Dominis Opera. 27. Jo. Am. Comenii Lux in tenebris. 28. Georgii Enjedini Explicatio locorum V. & N. T. ex quibus Trinitatis dogma stabiliri solet. 29. Seb. Edzardi Diss. de Fugienda unione cum hodiernis Reformatis. 30. Bartholdi Feindii quædam. 31. Gilb. Genebrard. de Sacrarum electionum jure ad Ecclesiæ Gallicanæ redintegrationem. 32. Ejusdem de justa Reip. Christianæ in Reges impios & hæreticos auctoritate liber. 33. Valent. Gentilis scripta. 34. Dav. Georgii opera. 35. Gabr. Gerberonii Brevis Catholicorum Belgarum Institutio de Lectione Scripturæ, qua libellus Episcopi Castoriensis eandem Laicis concedens defenditur. 36. Godeschalki scripta. 37. Ignatii Christoph. de Guarient Diarium itineris in Moscoviam. 38. Thomæ Hobbesii

 scripta.

ſcript. 39. Humphry Teſt Sacrament. 40. Jo. Huſſi opera. 41. Caſimiri Lisz[ins]kii ſcriptum quoddam. 42. Jo. Lyſ[eri] ſcripta de Polygamia. 43. T. Livii Hiſto[ria]. 44. Mart. Lutheri opera. 45. Phi. Melanchthonis Loci communes theologic[i]. 46. Manichæorum libri. 47. Jo. Baptiſ[tæ] Galli Notationes in Jac. Aug. Thuani Hiſtoriarum libros. 48. Jo. Marianæ de Rege & Regis inſtitutione opus. 49. Jo. Mil[tonii] pro Populo Anglicano defenſio contra Claudii Salmaſii Defenſionem regiam. 50. Mich. Molinoſii ſcripta. 51. Ludov. Montaltii Literæ provinciales de morali & politica Jeſuitarum diſciplina. 52. Alithophili vel Claudii Bartholomæi Monſoti veritatis lachrymæ ſeu Euphormionis Luſinini Continuatio. 53. Philippi Mornæi liber de Euchariſtia, ejuſdemque uſu & abuſu. 54. Jo. Musleri ſcripta. 55. Guil. Occami ſcripta 56. Bernardini Ochini Dialogi. 57. Aonii Palearii opera. 58. Davidis Parei Commentarius in Epiſtolam ad Romanos. 59. Jo. Reinhardi Patkul quædam. 60. Jo. Petiti Juſtificatio Ducis Burgundiæ. 61. Iſ. Peyrerii Syſtema theologicum ex Præ-Adamitarum hypotheſi. 62. Photii lucubrationes. 63. Porphyrii

rii Libri XV. contra Christianam Reli-
nem. 64. Protagoræ Libri. 65. Multa
akerorum scripta. 66. Paschasii Ques-
li varia. 67. Jo. Reichlini Speculum
ılare. 68. Talmud aliique libri Judaici.
. Hugonis Sorelli Roserii libellus de po-
tate Principis. 70. Santarelli de summi
ntificis potestate opus. 71. Casp. Sciop-
quædam. 72. Reginaldi Scoti Defe-
ones artis magicæ, qua omnem omnino
ıgiam septem argumentis impugnare pro-
suit. 73. Multi libri Magici. 74. Adol-
i Schulkenii Apologia. 75. Casp.
hwenckfeldii opera. 76. 77. 78. 79. Jonæ
chtingii aliorumque Socinianorum scri-
a. 80. Mich. Serveti Libri VII. de Trinitatis
roribus. 81. Stossii Concordia rationis &
lei, sive harmonia philosophiæ moralis &
ligionis Christianæ. 82. Francisci Sua-
zii Defensio fidei Catholicæ & Apostoli-
: adversus Anglicanæ Sectæ errores. 83.
heophili Satiræ. 84. Christ. Thomasii
onaths-Gespräche. 85. Jo. Tolandi Chri-
anismus Mysterii expers. 86. Julii Cæ-
ris Vanini de admirandis Naturæ arcanis
ıber. 87. Godofr. de la Vallée La Bea-
:ude des Chrestiens. 88. M. Terentii
arronis opera. 89. Jo. Volkelii de vera

Religione Libri V. 90. Conr. Vorstii Opus de Deo seu Disputationes X. de natura & attributis DEI. 91. Valentini Weigeli Opera. 92. Jo. Wesaliæ scripta. 93. Jo. Wiclefi Opera. 94. Wilh. de S. Amore tractatus de periculis novissimorum temporum. 95. Liber de tribus Impostoribus lucri causa confictus. 96. De Christianismo & vita Jesuitarum. 97. Liturgia Anglicana. 98. Libellus contra jura urbis Monasteriensis in favorem Bernhardi Episcopi editus. 99. Apologia pro Valeriano Magno Capucino. 100. *Freudiges Zujauchzen der Horbianer in Hamburg*. Mihi ex opima hac segete ad spicilegium relictam stipulam legere, aliosque illius generis libros secundum literarum ordinem enarrare animus est, iis, qui ἀνονύμως, editi sunt, ac de quorum auctoribus non constat, ad calcem rejectis.

I. Phi-

I.

PRimo loco nobis commemorandus est ALDEBERTUS A. DCCXLV. in Concilio Romano a Zacharia I. P. M. damnatus. Is præter alia quædam absona commentitus esse fertur epistolam, eamque a Salvatore nostro scriptam, ac Hierosolymis cœlo delapsam finxisse. Hanc cum aliis ejus scriptis igni adjudicavit Carolomannus ita sanciens: *Pseudographa & dubia narrationes, vel quæ omnino contra Catholicam fidem sunt, ut epistola pessima & falsissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes, & in errorem mittentes, quod de cœlo cecidisset, nec credantur, nec legantur, sed comburantur, ne in errorem pro tali scripto populus mittatur: sed soli Canonici libri & Catholici tractatus, & sanctorum auctoritates & dicta legantur & tradantur (a).* Eandem de iis sententiam tulerunt Episcopi & Presbyteri in Synodo Romana congregati, quæ tamen displicuit Zachariæ Pontifici, ea quidem damnanti, verum non flammis, sed per-

(*a*) Lib. 1. Leg. Franc. Cap. 78.

perpetuis carceribus, Ecclesiæ scilicet scriniis asservanda tradenti (b).

II.

Superioris sæculo NATALIS ALEXANDRI, celebris e familia Dominicana Monachi, opera ad feralem rogum ablegavit Innocentius XI. P. M. peculiari edicto, A. M DC LXXXIV. d. 10. Jul. dato, (c) ejus *Selecta Historiæ Ecclesiasticæ ad decimum tertium Sæculum tum producta Capita, & in loca ejusdem insignia Dissertationes historicas, chronologicas, criticas, & dogmaticas, Summam S. Thomæ vindicatam, Dissertationum Ecclesiasticarum triadem, Dissertationem polemicam de confessione sacramentali, & contra Launoianas circa Simoniam observationes Animad-versiones* re-

(b) Vid. ejus epistolam ad Bonifacium, quam cum aliis in sua Conciliorum editione exhibuit Severinus Binius Tom. V. f. 487. ubi etiam f. 499. sqq. extant Acta Concilii Romani contra Aldebertum & Clementem hæreticos celebrati. Sunt vero, qui utrumque defendunt, ac testibus veritatis, qui Monachis & propagatæ per hos superstitioni se opposuerunt, accensent: inter quos Frid. Spanhemius in Introd. in H. E.

(c) Exhibet istud B. Vejelius in Differt. Isagogica in Selecta Historiæ Eccles. Capita Natalis Alexandri p. 248. sqq.

reprobans, eorumque librorum retentionem, impressionem, descriptionem, lectionem, & usum omnibus sub pœna excommunicationis per contra facientes ipso facto absque alia Declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præterquam ab ipso Pontifice, nisi in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium valeat obtinere, non omnino tantum prohibens, verum etiam cuncta illorum exempla flammis aboleri jubens. Nimirum hic Auctor in Historia Ecclesiastica, observante B. Elia Vejelio (*d*), masculæ eruditionis & summorum in puriorem Ecclesiam meritorum Theologo, & fortassis quoque in aliis, placere non potuit Pontifici & ejus assentatoribus, ob censuram ridigius nonnunquam in SS. Patres exercitam, ob insultationes, quibus Scriptores Papæos, & numero multos, & fama magnos, imo integros religiosorum examinum ordines exagitat, ob nimias Ecclesiæ Gallicanæ & Academiæ Parisiensis laudes, & denique ob severam Paparum ipsorum & Dogmatum papalium reprehensionem. Mirum vero, istud opus antea ab eodem Innocentio perbenigne fuisse exceptum, atque singu-

(*d*) l. c. p. 2. sq.

singulari epistola, a Cardin. Cibo ejus nomine ac mandato scripta d. 15. Jul. A. 1682 approbatum, his verbis: *Ea occasione ostendit Sanctitas sua, praeclare se de tua pietate & catholicae fidei zelo sentire, sibique perspectum esse, non defuisse te occasionibus reipsa declarandi, quam constanter sanctissimi Ordinis tui placitis tum in disciplina, tum in Doctrina adhaereas, ubi praesertim de hujus sanctae Sedis auctoritate & dignitate agatur. Injunxit autem mihi Sanctitas sua, ut paternae suae erga te benevolentiae testem apostolicam benedictionem tibi pontificiis verbis amanter elargirer.* Immitis vero & instabilis animi Patrem, qui biennio post eodem mense recurrente, quae antea dilaudaverat, atrociter proscripta atque infami rogo injecta voluit! Legitur ea epistola post praefationem generalem, novae illius historiae editioni, quae non obstante interdicto pontificio Parisiis A. MDCXCIX octo majoris formae voluminibus cum privilegio Regis prodiit, praemissam. Comparent in ea etiam suis locis cum Alexandri responsionibus Romanorum Censorum notae criticae, haud raro (*e*) ipso frigore fri-

(*e*) Recte ita judicante S. R. Weismanno in Notitia Auctorum Memorabil. Hist. Eccles. Tom. I. praemiss. p. 21.

frigidiores, ipsaque stipula leviores, unde facillime difflari potuerunt. In iis sibi tribui plurima a verbis plerumque suis & mente plane aliena, multa per se innoxia reprehendi, quæ historice duntaxat tractaverit ac retulerit, persæpe acerbis criminationibus impeti, quasi asserta essent ut dogmata inconcussa fide ab omnibus tenenda, nonnulla denique sibi affingi contra debitam sedi Romanæ observantiam, Auctor conqueritur. Benedictum vero XIII. modernum Pontificem, pro eo, quo Dominici Ordinem complectitur, amore Alexandri nostri libris suum restituisse honorem, eosque e prohibitorum numero exemisse ajunt.

III.

AGRIPPÆ D'AUBIGNE Hostoriam rerum ab A. MD. ad MDCX. in Gallia gestarum nimis libere scriptam a Parlamento Parisiensi ad ignes fuisse damnatam, observavit jam Cel. Westphalus (*f*). Addimus nos, eandem fati inclementiam sustinuisse *Les Tragiques ci-devant donnez au Public par le Larcin de Promethée, & depuis avouez & enrichis par le Sr. Daubigné*

(*f*) l. c. p. 15.

bigné divisez en sept livres intutelez les seres, Princes, chambre dorée; les feu les fers, vengeances, jugement. De hoc enim opere in Catalogo Bibliothecæ instructissimæ Marchionis S. Philippi A. 17.. Hagæ Comitum in 8. excuso (*g*) hæc narrantur: *Ce livre à été brulé en son tems est devenu très rare par consequent; il contient tous les funestes evenements arriées sous Henry III. & IV. pour causes de Religion.*

IV.

ANTONII BONONIÆ BECCADELLI vulgo Antonii Panormitæ, spurcum poema *Hermaphroditi* titulo insignitum, ipsique Jo. Franc. Poggio obscœnitatum magistro improbatum (*h*) Bononiæ, Ferraræ & Mediolani Bernardinum Senensem & Robertum Licium, famigeratissimos sui ævi concionatores, postquam prius contra auctorem graviter declamavissent, publice, annuente populo, combussisse testis est Bernardus de la Monnoye (*i*).

V. — XI.

(*g*) Part. III. p.317.
(*h*) Vide, si placet, quæ de eo diximus Tom. V. p. 3.
(*i*) In Diss. sur la fameuse Epigramme Latine de l'Hermaphrodite. p.329. Tom. IV. Menagian.

V. — XI.

Impurarum hujuscemodi schedarum cineres, boni credo, omnes siccis intuebuntur oculis, at ipsa SACRA BIBLIA, sanctissima supremi Numinis oracula, condemnari, proscribi, subjecta exuri flamma, quis æquo feret animo? Execrabilia quidem hominum monstra, Antiochos & Diocletianos, fidelium cæde madentes, tantum nefas fuisse ausos, nemo forte mirabitur, sed inter ipsos Christianos hoc detestandæ sævitiæ genus haud prorsus inusitatum esse, omnem fidem superare videtur. Ita tamen est. Nec dissona vero sunt verba Isaaci Casauboni (*k*): *Veteres cogebant unumquemque, ut libros sacros domi assidue legeret, qui nunc sub anathematis pœna vetantur attingi sine venia, adeo, ut inter libros prohibitos primum locum libri sacri, & a Deo profecti, horrendum dictu, teneant.* Diximus in secunda observatione, p. 344. permultas editiones Biblicas in indice Pauli IV. damnatis libris nominatim accenseri, rati tum, in posterioribus ejusmodi Catalogis specialem istam enarrationem non repeti sed genera-

(*k*) In Epistol. p. 931. editionis Grævianæ.

neratim duntaxat tam Biblia Hæreticorum opera impressa, quam vulgari quocunque idiomate conscripta prohiberi. Sed vidimus posthac, in Indice Bernardi de Sandoval longe plures editiones Biblicas distincte inter libros prohibitos referri. Quid quod ulterius etiam processum est. Ad carnificem & contumeliosos ignes plus simplici vice variis in regionibus ablegata fuerunt veneranda divinorum mysteriorum volumina. Unde haud abs re Benedictus Turretinus magni nominis Theologus quondam Genevensis, in querulas has erupit voces (*l*): *Vah! ita Christianum concerpi nomen, & verbi divini monumenta cum Scriptoribus ipsis ardentibus rogis addici! Sacratissimum ipsum veritatis divinæ codicem, si lingua populari conscriptus circumfertur, incendiis devovere moris est. Neque enim de his dici potest, quod Augustinus in Psal.* 21. *de adversariis, qui se a flamma codicem sacrum servasse gloriabantur: Quid servasti a flamma, quod delere vis lingua? Nam isti sacrorum librorum traditoribus illis adeo toti Antiquitati merito exosis eo sunt deteriores,*

(*l*) In præfatione editioni Indicis librorum proh. & expurg. Sandovaliani Genevensi præmissa p. 3. sq.

res, quod & flammis tradant, & lingua deleant. Quod enim olim Pius IV. Regula 4. *consilio parochi permisisse videbatur, ut Bibliorum versorum lectio quibusdam concederetur, nunc Clementis VIII. observatione, quæ negat, ullam Episcopis vel Inquisitoribus hoc concedendi potestatem fieri, imo illam iis jam ante sublatam fuisse, & Inquisitorum jussu revocatum esse videmus. Alia ratio non prætexitur, nec utrum blasphemiis aut hæresibus liber infarctus, quod nonnulli, ut rudioribus imponant, vociferantur: sed utrum Italicus, Hispanicusve sit, dispicitur. Christo fraudi est, si populariter loquatur! Scriptura periclitatur, nisi Latine loquitur. Nec quod aliis, huic occinitur,* Dele, Corrige, Caute lege: *sed, horreo,* ure, *seca. Misericordiæ erga Dei librum locus nullus est. Evangelium Italico vel Hispanico idiomate exaratum peste citius homines fugiunt. Quo miseri? Quid tantopere extimescitis? Patris testamentum, verba vitæ. O miseros, qui lucem fugiunt, vitam horrent, cibum calcant. Explorate, indagate, inquirite sagacissime, excutite, venatici Patres, penitissime libros transalpinos, si quæ latent Biblia, si hymni Davidis, si Novi Testamenti tabulæ, non secus ac si telum veste latens, vel venenum in poculo propinandum. Ea prin-*

ceps cura vobis est, Christum arcere. In quod mireris, præclare se ista crudelitate orbe Christiano mereri opinantur homines excoecati. Quam insaniam ne iis con- jus affingere videar, accipe ipsa verba Jacobi Gretseri, Viri non indocti, nec in- lebris, sed ferocissimi (m): *Qui libros Zwingliana & Lutherana flammis tradit, non magis aliquo crimine se obstringit, quam Ephesii, qui libros curiosarum artium Vulcano corrigendos & excudendos tradiderunt.* — (n) *Biblia Lutherana & Calviniana non expurgantur spongia & stylo, sed flamma & igne. Nec opus alio indice.* — (o) *Quando* Biblia Lutheranorum &c.) *comburuntur, non comburuntur germani illi & genuini Prophetæ, sed umbræ quadam & larvæ pulchro Prophetarum nomine velatæ. Neque dubito, ipsos Prophetas & Evangelistas, si nobiscum in terris viverent, primos futuros, qui versiones Lutheri & id genus aliorum in ignem conjicerent, negantes scripta illa sua esse.* — *Lutherana Biblia non magis timet Diabolus, quam seipsum,*

(m) In Præf. operis de jure & more prohibendi libros noxios.

(n) Lib. II. operis citati. p. 326.

(o) l. c. p. 377.

aut socios pœnæ alios diabolos. Gretserum imitatus Vitus Erbermannus, Apostata maledicentissimus, Biblia Ernestina sive Vinariensia digna, quæ cum Auctoribus suis in favillas verterentur, judicavit (p). Neque hodienum licet plures jam in Romano cœtu moderatiores dari lætus fatear, omnes mitiorem fovent sententiam. Exemplo esse potest ex Dominici Ordine Vir ferrei oris, P. Eustachius Eisenhut, qui asserere non dubitavit, Lutheranorum Biblia infami rogo digniora esse ipsis lascivis Ovidii carminibus, quod hæc moribus solum, illa etiam fidei maxime noceant, ideo, prouti merebatur, exceptus atque depexus a Jo. Guil. Montgallo, vel, qui sub eo nomine latere voluit J. G. Hobbhanio (*q*). Eisenhutio comes dandus homo mordacissimus, nullique facile in conviciandi libidine & canina dicacitate secundus, Jo. Nic. Weislinger, ita (*qq*) de Bibliis nostris judicans: *Die Bibeln, so man uncatholischer Seits für GOttes Wort ausrufft, seynd falsche, ungöttliche, Feurs-*

 wür-

(*p*) Vid. Weismanni Memorab. H. E. T. II. pag. 375.

(*q*) In Theologischer Correspondenz. Part. I. p. 124. sq.

(*qq*) In *Friss Vogel oder stirb.* Part. I. p. 45. & 462.

würdige Schrifften. — Luthers Bibel ist greulich verfälscht, dass es zu erbarmen, doch die edle Teutsche solch Jammer-Werk nicht längst gesehen, und das Ketzer-Buch dem Meister Hansen überliefert, dass ers so lang purgirt und verbessert, biss es zu Aschen verbrennt gewesen, dann mehr ist es nicht werth. — — — Mit der Zwinglischen Bibel ist es um kein Pfifferling besser, als mit der Lutherschen, es ist halt vier paar Hosen eins Tuchs. Ita vero pronunciassent egregii hi Viri de multis e suo cœtu Moralistis & Casistis, quos vocant, ac præcipue de Thomæ Sanchez Disputationibus de sancto Matrimonii Sacramento *(r)*, neminem, cui castitas curæ cor-

(*r*) Facile ipsi Sanchez fidem adhibeo, in dedicatione ad Petrum de Castro Quinones Archiepiscopum Granatensem asserenti, se *insita naturæ propensione impulsum*, & *sciendi cupiditate inflammatum* eas per multos annos assiduis laboribus congessisse: sed impetrare a me non possum, ut eum castitatis pudorisque tenacem fuisse credam, licet hoc nobis Jo. Crombecius in libro de studio perfectionis, e quo excerpta Sancheziani operis editioni Antwerpiensi A. MDCXXVI. præmissa sunt, persuadere omni studio conetur, reliquas etiam ejus virtutes ita prædicans, ut parum absit, quin sanctissimorum in censum referendus videatur. Valet hic illud Mureti:

Raro moribus exprimit Catonem,
Quisquis versibus exprimit Catullum.

rdique est, refraganrem habituros esse
rsuasus sum. Sed ne extra oleas vager,
censebo jam quasdam editiones Biblicas,
go addictas,

Anno MDXXIX. ANGLICÆ VERSIO-
IS NOVI TESTAMENTI, a Guil. Tinda-
confectæ, & Antwerpiæ, uti videtur,
cusæ, multa exemplaria, a Tonstallo Lon-
nensi Episcopo, e legatione Camberacana

Gg 4 redu-

Cui opus illud inspicere datum est, haud invitus sententiam ibit nonneminis, id VERAM VENE-IS BIBLIOTHECAM nuncupantis vid. Bail. Diction. om. IV. f. 3118. sq. Recte profecto de illo inter etera sic judicant Doctores Sorbonici in Vindiciis cenræ a Petro Aurelio editis: *De illo opere Matrimoali speciatim dicere possumus, esse opus non gloriandum, d pudendum; tam immani curiositate, tam invisa in bus spurcissimis & infandis & monstrosis & diabolicis rscrutandis sagacitate horrendum, ut mirum sit pudos alicujus hominem ea sine rubore scripsisse, quæ quivis odestioris ingenii vix sine rubore legat. Portenta ista nt, non scripta, animorum insidiæ, non mentium subdia, incentiva libidinum, schola flagitiorum, non hoestæ disciplinæ, non scientiæ Christianæ instrumenta. Inlix scientia, quæ omnes perdere, paucos juvare nata t &c.* conf. B. Ad. Rechenbergii Diss. de Libris obœnis §. 7. sqq. Interim tamen Jesuitæ aliique spurum istud opus eximiis decorant laudibus. Biblia proscribuntur, carnificique ac Vulcano traduntur: hoc ommendatur, nec inter prohibitos refertur nisi hac onditione, usque dum in eo restituatur numerus 4. Disputationis VII. Libri VIII. vid. Clementis XI. Inlic. Librorum Prohib. p. 493. edit. Rom. 1711.

reduce, in Angliam delata, publice in foro combusta fuisse narrat Gilbertus Burnetus (s), id non sine populi indignatione factum esse addens. *Adeo*, inquit, *odiosum censebatur verbum Dei comburere, ut vulgus inde collegerit, immane discrimen esse inter librum istum & doctrinam eorum, qui hoc pacto cum illo agunt: hinc odium erga Clericos, & desiderium legendi Novum Testamentum magis fuit auctum.* Tindalo dein in Belgio exusto integram Bibliorum versionem Anglicam sumptibus Graftoni mercatoris edidisse dicitur Jo. Roger, sub Thomæ Matthæi nomine delitescens, quæ cum gaudio excepta fuit. Quum vero idem Graftonus aliam in forma majori editionem curaturus a Galliæ Rege impetrasset, ut Parisiis id fieri liceret, Matthæus Ory Generalis Inquisitor opus prohibuit, eaque, quæ jam absoluta erant, vel igne cremata fuerunt, vel pro schedis sparsim divendita (t). Circa

A.

(s) In Historia Reform. Anglicanæ T. I. f. 93. edit Genev.

(t) Vid. Acta Eruditor. An. 1694. p. 319. conf. le Long Biblioth. S. T. I. f. 428. add. Placc. Theatr. Anon. f. 509. Ovidii Metamorphoses, figuris ornatas, pro Anglorum Bibliis habitas & publice exustas esse retuli Tom. V. p. 43.

A. MDCXXX. in Bohemia variis in locis plurima BIBLIORM BOHEMICORUM exemplaria Vulcano consecrata esse, memoratur in Martyrologio Bohemico, Germanice reddito p. 605. sqq.

Eandem fortunam subiisse BIBLIA GALLICANA, docet personatus Eusebius Philadelphus Cosmopolita (*u*) his verbis: *Quum lux Evangelica tum voce tum scriptis Lutheri, Buceri, Zwinglii, Oecolampadii, Melanchthonis & aliorum doctorum hominum cœpisset illustrari & quasi denuo patefieri, Papa quemadmodum in Germania suis technis, copiis etiam & viribus Caroli V. sic in Gallia quoque ope Francisci primi his cœptis naviter obstitit, & cursum hunc flamma sistere decrevit. Itaque*

(*u*) In Dialog. I. p. 4. edit. Edimburg. 1574. quæ duos dialogos in Gallorum & vicinarum Nationum gratiam compositos exhibet. Rarissimi hujus libri notitiam non ita pridem dedit Cl. Colerus in Anthol. Tom. I. Fasc. IV. p. 293. Inter meas reculas non ea tantum editio extat, sed & prior, primum modo dialogum continens, huncque gerens titulum: *Dialogus, quo multa, exponuntur, quæ Lutheranis & Hugenotis Gallis acciderunt. Nonnulla item scitu digna & salutaria consilia adjecta sunt. Oragniæ. excudebat Adamus de Monte.* M. D. LXXIII. in 8. Huic editioni præmissa sunt nonnulla, quæ in altera desiderantur, de quibus fortassis alias.

Senatus consulta & decreta fieri curavit, quibus non modo libros Veteris & Novi Testamenti, unde hæc doctrina hauriebatur, in Gallicam aut aliam vulgatam linguam convers- sed eos etiam omnes, qui hujusmodi libros te-rentur, quos tum Lutheranos appellabant, ignem conjici oportebat. - - Mortuo Franc- eadem sævitia usus est Henricus, qui illi in re-gnum successit. Quo regni summam ten- non libri solum, & ipsi Lutherani flammis co-sumebantur, verum etiam bonis illorum legi-mi hæredes spoliabantur, &c.

Neque nostra GERMANIA ab hoc sæ-vitiæ genere immunis est. Ferdinandum enim, Georgium Saxonem, Bavariæ Duces aliosque legibus & edictis publicis LUTHE-RI VERSIONEM comburi mandasse, & magnis mulctis indictis subditos omnes co-gisse, ut quæcunque libri exempla haberent Magistratibus ad id constitutis traderent, me-morat Ludovicus Maimburgius (*x*).

Sæculo jam XIII. HISPANICAM vel CA-STELLANAM potius Sacri Codicis VER-SIONEM flammis adjudicatam fuisse, ex hoc Jacobi I. Arragoniæ Regis, qui A. MCCLXXVI

(*x*) In Historia Lutheranismi L. I. Sect. 52. p. 206 edit. Seckendorf.

MCCLXXVI. obiit, edicto (*y*) patet: *Statuimus, ne aliquis libros Veteris vel Novi Testamenti in Romancio habeat; & si aliquis habeat — tradat eos loci Episcopo comburendos, quod nisi fecerit, sive Clericus fuerit, sive Laicus, tanquam suspectus de haresi — habeatur.* Posthac quoque Hispaniæ Rex Ferdinandus & ejus Conjux Elisabetha aliique sub gravissimis pœnis Hispanicarum divinæ Scripturæ versionum usum prohibuerunt. Fuit tamen ex Hispanis quidam Vir eruditus, qui librorum sacrorum in vernaculum idioma translationem mascule & multis rationibus oppido gravibus, publico scripto comprehensis, defendere ausus est, Fridericus nempe Furius Cæriolanus Valentinus. Opus hoc insignitur titulo: *Bononia* (*z*), *sive de Libris sacris in vernaculam linguam convertendis Libri duo ad Franciscum Bovadillium Mendozium, Cardinalem Burgensem*, excusus Basiliæ per Joannem Oporinum A. MDLVI. in 8. Quibus Hispanorum, ea

(*y*) Quod adducit Carolus du Fresne Dn. du Cange in Tom. III. Glossarii Latini ad verbum *Romancium.* conf. Long. Biblioth. S. T. I. f. 361.

(*z*) Hunc operi titulum indidit Furius, quod sermones cum Bononia Rectore tum Lovaniensi eo de argumento habitos contineat.

ea præsertim ætate, pro Romana Religi
zelus compertus est, facile auctori inde ha
paucas fuisse (a) enatas molestias augu
buntur, de quibus ipse librum in limine a
conquerentem inducit:

Magne Mendozi, referamne torvus
Hostium vultus, mihi qui cruento
Ense tergus dilacerant malignè, &
Viscera nudant?
Eloquar: Scribæ, Pharisæi, Judæi,
Cajaphas, Pilatus, & omnis orbis
Judæorum perdere me laborant
Arte dolosa.
Hei mihi, eheu quam premor, urgeor
Innocens, succurre Pater, mihique
Fer, rogo te, suppetias, opemque
Ocyus aura.

Nihilominus auctor deinde, quod mireris,
in aula Philippi II. vehementissimi Roma-
norum sacrorum propugnatoris, ad vitæ
usque finem magna polluit gratia: qua oc-
casione noto, minus recte illum a Longi
(b) Protestantibus accenseri.

(a) Vid. Thuan. Histor. Lib. CIV. f. 486. add. Bai. Diction. Tom. II. f. 1230.
(b) In Biblioth. S. T. L. f. 292.

A. MDLXIII. Brestæ Lithuanorum cura & sumptibus Nicolai Radzvilii, Ducis in Olika & Nesvez, Palatini Vilnensis typis exscripta fuerunt BIBLIA POLONICA, verum mox malitia adversariorum coëmta, atque Vulcano tradita, quod fatum etiam subiit Novum Testamentum, Henrici Strobandi impensis in ecclesiarum Polonicarum usum impressum (*c*).

Non ignoro, multos hodie Viros pios & eruditos e Pontificiis, in Gallia cumprimis, (quod ex controversia Quesnelliana constat) hanc atrocitatem improbare, & sacrarum literarum in lingua vernacula lectionem magnopere omnibus commendare: at hoc etiam novi, haud deesse nostro ævo, quibus illa prioris ætatis severitas maxime placeret, si res semper eorum arbitrio relicta foret. Nec dubito, multos esse, qui ista immanitate insigne se operæ pretium facturos sibi persuaderent. Laudarent hi utroque pollice, quod in vita Theresæ de JEsu (*d*) inter reliqua ejus sanctitatis documenta refertur: *Ægre ferebat, quod suæ Moniales*

(*c*) Vid. Melch. Adami in Vitt. JCtorum p. 311. sq.
(*d*) P. 86. vid. El. Ehingeri Sæcul. XV. Histor. Eccles. p. 3.

les abstrusa DEI mysteria, vel alias curiosi-tes, quæ ad mulieres non pertinent, indagarent. Cum Toleti degeret, puella quædam ea religionis habitum efflagitavit, quam cum in religionem admitti decrevisset, dixit puella habere penes se Biblia, quæ ad Monasterium erat allatura. Confestim a DEI serva excussa fuit, dicente: Biblia, filia, ne afferas neque huc venias, sumus enim mulieres quæ præterquam nere nihil aliud scimus. Quæ puella repulsa non sine divino instinctu nimiam curiositatem a serva DEI fuit salutem (ut postea evenit) ob aliquos errores contra fidem habitos a sancto Inquisitionis officio punita fuit.

Sed &, ut in viam redeam, inter Græcos hoc supplicii genere in Sacras Literas saevitum est. Constantinopoli enim A. MDCCIV. in medio aulæ Patriarchalis post anathema Vulcano traditam esse editionem NOVI TESTAMENTI NEO-GRÆCI, a Seraphimo, Hieromonacho Mitylenensi Londini MDCCIII. in 12. curatam refert Alexander Helladius (e), infinitis erroribus & anorthographiis eam scatere, editoremque ...

pa-

(e) De Statu præsenti Ecclesiæ Græcæ. Cap. XI. p. 247.

præfatione in Græcorum Episcopos absque ulla causa acerbe invectum esse adjiciens.

XII.

De GEORGIO BOSQUETO hæc habet Bælius (*f*) : *Il composa quelques Ouvrages, & un entre autres, qui fut condamné au feu. Ce qu'il composa en Latin sur l'Edict du Roi Henri II. touchant les Mariages contractez par les Enfens de famille au desceu & contre le vouloir & consentement de leurs Peres & Meres, fut imprimé à Toulouse, par Jaques Colomiës, l'an* 1558. *in* 8. *Il publica chez le même en* 1563. *Hugoneorum Hæreticorum Tolosæ conjuratorum Profligatio memoriæ posita in* 4. *C'est à ce dernier Ouvrage, si je ne me trompe, que convient ceci : le Roi.... a ordonné & ordonne que le Livre composé par un George Bosquet, habitant de la dite ville de Toulouse, contenant Libelle diffamatoire, sera brûlé, & défenses faites à tous Libraires & Imprimeurs de l'imprimer, ne faire imprimer, ne vendre, & à tous de n'en acheter. Ce sont les paroles d'un Arrêt du Conseil privé, tenu au Chateau de Vincennes, le* 18. *de Juin* 1563.

XIII.

(*f*) Diction. T. I. f. 616.

XIII.

Eandem sortem in Anglia habuerunt cum Paræi Commentar. in Epistolam ad Romanos & Stephani Junii Bruti Vindiciis contra tyrannos GUILIELMI BUCANI, Theologiæ quondam apud Lausannenses Professoris, *Institutiones theologicæ, seu locorum communium DEI verbo & præstantissimorum Theologorum orthodoxo consensu expositorum analysis.* Non ingratum Lectoribus meis fore arbitror, ejus supplicii causam ex epistola G. R. Doubletii ad Gerh. Jo. Vossium Londino A. 1622. d. 16. Aug. styli veteris data (g) cognoscere. Ita autem is: *Habebat Oxonii ante menses circiter tres, aut paulo amplius, concionem juvenis quidam Theologus, & non satis temporum, in quibus vivimus, observans, sed probus alioqui & existimationis bonæ. Hic cum prius generalia quædam proposuisset, ex quibus vereri videbatur nequid religio reformata, ubique fere terrarum nunc concussa, etiam in Anglia detrimenti caperet; tandem eousque deveniebat, ut assereret, in tali casu fas fore subditis, aut saltem inse-*

(g) Quæ extat inter Clar. Vir. ad Vossium epistolas edit. August. Vindel. A. 1691. f. 34.

inferioribus Magistratibus, etiam invito & aliud moliente Principe, omnibus modis, atque adeo vel armis, religionem veram ejusque publicum exercitium tueri : addens illustranda theseos suæ causa, existimare se, Regem Galliarum, si (dum exercitui Reformatos in urbe aliqua obsidenti interest quotidie) ferro per manum subditi caderet, juste & sine ullo mactationis criminine occisum iri. Quæ verba cum ad Regem nescio qua ratione delata essent, statim eum in vincula conjici, & captivum ad se adduci Rex jubebat, nemine dubitante, quin capite lueret immoderatam linguæ licentiam; sed cum examen super causa institutum esset, juvenis hic (Knight nomine) credidisse se profitebatur, esse hanc communem omnium Reformatorum sententiam, atque ita se a Reformatis Doctoribus esse edoctum, citans Paræum in Commentar. in Ep. ad Rom: Bucanum in locis communibus, & Steph. Jun. Brutum, sive auctorem libri, cui titulus, Vindiciæ contra tyrannos. Excusabat hoc aliquantum juvenem, in theologia tyronem, non absolvebat, plura, quam auctores dixerant, construentem, & hypotheses inde formantem. Itaque ipso in carcere detento, censuræ Academiarum postea traditi fuere prædicti auctores. Ac Oxoniensis quidem capita aliquot selecta pro erroneis, fal-

sis, impiis damnans, Parai solum commentarios (b) ad Romanos publice conflagrandos censuit, quod etiam factum, conquisitis, quotquot in officinis Bibliopolarum & Museis studiosorum reperiri poterant, exemplaribus. Cantabrigiensis vero etiam Bucani locos communes & Bruti vindicias publice flammis tradidit, & ipsos auctores — perpetua infamia notavit. — — Videbar ego in Cantabrigiensi Senatus consulto videre plusculum bilis in rigidos istos Genevensis reformationis Professores, sive ea causa sit, quod Puritanorum omne nomen exosum habent, sive quod plerique ibi Remonstrantium sententiae sunt addictissimi.

XIV.

(b) Londini etiam jussu Regis eos fuisse combustos e Gerhardi Brandt Historia Reformationis Belgicæ narrat Michael de la Roche in Memoires literaires de la Grande Bretagne Tom. XIII. p. 410. addens: *Cette Nouvelle s'étant repandue en Hollande, on n'y eut plus la même estime pour le Roi de la Grande Bretagne, que l'on avoit appellé auparavant un second Salomon. Quelques-uns dirent que le Défenseur de la Foi étoit devenu son Ennemi. Jean Kloppenburgh, Ministre d'Amsterdam, parlant du Livre de Pareus, brûlé par les mains du Boureau, ne fit pas difficulté de dire, que si le Roi n'étoit point Papiste, il soupçonnoit qu'il étoit Atheiste*

XIV.

In eodem regno quandam GILBERTI BURNETI EPISTOLAM PASTORALEM publica auctoritate combustam fuisse, e literis Petri Bælii ad Dominum Minutoli Roterod. d. 5. Mart. A. 1693. exaratis (*i*) comperi. In iis enim hæc leguntur: *Mr. l'Eveque de Salisburi n'a pas reçu une petite mortification, en voïant bruler sa Lettre Pastorale. Il n'est point aimé des Anglois, & l'on dit, que ses manieres de hauteur lui ont fait beaucoup d'Ennemis. Le sujet, pour lequel on a brulé sa Lettre, est qu'il parlé de la Révolution d'Angleterre, comme d'une Conquête.*

XV.

In quinto hujus opellæ fasciculo (*k*) Analecta ad historiam FRANC. JOH. BURRHI dedimus, e quibus patet, non ejus solum scripta Romæ fuisse cremata, verum etiam ipsum in effigie suspensum flammisque consumtum (*l*).

(*i*) Vid. Lettres de Mr. Bayle. Tom. II. p. 408. edit. Roterod. 1714.

(*k*) p. 141. sqq.

(*l*) p. 162. sq. conf. Bayl. Diction. f. 609. sq. Tom. I.

XVI.

M. T. CICERONIS ut nunc mentionem faciam, ordo postulat. Ejus *de Natura Deorum* libri ob superstitionem gentilem inibi explosam olim jam Romanis fuisse suspectos adeoque invisos, ut eos publica auctoritate abolendos esse censuerint, ex hoc Arnobii loco (*m*) elucet: *Adduci, hoc ut credamus, non possumus, immortalem illam præstantissimamque naturam divisam esse per sexus, & esse partem unam mares, partem esse alteram fœminas. Quem quidem locum plenè jam dudum homines pectoris vivi tam Romanis literis explicavere quam Græcis: & ante omnes Tullius Romani disertissimus generis, nullam veritus impietatis invidiam, ingenue, constanter, & libere, quid super tali opinione sentiret, pietate cum majore monstravit. A quo si res sumere judicii veritate conscriptas, non verborum luculentias pergeretis, peroratus esset & hæc causa, nec secundas, ut dicitur, actiones nobis ab infantibus postularet. Sed quid aucupia verborum splendoremque sermonis peti ab hoc dicam, cum sciam esse non paucos, qui aversentur & fugiant libros de hoc* *ejus,*

(*m*) Lib. III. p. 103. sq.

ejus, nec in aurem velint admittere lectionem opinionum ſuarum præſumta vincentem? cumque alios audiam muſſitare indignanter, & dicere: oportere ſtatui per Senatum, aboleantur ut hæc ſcripta, quibus Chriſtiana religio comprobetur, & vetuſtatis opprimatur auctoritas? Quinimo ſi fiditis exploratum vos dicere quidquam de Diis veſtris, erroris convincite Ciceronem, temeraria & impia dictitare refellitote, redarguite, reprobate (*n*), *nam intercipere ſcripta, & publicatam velle ſubmergere lectionem, non eſt Deos defendere, ſed veritatis teſtificationem timere.* In Friſia autem Sivardum, Pontificem Friſiorum Ethnicum ſeu Præfectum Druydum, & acerrimum Chriſtianorum hoſtem, qui circa A. 770. vixit, ſcripſitque Hiſtoriam Principum, Ducum & Regum Friſiæ, ac de prohibenda Chriſtianorum doctrina, eos Ciceronis libros tanquam erroneos damnaviſſe, & publice exuſſiſſe e Martino Hamconio de Viris rebusque Friſiæ illuſtribus obſervavit Celeb. Jo. Henr. a Seelen (*o*). Cæterum ob

(*n*) Ita pro *Comprobate* legit Crenius in Animadv. Philol. & Hiſt. P. II. C. I. p. 60. conf. Clar. Falſteri Quæſtiones Roman. ſeu Ideam Hiſtoriæ liter. Roman. p. 242. ſq.

(*o*) In Selectis litterariis. p. 458.

hocce & de divinatione opus Antonius Collinus Ciceronem libere cogitantibus vel Atheis annumerare veritus non est, quem vero ab hac criminatione vindicavit D. Jo. Franc. Buddeus, venerandus meus, imo communis fere Germaniæ Præceptor (*p*).

XVII.

JO. CLENDONI *Tractatus philosophicus de persona or a treatise of the word Person*, Londini A. 1710. in 8. typis exscriptus, in quo auctor purum putum Sabellianismum profitetur, ibidem eodem anno d. 5. Martii flammis fuit injectus (*q*).

XVIII.

De CREMUTIO CORDO memoriæ prodidit Tacitus (*r*), scripsisse eum *Annales*, in quibus laudato M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixerit: accusatum vero propterea apud Tiberium, primo relin-

(*p*) In Thes. Theolog. de Atheismo & Superst. Cap. I. p. 99. sq.

(*q*) Vid. *Unschuld. Nachrichten.* A. 1710. p. 370. add. D. C. M. Pfaffii Introd. in Historiam Theol. liter. Part. II. p. 335.

(*r*) Annal. Lib. IV. p. m. 155. sqq.

relinquendæ vitæ certum libere suam egisse causam, dein egressum senatu vitam abstinentia finiisse: libros autem per Ædiles cremandos censuisse Patres. Hæc cum retulisset Tacitus, addit: *Secordiam eorum invidere libet, qui præsenti potentia credunt extingui posse etiam sequentis ævi memoriam. Nam contra, punitis ingeniis gliscit auctoritas: neque aliud externi reges, aut qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi, atque illis gloriam peperere.*

XIX.

GUIL. COWARDUS, Medicus Londinensis, A. MDCCIII. *posteriores cogitationes de anima*, & A. MDCCIV. *Vindicias Rationis ac Religionis contra Philosophiam* edidit, in quibus statuit, in mundo haud dari alias substantias, nisi materiales, spiritus vero tantum esse potentias aliquid agendi: angelos igitur esse potentias in subtili corpore, animamque hominis potentiam in humano corpore, quæ cum eo moriatur, & in die extremo cum eo resuscitetur. Hæc scripta non ab Anglicanis duntaxat Theologis fuere confutata, sed &

jussu Parlamenti publice per carnificem combusta (*s*).

XIX.

Sæculo superiore DAVIDES DERODON in libro Arausicæ edito, hodie rarissime obvio, cui titulum fecit DE SUPPOSITO, causam egit Nestorii contra Cyrillum, eum injuria in Synodo Ephesina hæresos accusatum evincere conatus: nequaquam enim Christo duas personas tribuisse Nestorium, sed Cyrillum potius duas Sospitatoris nostri naturas confudisse. Male autem fuit exceptus is liber, tam acri contra sentientium stylo confutatus, quam Tolosæ publice combustus (*t*).

XX.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI, præcipui bonarum literarum restauratoris, memo-

---

(*s*) Vid. *Neueröffneten Bilder-Saals* Part. VII. p. 936. sq. Anglicos Cowardi librorum titulos exhibet Reverendiss. D. Pfaffius in Introd. in Hist. Theol. liter. P. II. p. 269.

(*t*) Vid. Bayl. Diction. in Artic. RODON. & Placcii Theatrum Anonymorum. f. 173. conf. Ven. D. Henr. Klausingii Disp. qua Controversiam Nestorianam olim agitatam haud fuisse Logomachiam asseritur. p. 5. sq.

memoria merito omnibus Philomusis grata est atque jucunda. Tot namque nominibus meliorem sibi orbem devinctum reddidit, ut paucissimis tantum debeat. Haud potuit tamen Vir laude dignissimus Vatinianum multorum, quorum arrogantiam, inscitiam aliaque vitia magna παῤῥησίᾳ reprehendit, evitare odium, & ipsius Pauli IV. P. M. rigidam sententiam, qua non omnia duntaxat ejus opera, sed & scripta Patrum, illius cura emendatius in lucem emissa Romæ ad ignes condemnavit. Ita enim Bullingerus ad Ambrosium Blaurerum A. 1557. (*u*): *Exurit libros Romæ Paulus IV. & quidem Erasmi Roterodami omnes. Nunc & Cyprianus, Hieronymus, Augustinus comburuntur, eo quod scholiis Erasmi sint (ut os faculentum ait) coinquinati.*

XXI.

FABRICIUS VEJENTO multa olim & probrosa in Romanos Senatores ac Sacerdotes iis in libris, quibus nomen *Codicillorum* dederat, dixit. Propterea Nero Italia

(*u*) In J. H. Hottingeri Histor. Eccles. Tom. IX. p. 408.

eum depulit, & libros exuri jussit, conq[uisitos], indice Tacito (x), lectitatosque, [d]nec cum periculo parabantur: mox a[m]licentia habendi oblivionem attulit.

XXII.

A Vulcano quoque mandato Pauli I[V.] Præsulis Romani devorata fuit M. ANTO[NII] FLAMINII *Psalmorum Davi[dis] Explanatio*, si fides habenda Viro erudi[to] qui hæc meæ editionis limini adscrip[sit]: *Cum A. C. 1559. Paulus IV. Pontifex Ro[manus ce]lebraret in suo cubiculo una cum sex deputat[is] Inquisitoribus Concilium clandestinum, [quod] sub nomine Catalogi Hæreticorum furens [in] Lutheranos immisit, hunc quoque librum Psal[morum] Flaminii inter scripta hæretica expres[se] retulit, dignumque arrogantissime judicavit qui cum auctore sancto Viro flammis in perpetuum aboleatur.*

XXIII.

A. MDXLVI. FOGELSANGUS quidam variarum hæresium, utpote Anthropomor-

phi-

(x) Annal. Lib. XIV. p. m. 332.

phitarum, Sabellianorum, Arianorum, Samosatenianorum &c. Amstelodami fuit postulatus, atque hinc primum in carcerem conjectus, deinde autem relegatus, libro ejus, quem *Lumen veritatis* inscripsit, publice simul, uti nonnulli narrant, exusto. Omnem hanc rem e Gerh. Branti Historia Reformationis Belgicæ diligenter exposuit Mich. de la Roche (*y*)

XXIV.

Non desunt, qui FORMULAM CONCORDIÆ inter libros a magistratu combustos referunt. Diversa illam expertam esse judicia, inter omnes constat, aliis suo eam calculo probantibus, aliis autem in ipso Evangelico-Lutheranorum coetu rejicientibus. Nonnulli illam e Saxonia in Daniam missam a Friderico II. Daniæ Rege Vulcano traditam esse perhibent, edito insuper decreto, ne ullus eidem subscriberet, aut exemplum tantum unicum in regna & ditiones Danicas inferret, nisi gravissimam Regis indignationem sibi contrahe-

(*y*) In Memoires liter. de la Grande Bretagne. T. IV. p. 38. sqq.

trahere, & poenas eidem dare vellet. ejus rei veritatem singulari & erudita com- mentatione (z) inquisivit B. Jo. Herm. Elswich, variis argumentis demonstra- annisis, laudatum librum a Friderico haud datum esse, scilicet alto, quo prob fidei, iique coaevi & domestici praec auctores illam praetermittunt, silentio, c berrimis, quas haec historiola in Dani olim & nunc a viris cum Politicis, Theologis experta est, contradiction circumstantiarum, quibus narratur, dive- sitate, &c. Idem praeterea secus sentien- tium rationes studiose refellit.

XXV.

Inter infelices literatos locum haud i- fimum obtinet NICOLAUS FRANCUS, Vir ingenii & eruditionis laude inclutus, cujus non scriptum modo quoddam publi- ce in favillas fuit versum, sed & ipse ob invisam, judice Thuano (a), coelo Rom-

(z) Seu Disquisit. Histor. de Formula Concor- diae num in Dania sit combusta? recusa Witteb. Ao. MDCCXVI. in 4.

(a) Histor. Tom. III. f. 1172.

no in sermocinando libertatem sub Pio V. ad furcam damnatus. Ejus supplicii caussam Joannes de Nicastro in Pinacotheca Beneventana (*b*) plenius his verbis nos edocet: *Observandum operæ pretium ducimus dignum hunc senem nequaquam capite damnatum fuisse a S. Pio V. contumeliosa ob verba in ipsum effutita, ut fere omnes hallucinati autumant; sed famosos ob libellos, quos in Pium IV. viventem ac mortuum effutierat. Cum enim Francus Priapeja explanare cœpisset, præfati Pii IV. jussu nedum vetita eidem fuit, verum etiam combusta cœpta explanatio. Hinc ingenti in Pontificem flagrans ira, plurima in ipsum voce ac scripto profudit convicia. Pro his nullam tunc temporis pœnam luit, quia valido Cardinalis Moroni patrocinio fretus. Pontifice tamen vita functo, ac vacantis sedis beneficio auspiciisque suffultus, mordaciori sale antiqua refricare ausit vulnera. Enimvero adeo suum acuit mortuum in Principem calamum, ac famo-*

(*b*) Ubi p. 168. sqq. illius vita, fata ac scripta recensentur. vid. Cl. Coleri Autholog. T. I. fasc. II. p. 156. add. Carpentariana p. 53. ubi vero non contra Pium IV. sed Paulum IV. Francus scripsisse dicitur.

famosos evomuit libellos, ut nullum fuerit vicii genus, quod ingens in illum non evomerit Franci furor. Hujus rei gratia suspendium, S. Pio V. jubente, morte damnatus fuit, eodem prorsus tempore, quo Cosmus optime de orthodoxa fide meritus, a Pio praedicto Magnus Etruriæ Dux nominandus, ac regia corona donandus in urbe degebat.

XXVI.

A. MDCXL. in Gallia vulgavit libru*de cavendo schismate*, OPTATI GALLI nomine assumpto, Carolus Hersent (*c*), Ecclesiæ Metensis Cancellarius, Gallicanos Præsules, qui Cardinalem Richelium Patriarcham Galliæ electuri dicebantur, crimine schismatis committendo deho turus. De hujus libri fatis hæc habet Henricus Spondanus ad A. 1640. (*d*): *Prodiit hoc anno mense Martio in Gallia ab ingenio quodam turbido libellus pareneticus ad Antistes regni, Optati Galli nomine de cavendo schis*

(*c*) Vid. Baillet Jugem. des Sçavans. Tom. Part. I. p. 101. edit. Amstelod. 1725. & Placc. Thes. Pseudonym. f.303.

(*d*) In Continuatione Annalium Baronii Tom. f. 998.

schismate, quod jam ad portas esse annunciabat. Qui a Francisco Archiepiscopo Parisiensi & suffraganeis Episcopis in unum collectis confestim examinatus, damnatus fuit tanquam scandalosus, contumeliosus, ac pacis publicæ perturbativus, Regique & ejus ministris ac consiliariis odium concilians, atque Præsulibus injuriosus, ut fert eorum censura: cui subinde subscripserunt quotquot alii Episcopi tunc in urbe reperti sunt. Damnavitque Senatus eundem libellum igni. Et multi adversus eum scripserunt pro defensione pacis & unionis Ecclesiæ Gallicanæ, cujus scissionis nulla videretur esse umbra: quanquam & fuerunt inter ejusdem libelli oppugnatores, qui limites rationis in grave libertatis Ecclesiasticæ præjudicium non parum excesserint. Quum vero Cardinalis Richelius atque cæteri Galliæ proceres nunquam serio de instituendo ejusmodi Patriarchatu cogitaverint, & quicquid tum temporis gerebatur, id unice factum sit ad terrendum Papam, atque ad retundendæ paulisper ejus fulgura ex pelvi, non immerito Clar. Dan. Maichelius silentio potius vel ipso facto auctorem refutari commodissime potuisse censet, miratusque, tot eruditos certatim in ejus refutationem concurrisse, scripta, brevi tempore contra

librum

librum istum edita, enarrat, ut inde p[illegible]
spiciatur, quanto negotio homines, eru[illegible]
etiam, de lana caprina sæpius certare [illegible]
leant (e).

XXVII.

Concilii Constantiensis tempore plu[illegible]
fuere, qui ob insignes Monasteriorum a[illegible]
usus extra monachale vinculum coire c[illegible]
perant, in societate amica de commun[illegible]
opibus viventes; eorum vero studium a[illegible]
mores tanto motu damnare fuerat ani[illegible]
Monachus Dominicanus, MATTHÆ[illegible]
GRABON, ut Monachalem ordinem u[illegible]
modum extolleret, editis hunc in fin[illegible]
variis libellis, qui Martino V. P. M. ad [illegible]
judicandum oblati, & ab hoc Commi[illegible]
riorum, quos vocant, Cardinalium disp[illegible]
sitioni traditi, Petri præsertim de Alliaco
Cardinalis Cameracensis judicio, cui
ὁμόψηφος fuit Jo. Gerson, Academiæ Pari-
siensis Cancellarius, magnæ tum auctorita-
tis Vir, tanquam fidei & religioni Christia-
næ,

(e) De præcipuis Bibliothecis Parisiensibus pag.
44. sqq.

næ inimici ad rogum damnati sunt. Auctor autem deinde palinodiam cecinit (*f*).

XXVIII.

URBANI GRANDIER, Parochi & Canonici Laudunensis, calamitates, quas ipsi dolosa obtrectatorum invidia excitavit, notiores sunt, quam ut nostro opus sit indicio. Omnis tragœdia eum tandem sortita est exitum, ut is A. MDCXXXIV. d. 18. Aug. cum cunctis scriptis & characteribus magicis, illi suppositis, nec non libro *contra Clericorum cœlibatum* MSCto, quem composuisse ferebatur, infelicibus lignis ustulandus traderetur, cineresque in aërem spargerentur. Res tota peculiari commentario (*g*) descripta extat, quem qui legerit, haud difficulter Æg. Menagio (*h*) assensurum existimo, censenti, eum in-

(*f*) Vid. Herm. *von der Hardt* Acta Concilii Constantiens. Tom. III. Part. VIII. f. 106. sqq.

(*g*) *Histoire des Diables de Loudun.* Amstel. 1693. in 12. cujus Germanica versio prodiit Halæ Magdeb. A. 1704. in 4.

(*h*) Vid. Menagian. T. IV. p. 37. conf. Bælii Diction. T. II. f. 1297. sqq.

felicem Virum Naudæi Viris celebribus i
juſte Magiæ inſimulatis ſuo jure anno
randum eſſe.

XXIX.

Ad ignem etiam, quo maxime dig
eſt, ablegatus fuit Pariſiis liber lon
ſpurciſſimus, ſub titulo *l'Ecole des Fi*
cognitus, atque ibidem clanculum ex
ſus, cujus auctor eſſe dicitur quidam n
mine HELOT, ipſo ſimul auctore, qui f
ga elapſus erat, in effigie ſuſpenſo, Li
brarioque mulcta affecto (*i*).

XXX.

A. MDCXCI. illuſtris Baſilienſium Re-
ſpublica civilibus turbis miſere fuit agita
quarum plenior notitia e Theatro Euro-
pæo (*k*) peti poteſt. Prodiit vero earu
occaſione A. 1693. neque loco impreſſio-
nis, neque typographo indicato, in form
quadripertita JACOBI HENRIC-PETRI
ſcriptum atrox & truculentum, cujus, ut c

unga

(*i*) Vid. Carpentariana. p. 79. ſqq.
(*k*) Tom. XIV. p. 143.

ungue leonem agnoscas, en titulum: *Basel, Babel, das ist: Gründlicher Bericht über den höchst-verirrt-und verwirrten Zustand der Stadt Basel, was massen selbige nemlich von geraumer Zeit hero einer Haupt-sächlich-durchgehenden* Reformation *vonnöthen gehabt, wie eine solche An.* 1690. *zwar sehr glücklich angefangen, darauf aber A.* 1691. *von den fehlbaren und schuldigen Regenten daselbs nicht allein ganz unverantwortlich hintertrieben, und so gar mit Vergiessung unschuldigen Burger-Bluts erschröcklich geendet, sondern auch und fürnemlich auf was für eine unerhörte Weise noch Anno* 1692. *von eben selbigen wider ihr eigenes gleich Anfangs zu dieser* Reformation *Hoch-Obrigkeitlich-* deputirtes *und bevollmächtigtes Mit-Regiments, Glied Herrn Jacob Henric.-Petri beyder Rechten Doctorem, der Röm. Kayserl. Majest. substituirten Gevollmächtigen Commissarium gehandelt und procedirt worden &c.* Hunc autem librum per carnificem jussu magistratus crematum fuisse, nonnemo fide dignissimus mihi retulit.

* * *

Cæterum quum mea de variis in... statutis commentatiuncula jam typis... exscripta, pereruditam nactus sum dis... tionem, quam inibi laudare deb... *de jure circa Libros improbatæ le... ad l. 4. §. 1. π. fam. bercisc.* Halæ... deb. A. MDCCXXVI. d. 7. Dec. sub... sidio Illustris Böhmeri a Jo. Adolpho... chero publico eruditorum examini sub... sam, in cujus cap. I. de ratione & ... moris antiqui *improbandi* lectionem... brorum cap. II. de more hodierno eccle... stico & civili improbandi lectionem librorum fuse & egregie agitur.



VII.

JUDICIUM (a) MAGISTRORUM ACADEMIÆ PRAGENSIS DE PROPOSITIONIBUS Quibusdam JO. MUNSINGERI è MSto.

Incipit Declaratio Magistrorum Almæ Universitatis Pragensis.

IN nomine Domini Amen; Anno nativitatis ejusdem 1385. Indictione octava, die 12. mensis Octobris, hora quasi

 vespe-

(a) Hoc mecum benevole communicavit Vir Summe Reverendus atque Amplissimus Dn. M. Georg. Valentin. Zeis, Superattendens Bietigheimensis optime meritus. Meminit vero hujusce controversiæ in Lection. Memorabil. Tom. I. f. 691. Jo. Wolfius his verbis: *Joannes Muntziger Rector Scholæ Ulmensis A. 1384. recitavit publice in schola orationem quandam, in qua contendit, corpus Christi non esse Deum, atque ideo* *nec*

vesperarum, Pontificatus sanctissimi in C-
sto Patris & Dn. nostri Dn. Urbani divi-
videntia Papæ VI. anno octavo, in maj-
vitate Pragensi in scola sacræ Theol. d-
habitationis honorabilium virorum D-
norum Magistrorum Doctorum & i-
rium Collegii Omnium Sanctorum Un-
sitatis studii Pragensis, in mei Nota-
blici infra scripti & testium subscrip-
ad hoc specialiter vocatorum & rogat-
præsentia constitutus personaliter coram
norabilibus viris Domino Fridmanno
Praga, Conrado Zolchon in S. Theol.
& in artibus magistris, Canonicis Eccl.
OO. SS. in castro Pragensi, ceterisque

---

nec adorandum ut Deum adoratione latriæ, ut So-
loquuntur. Eadem postea & scriptis defendit. ...
autem id eo fine, quod voluit ostendere, Sacram-
non esse adorandum. Asseruit quoque, Christum in re-
rectione omnem sanguinem, quem effuderat in p-
secum assumsisse: volens nimirum inferre, cruor-
Christi, qui passim adorantur, non vere Christi sang-
nem dici posse, nec adorari debere. At opposuerunt
ei mox monachi, utpote quibus ex talibus idolol-
uberrimus quæstus provenit. Tandem, de voluntate
Senatus civitatis, rejecta est res ad scholam Pragens-
quæ probavit quidem propositiones prædicti Rectoris
læ: sed tamen sacramentum adorandum esse statuit p-
pter concomitantiam divinitatis, de qua sophistæ ...
sacramento speculantur & rixantur.

giſtris Studii Univerſitatis Pragenſis ibidem more conſueto convocatis & congregatis facultatem facientibus, Honorabilis vir Dominus Johannes dictus Münſinger in S. Theologia ſtudens & in artibus Magiſter, Rector ſcolarum in Ulma Conſtantienſis Dioeceſeos. Ubi dictus Dn. Joh. Münſinger quoddam publicum inſtrumentum una cum ſubſcriptione Hainrici dicti Vir aliàs nominati Zorn de Ulma Clerici Conſtantienſis Dioeceſeos Publici Imperiali auctoritate Notarii jurati in pergameno ſcriptum & ſigno ipſius & nomine conſuetis conſignatum ſanum & integrum publice exhibuit, & idmet ad manus Dnn. Magiſtrorum prædictorum tradidit & aſſignavit. Cujus quidem Inſtrumenti tenor per omnia ſequitur, & eſt talis:

In Chriſti Nomine Amen. Anno nativitatis ejusd. 1385. Ind. 8. die 12. menſ. Sept. hora veſperarum vel circa, Pontificatus Sanct. in Chriſto P. & P. noſtri Dn. Urbani div. prov. Papæ VI. anno 8. In conventu Ordinis Prædicatorum oppidi Ulmenſis, in mei Not. Publ. & teſtium infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutis & congregatis Fratribus Ordinis Prædicatorum Ulmæ & capitulariter unitis parte ex

una & Rectore scolarium in Ulma parte altera causa istius : Quia aliqui Prædicatores de capitulo publicè in cancellis pluries coram magna multitudine prædicarunt & dixerunt, Magistrum Johannem Münsingerum Ulmæ Rectorem scolarium posuisse & dixisse aliquas propositiones de suis scriptis hæreticas, quas fassus est idem M. Johannes se dixisse in quad. Collatione in scolis suis pluribus literatis præsentibus, quam Collationem fecerit pro suis scolaribus juxta consuetudinem hucusque habitam & ad eum venientem Anno Domini 138. 3. feriâ post diem Palmarum, & Anno præsente iterum in una Collatione, puta 3. feria post Palmarum propter unam gravem contradictionem factam à M. Johanne de Hurwin Ord. Prædic. in die Palmarum, resumendo eas : Permisitque alios quoscunque rescribere, ne imponerentur sibi aliæ propositiones. Idcirco in vigilia Nativ. Mariæ anno præsenti Consules ejusdem loci Ulmensis convenerunt Venerandum in Christo P. Provincialem Theutonicæ nationis Ord. Præd. ejusdem Capituli Rectorem, & M. Johannem de Hurwin pronominatum, ac Rev. P. Johannem Arnoldi Inquisitorem Hæreticæ pravitatis Sedis Apostolicæ,

cæ, & Conradum Albegk Baccalaureum in Theologia Pragenſem, M. Johanne Münſingero præſente, propoſueruntque medium veritatis quærentes, an dictus M. Joh. Münſinger vellet expedire coram Inquiſitore præfato via inquiſitionis, an coram Capitulo præſcripto & Clero Ulmenſi viâ informationis, an coram epiſcopo ſuo Conſtantienſi viâ juris? Ipſe quidem rector ſcolarium petiit, quod ſuper ipſis poſſet reſpondere Pragæ & Viennæ coram Magiſtris in Theologia, quorum correctionibus in his nec non in aliis ſe ſubmittit & ſubmiſit, eo quod Baccalaureus in Theologia prænotatus dixerit, quod eſſet ſibi commiſſum à M. Fridemanno S. Theologiæ Profeſſore, quia in hac parte plures complices dixerit ſe habere viros literatos, quòd debeat inquirere via meliori qua poſſet, quid eſſet de propoſitionibus ſubſcriptis. Quamobrem fuit declaratum per PP. Prædicatores & cives prædictos, quod idem Rector ſcolarium debeat exhibere dicta ſua ſub manu publica & tradere prodicto Baccalaureo, transmittendo ea univerſitatibus Pragenſi & Wiennenſi, ac propterea in perſona comparere coram univerſitate Pragenſi circa feſtum S. Galli. Itaque in præſentia dicti Baccalaurei cum

instrumentis per eum illic directi deberent ibi Magistris Theologiæ proponi sæpe dicti Rectoris scolarium dicta, & sicut declararentur ita deberent acceptari. Et quia similiter asseruerat, quòd tres Magistri in Theologia de Universitate Wiennensi dixissent, quòd propositiones suæ aliquæ & dicta sua aliqua possent stare cum veritate; Et in dubium ducebatur, an prædicti Magistri sic ita dixissent, deberent similiter omnia dicta M. Johannis dictæ Universitati Wiennensi sub manu publicâ exhiberi, ut exinde etiam veritas posset evidentius cognosci.

1. Propositio. Puncta vero quæ proposuit, & voce & scriptis tradidit sunt hæc: Corpus Christi non est DEus. Probatur: Nulla creatura est DEus, sed Corpus Christi est creatura, igitur non est DEus. Consequentia patet, & major est nota, quia aliquam creaturam esse DEum implicat contradictionem. Sed minor probatur per S. Thomam in Compendio Theologicæ Veritatis, ubi dicit, quod ipsum antiquum in Christo scil. corpus propagatum ab Adam itaque incepit esse quando corpus Adæ incepit esse. Sed aliquis instaret hìc: Ubicunque est corpus Christi, ibi est DEus, E. corpus Christi est DEus. Negatur Consequentia, quia

non

non ſequitur in ſimili : Ubicunqne eſt Papa, ibi eſt Roma, E. Papa eſt Roma. Nec ſequitur : Ubicunque eſt Johannes, ibi eſt anima ejus, E. Johannes eſt anima Johannis. Etiam quod corpus Chriſti non ſit Deus, probatur pro S. Thomam in Libro præallegato L. V. Cap. de Dignitate Euchariſtiæ & Mirabilibus quæ ibi ſunt, ubi ſic dicit : quod Deo ſimpliciter & proprie convenit eſſe ubique, creaturæ convenit eſſe in uno loco tantum, corpus Chriſti medio modo ſe habet, cum enim ſit creatura, non debet æquari creatori in hoc quod ſit ubique; cum vero ſit unitum Deitati debet in hoc excedere alia corpora, ut ſimul & ſemel in pluribus locis poſſit eſſe ſub ſacramento. Probatur hoc idem alia ratione : Anima Chriſti non eſt Deus, igitur nec corpus. Patet conſequentia, quia anima eſt nobilior corpore & melior, & ſi corpus Chriſti eſt Deus, tùnc ſequitur, quod aliquid ſit nobilius & melius Deo, quod eſt falſum. Etiam dicit Jeronymus: Nullus dicat, quod caro aſſumpta ſit Deus. Etiam Richardus in una ſuarum Quæſtionum manifeſte probat, quod caro Chriſti non eſt Deus. Sed inſtaret aliquis : In principio erat verbum,

&

& verbum caro factum est. Gloss
2. Propos. Doctores, caro, i. e. homo. Hu-
manitas Christi non est homo. Probatur
Omnis homo est res per se existens, Huma-
nitas Christi non est res per se existens, ergo
Humanitas Christi non est homo. Conse-
quentia patet in Baroco, & Major est nota,
quiā si non, tunc cujuslibet hominis dig-
tus esset homo. Et Minor est nota per di-
cta Scholasticorum. Secundo, si humani-
tas Christi esset homo, sequeretur quod B.
Virgo habuisset duos filios. Consequens
est falsum. Probatur Consequentia, quia
filius in Divinis est filius ejus, & cum hoc
humanitas Christi etiam est filius ejus, quia
si est homo & mater ejus tunc
est filius vel filia sed non est filia, igitur fi-
lius. Tertio probatur per S. Thomam in
Comp. Theol. Ver. L. IV. De Unione &
Natura assumpta, qui dicit, quod hæc opi-
nio non est vera. Deus assumpsit homi-
nem, nisi exponatur, i. e. humanam natu-
ram. Modo si humanitas Christi esset ho-
mo, tunc hæc de virtute sermonis esset ve-
ra, Deus assumpsit hominem quia humani-
tatem, & hoc est falsum, quod humanitas
Christi sit homo, sicut dicit S. Thomas.
3. Propos. Christus est filius Dei & filius B. Ma-
riæ,

riæ Virginis, ſicut probatur per Symbolum. Et iſte non eſt compoſitus ex Deitate & Humanitate. Probatur hoc per S. Thomam in Compendio Theol. Verit. L. IV. Cap. de Unione & Nat. Aſſ. ubi dicit, quòd impoſſibile eſt, quòd divina natura concurrat cum alia ſicut pars ad conſtitutionem tertii, vel quod ipſa tranſeat in aliam vel alia in ipſam, propter ſimplicitatem vel unitatem ipſius perfectiſſimam. Propterea humanitas & deitas non uniuntur in unitate naturæ ſed in unitate perſonæ. Secundò, ſi illa duo eſſent DEus, ſequeretur quòd eſſent duo Dii. Conſequens eſt hæreticum. Conſequentia probatur, quia DEus eſt DEus; & illa duo per adverſarium etiam ſunt DEus: Modo nulla pars eſt ſuum totum. Igitur ſunt duo Dii diſtincti, & per conſequens ſequitur, quod Chriſtus qui eſt verus DEus non eſt compoſitus ex deitate & humanitate. Et iſtam propoſitionem etiam tenet Magiſter, & allegat pro ſe S. Auguſtinum & alios Doctores ibidem. Sed aliquis inſtaret contra propoſitionem, volens probare, quod Chriſtus ſit compoſitus ex deitate & humanitate, per dictum Athanaſii in Symbolo, qui dicit, quòd ſicut

ſicut anima rationalis & caro unus eſt h
mo, ita Deus & homo unus eſt Chri
Reſpondet S. Thomas in libro præallega
cap. de Un. & Nat. Aſſ. quod ibi ponitur ſi
militudo quantum ad unitatem perſonæ,
non naturæ, quia caro & anima differunt
in homine quantum ad eſſentiam, conſti
tuunt tamen unam perſonam. Eodem
modo eſt inter Deitatem & Humanitatem
Chriſti differentia, & tamen ibi eſt unio
in perſona, & quia divina natura in nullo
ſuppoſito poteſt ſubſiſtere præterquam in
propria yppoſtaſi, unde unio illa non po
teſt eſſe in perſona hominis ſed Dei.
4. Propoſ. Hæc ille. Nulla creatura eſt ado
randa adoratione quâ Deus debet adorari,
adoratione ſcil. latriæ, qui ſolus Deus eſt
adorandus tali adoratione, videlicet per
ſanctam Scripturam. Sed corpus Chriſti
eſt creatura, igitur. De iſta materia loqui
tur S. Thomas in Comp. Theol. Ver. L. V.
de Dulia & latria, ubi dicit, quod latria eſt
cultus & reverentia Deo exhibitus, unde ſi
creaturæ exhibetur honor Deo debitus, eſt
ydolatria. Dulia debetur creaturæ, in
quatum eſt ymago dei. Unde dulia eſt
honor qui debetur Sanctis. Hinc de B. Vir
gine eſt ſciendum, quod in quantum ipſa
eſt,

est persona sancta, debetur ei dulia, sed in quantum ipsa est mater Christi, debetur ei ypperdulia i. e. superior dulia, ypperdulia etenim debetur creaturæ excellenti, sicut est caro Christi, B. Virgo Crux Domini nostri J. Christi Hæc omnia B. Thomas in loco præallegato. Item hostia consecrata non est Deus. Probatur, quia post prolationem verborum à sacerdote faciente secundum morem Ecclesiæ incipit hostia consecrata, quæ prius non fuit hostia consecrata, sed Deus nunquam incepit esse. Igitur &c. Item Deus est sub hostia consecrata, corpus ejus, sanguis & anima, & ista hostia in altari dividitur in 3. partes, sed nullum prædictorum dividitur in 3. partes, & per hostiam intelligo accidentia quæ sunt in pane, rotunditatem videlicet, saporem & gravitatem. Nota quod illa 4. quæ sunt sub sacramento, Corpus, anima, sanguis Christi & Deitas, non sunt Deus. Probatur, quia omnis Deus est Deitas, sed illa 4. non sunt Deitas & per consequens non sunt Christus, quia Christus est Deus. Major est nota, & minor probatur, quia illa 4. non sunt semper, sicut Deus fuit semper. Quod autem illa non fuerint semper, probatur, quia

5. Propos.

6. Propos.

Christus

Christus fuit incar*natus*. Item quæ sunt in sacramento altaris, quorum [illegible] unum, scil. Deitas est Deus. Probat: quia si quodlibet eorum esset Deus, : queretur quod essent quatuor Dii. Item: nitur in una Antiophona: Hodie Deus [illegible] mo factus est, id quod fuit, permansit, quod non erat, assumpsit. Item canitur [illegible] quâdam sequentia: Assumens quod n[on] erat, manens quod erat. Item ex [illegible] sequitur, quod Deus non sit creator [illegible] creatura, sed solum Creator Deus & hom[o]. Item sequitur correlative, quod præsuppo-sitis articulis fidei propositiones *possunt* [ex] ipsis demonstrari.

Item Dn. Conradus Albegk Baccalaureus Pragensis voluit habere adhuc plures propositiones, quas etiam fatetur *se dixisse*. Cum Sacerdos, volens communicare infirmum, dicit: Credis hoc *esse* corpus Christi, ostendendo hostiam consecratam, ubi intentio utriusque debet ferri ad id quod creditur, & non ad id quod cernitur, quia accidentia visa non sunt corpus Christi, licet intus sit corpus Christi. Sed ideo propter simplices tutius videtur dicere: Credis hic esse corpus *Christi* sub specie panis, qui multi simplices igno-

rant

rant, ad quid intentionem dirigant. Item tanta veneratio debetur nunc calici consecrato ratione contenti, sicut hostiæ consecratæ, quia eadem sunt ibi contenta. Item aliqui dicunt, quod Christus in sua Resurrectione totum sanguinem suum resumpserit sicut & totum corpus, cum sanguis sit de integritate corporis sicut & caro. Illa tamen ratio non compellit ad id tenendum, quia forsan corpus incorruptibile non indiget tanto sanguine sicut corpus mortale, & idcirco sufficit, quod Christus resumeret de proprio sanguine, quantum sufficeret pro immortali vita, unde & sanguinem circumcisionis non creditur resumpsisse.

Porro quibusdam fratribus convenientibus inter alia asseruit prædictus Baccalaureus una cum Gotfrido de Mengen Priori Prædicatorum Constantiensium, quod hæc Propositio: Corpus Christi non est adorandum adoratione latriæ, esset hæretica. Et idem Baccalaureus sæpe nominatus de licentia Provincialis nec non nomine totius Provinciæ Teutonicæ requisivit me Notarium Publicum præscriptum, quatenus super his unum vel plura instrumentum vel instrumenta facerem meliori modo & forma quibus possem è Jure. Acta sunt hæc an-

 no,

no, menſe, die, hora, loco, indiction Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ho- norabilibus & honeſtis viris Nycolao Lect. Fratrum Minor. Ulmenſium, Johanne dicto Junckher Gardiano Fratrum Minor. eorun- dem, Jodoco dicto Haym, Rectore Eccl. Göttingen, Hainrico dicto Gortzinger Cap- lano apud S. Leonh. extra muros oppidi Ul- menſis, Ulrico Vetter de Werda, Ulr. Stroeli & Joh. Prüſtner civibus Ulmenſibus pro teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Hainricus dictus V. alias nominatus Zorn de Ulma, Cleric. Conſtant. Dioec. Publicus auctoritate Im- periali Notarius juratus, quia prædictis tra- ſioni propoſitionum prænotatarum, requi- ſitioni, omnibusque aliis & ſingulis, prout ſupra ſcribitur, una cum prænominatis te- ſtibus, tempore & loco præſcriptis, præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ideo hoc præſens publicum inſtrumentum de- per confectum aliis negotiis præpeditus per alium conſcribi feci, meque hic ſubſcripſi ſignoque meo ſolito & conſueto ſignavi, in teſtimonium evidens omnium præmiſſo- rum, requiſitus pariter & rogatus.

Et eod. publico inſtrumento ſicut præ- mittitur per memoratum Joh. Münſinger Dominis & Magiſtris ante dictis exhibito pr-

tradito & assignato, & per eosd. Dnn. & Magistros S. Theologiæ recepto, prænominatus Dn. & M. Joh. Münsinger præfatis Dnn. & Magistris S. Theod. humiliter & cum omni quâ decuit instantiâ supplicavit, & eosdem requisivit, ut ipsi articulos in instrumento publico supra dicto contentos & expressos juxta donum scientiæ à Deo ipsis traditæ declarare & declarationem ipsorum facere & eandem pronunciare dignarentur. Qui Domini & Magistri S. Theol. instrumento illo humaniter à dicto Joh. Münsinger recepto, ut est præmissum, dixerunt, se velle super contentis in eod. deliberare. De quibus & singulis prætactus M. Joh. Münsing. petiit sibi per me Not. Publ. infra scriptum fieri & confici instrumentum vel instrumenta unum vel plura. Acta sunt hæc Anno, Indictione, die, hora, loco & Pontificatu, quibus supra, præsentibus honorabilibus & discretis viris, Nicolao dicto Puthiul, Licentiato in Decretis, Canonico Pragensi, Curiæ Archiepiscopalis Pragensis Officiali, Lamperto de Kuss. Kirch Rectore almæ Universitatis Studii Pragensis, Nicolao de Gubin, Ludwico Johannes de Praga, Baccalaureis in S. Theol. & in artibus Magistris, Petro Wisathe dicto Ro-

 detzka

detzka Notario publico, familiari Dn. Nicolai Officialis ante dicti, & aliis pluribus testibus fide dignis circa præmissa &c.

Item currente A. Domini 1386. Indictione 9. tertiâ die mensis Febr. horâ quasi vesperarum, Pontificatus Sanct. in Christo Patris & D. nostri Dn. Urbani divinâ providentia Papæ VI. prædicti Anno octavo, in majori civitate Pragensi, in Stubâ majori domus habitationis honorabilium virorum Dominorum Magistrorum Collegii OO. SS. in mei Notarii Publici infra scripti & testium præsentium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum constituti personaliter honorabiles viri Domini Fridmannus de Praga, Conr. Zolthan, Joh. Marianus verde, & Joh. Venceslaus de Praga, S. Theol. Prof. cæterique Dn. & Magistri Universitatis Studii Pragensis repræsentantes more solito ad infra scripta convocati, ubi Dominus & M. Conradus Zolthan præfatus quandam Declarationem in quodam quaterno bappiri scriptam publicè exhibuit & ostendit, & eandem declarationem videlicet *super articulis* in supra scripto instrumento publico contentis per memoratos Dominos & Magistros factam & notatam suorum & omnium aliorum Dominorum & *Magistrorum* S. Theol. Professorum ibidem præsentium no-

nomine & ex certa ſcientiâ, mandato, commiſſione, conceſſu & voluntate, alta intelligibile & expreſſâ voce de verbo ad verbum publicavit, legit & promulgavit, cujus quidem declarationis tenor per omnia ſequitur & eſt talis:

In exordio præſentis negotii Deo ſcientiarum domino humiliter invocato proteſtamur, quòd circa puncta infra ſcripta, nuper in forma publicæ ſcripturæ de opido Ulm Conſtant. Dioc. transmiſſa & coram ſcriba & teſtibus nobis per honorandum Joh. Müinſinger in artibus M. & in S. Theologiâ ſtudentem exhibita, non intendimus quicquam pertinaciter affirmare nec ipſa temere diffinire, ſed juxta S. Scripturæ teſtimonia, ſanctorum Doctorum ſententias & modernorum Magiſtrorum easdem imitantium, catholicam veritatem, quæ utinam tot haberet rectores quot habet detractores, conabimur declarare. Volentes nihilo minus cum SS. Rom. Eccleſia, ſub cujus auctoritate juxta profeſſionem noſtram in his & aliis ſingulis ſaluberrima Chriſtianæ fidei ſacramenta & myſteria tangentibus idem ſemper & ſentire ac docere, & ejus correctioni in omnibus obedire. Quocirca vos univerſos & ſingulos

præsertim in oppido Ulm Const. Dioc. locis circumvicinis ac alias ubilibet cons tutos, ad quos dictorum punctorum p sens nostra declaratio pervenerit, exhor mur in Domino, & per ejus misericordi confidenter admonemus, ut de ma sacramenti altaris & aliis in præmissis p ctis tactis & in nostra Declaratione trad dis non malitiosè, non arroganter, sed militer in bonitate sentire studeatis, p Spiritus S. sententiam in exordio Libri S fidelis sic salubriter instruentis: *Senti* inquit, *de Domino in bonitate, & in* si *plicitate cordis quærite illum.* Et ne por inferi, nequam scilicet doctrinæ quæ sed cendo imprudentes ad inferos trahunt, p valere possint, fidelis anima non suæ pr dentiæ sed patrum Decretis & solidis s ctorum Doctorum doctrinis innitatur, mor verbi, quod in Parab. Salom. 22. ca districtè sibi proponitur: Ne transgredias terminos quos posuerunt patres tui.

Punctus itaque primus, quem inter c teros voce & scriptis tradidisse dicitur Jo Münsinger A. M. Rector dicti oppidi Ul præfatus juxta tenorem instrumenti &c. fu iste: *Corpus Christi non est DEus.* Pro cujus declaratione testimoniis sacri can

nis

nis innitentes dicimus primò, quòd communiter in S. Scriptura corpus Christi & caro Christi pro eodem intelligantur. Dicitur enim Joh. 6. nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem non habebitis vitam in vobis, cum pluribus ibidem. Et Matth. 26. de eadem ipsa carne dicitur: Accipite & manducate, hoc est corpus meum. Similis modus loquendi Marc. 14. & Luc. 22. cum similibus multis in Scriptura N. Test. Ex communi etiam modo loquendi sanctorum Doctorum satis patet, nomine corporis Christi & carnis Christi idem intelligi, videlicet ex auctoritatibus sanctorum, quos Magister inducit in III. Dist. 2. Idem patet per S. Thomam & per alios antiquos & modernos Doctores, in materia corporis Christi ac carnis loquentes, qui alternis vicibus per corpus Christi intelligunt carnem Christi & econtra, communiter enim Doctores his Duobus complexis utuntur. Secundo dicimus, quod per idem complexum, scil. corpus Christi. ac caro Christi in S. canonicâ Scripturâ intelligatur altera pars humanitatis Christi distincta contra animam Christi. Quoad corpus ejus dicit Christus Lucæ ultimo: Spiritus carnem & ossa non ha-
 bet

bet ſicut me videtis habere. Quoad animam dicit Joh. 10. ego pono animam meam & aſſumo eam, cum multis in Scripturâ ſimilibus. Et expreſſe patet hoc per B. Jeronymum in Expoſit. Cathol. Fidei, quem allegat Magiſter in III. Diſt. 2. Confitemur in Chriſto eſſe unam Filii perſonam ut dicamus, duas perfectas & integras eſſe ſubſtantias, divinitatem & humanitatem quæ videlicet humanitas ex animo continetur & corpore. Et ita patet propoſitum per dicta Sanctorum, quæ Magiſter ibi inducit, & communiter per omnes Doctores Catholicos materiam iſtam pertractantes. Et ideo etiam in Symbolo Athan. de Chriſto ſic dicitur, quod perfectus ſit homo ex anima rationali & humanâ carne ſubſiſtens. Tertio dicimus, quod licet iſte homo ſit Deus de incarnato Chriſto, juxta id Apoſtoli: Mediator Dei & Hominum homo Chriſtus Jeſus, quod enim patet in pluribus locis ſacri canonis & ſanctorum DD. tamen Humanitas Chriſti non eſt Deus, Humanitas Chriſti eſt aſſumpta à filio in unitatem ſuppoſiti, videlicet per Magiſtrum L. III. Diſt. 2. per totum, & quia, ut ait B. Ambroſius, quem allegat Mag. in eâd. Diſtinct. *Alius* eſt qui aſſumſit, & aliud quod aſſum-

ptum

..um est. Ex quo habetur, quod humana ...tura non est Deus. Item ad propositum ..cat S. Thomas super III. Dist. 21. Q. 1. ..rt. 20. Humana natura non est yppostasis .. Christo. Ex quo non solum patet, quod ..umanitas Christi non est DEus, sed etiam ..uòd ipsa humanitas Christi non est homo, ..ec est res per se existens, ut rectè & Katho..cè dicitur in 2. puncto instrumenti nobis ..ræsentati. Et facit ad idem S. Thomas ..uper III. Dist. 6. Q. 1. ubi sic dicit, quòd ..le Christo non prædicatur humana natura ..eque partes ejus. Idem expressè ponit ..Alex. de Hales in tertia parte, dicens, fal..um est, Christus est humana natura. Con..cordat Bonaventura super III. Dist. 8. in ..prima materia quæst. 3. in solutione argumenti primi, dicens: Hæc est falsa, Christus est humana natura. Similiter ea est falsa, Humana natura est DEus. Idem Altisiodorensis in Summa L. III. materia de dignitate Christi, Artic. 3. ubi copiosè propositam declarat veritatem. Ex præmissis itaque primum punctum propositum sic declaramus, quòd quia corpus Christi & caro Christi communiter in sacro canone Bibliæ & dictis scolasticorum pro eodem intellecta inveniuntur, ut in principio præ-

missum est, & assumpta humanitas non e
DEus, cujus partes sunt corpus vel ca
Christi & anima, ut ex Doctoribus & Sco
lasticis clarè *liquet*, Catholicè & propr
locutione concedi potest & decet quòd co
pus Christi non est DEus nec caro Chri
est DEus. Testatur hoc ipsum B. Jerony
mus, ut Magister allegat in 3. Libro Di
1. & ponitur in Glossa ad Rom. 1. Ve
bum est DEus non caro assumpta. Item
B. Augustinus in Rescripto contra falsa
disputationem Arrii ex intentione proba
quod humana caro *Christi* non sit Christus
igitur nec corpus *Christi* est DEus. Con
cordat S. Thomas in 3. Parte Summæ Q.
50. quæ est de morte *Christi*, Art. 3. in
solut. arg. tertii, dicens: propter unionem
humanæ naturæ verbum Dei non dicitur hu
mana natura sed dicitur homo, quod est ha
bens humanam naturam. Anima autem &
corpus sunt partes essentiales humanæ natu
ræ; unde propter unionem verbi ad utramque
eorum non sequitur, quod verbum Dei sit
anima vel corpus, sed est habens animam
& corpus. Item idem super III. circa Dist.
21. Art. 2. dicit sic: Non potest dici quod
filius Dei sit anima, sicut potest dici quod
sit homo. Ex quo patet quod filius Dei

i

à fortiori non est corpus Christi, cum anima sit corpore nobilior. Concordat Alex. de Hales in III. Parte, in Articulo isto: Utrum Christus sit unum vel plura. Item concordat Scotus circa Dist. 22. tertii, dicens, Quod licet in triduo mortis Christi nec anima fuit á verbo separata nec corpus, sed utrumque mansit divinitati unitum, tamen Christus in triduo suæ mortis non potuit dici corpus nec caro, quia non fuit individuum corporis nec carnis. Si ergo tunc quando anima Christi fuit a corpore separata, & quodlibet eorum seorsum erat filio Dei unitum, dici non potuit quod corpus Christi esset Christus vel Deus, ergo à majori, cum nunc anima Christi sit ejus corpori unita, dici non poterit quod corpus Christi sit Deus vel Christus vel filius Dei. Concordat Bonaventura circa Dist. 2. tertii, Mat. 2. Q. 1. dicens: Hæc est falsa, Filius Dei est caro vel anima rationalis. Item idem concordat circa Dist. 21. tertii, Q. 1. 1. & 2. articulis. Item concordat Thomas de Argentina circa Dist. 21. Et potest ista Catholica veritas, videl. quod corpus Christi non est Deus sic ratiocinando declarari: Corpus Christi fuit mortuum nullo modo vivens, scil. in triduo, ut patet per

per Magiſtrum in III. Diſt. 21. Sed Chriſtus aut Dei filius aut Deus, licet in triduo dicatur mortuus propter carnem unitam verbo quæ mortua fuit, ut dicit Magiſter ibidem, tamen Chriſtus nunquam fuit mortuus nullo modo vivens, dicente B. Auguſtino contra Felicianum: Abſit ut Chriſtus ſic ſenſerit mortem, ut in quantum in ſe eſt vita, vitam perdiderit, ſi enim hoc ita eſſet fons vitæ aruiſſet. Item corpus Chriſti ſæpe incidit eſſe de novo in aliquo loco præexiſtente, in quo prius non fuit, ut videlicet vi conſecrationis in altari. Sed impoſſibile eſt Deum incipere eſſe in aliquo loco præexiſtente in quo prius non fuit, ut patet per ſanctorum dicta, quæ Magiſter ad hoc inducit in Primo Diſt. 31. Item ſi debito devotionis ſtudio ad tam dignum quam mirabile Euchariſtiæ Sacramentum, in quo noſtræ ſalutis autor totus Chriſtus verus Deus & verus homo veraciter continetur, ut credit & docet SS. Rom. viſibilis Eccleſia conſiderationem quoad punctum propoſitum vertamus, ex ſanctorum Doctorum dictis, a quorum ſalubri ſententia non eſt phas declinare; Declaramus, catholice tenendum & aſſerendum, quod etiam in hoc ſacramento corpus Chriſti non eſt Deus, ſit enim

divi-

divinitatis miranda potentia in hoc sacramento conversio sive transsubstantiatio panis non nisi in corpus Christi, & vini non nisi in sanguinem Christi vi sacramenti, & non fit conversio panis in Christum, nec in animam Christi nec in Christi divinitatem, licet inseparabili concomitantia sub utraque specie, scil. panis & vini sit post consecrationem integer Christus verus homo & veverus Deus. Ista est Declaratio Magistri ex dictis SS. Ambrosii, Augustini, Gregorii, Hilarii & aliorum, quos inducit Magister L. IV. Dist. 11. per totum, quos imitantur in sententia idem dicentes B. Thomas, Petrus de Tharantasia, Altisiodorensis, Bonaventura, Gandiavus & Scotus.

Circa secundum punctum, quem supra diximus esse catholicum, videlicet, quòd humanitas Christi non est homo, nec est res per se existens, assumit dictus M. Johannes, quòd hæc sit falsa, B. Virgo habuit duos filios. Dicimus quòd ipsa non est solum falsa sed hæretica, quia B. Virgo nunquam habuit aliquem filium quam Christum, de quo B. Augustinus in Libro de Fide ad Petrum sic ait: Non dicimus Christum duos filios sed unum eundemque filium. Idem dicit in Libro de Eccles. Dogm.

Dogm. Item intentionem dictis sancto-
rum declaramus, id quod dicitur in 3. par-
cto, videlicet Christus est filius B. Virgi-
nis esse verum & catholicum dictum, quia di-
cit Augustinus in Libro de Fide ad Petr. c.
4. in principio: Pater Deus de sui natura
genuit Deum filium sibi coæqualem & co-
ternum, idemque unigenitus Dei filius se-
cundo natus est, semel ex patre & semel ex
matre. Item Damascenus in III. Confi-
temur Christi duas nativitates, unam quæ
est ex patre æternam, & unam quæ est ex
matre in ultimis temporibus propter nos.
Et etiam in *Symbolo* Athanasii plane con-
tinetur, & ideo secundum nativitatem æter-
nam Christus est filius Dei, ut de hoc tota
Scriptura plena est, & secundum nativita-
tem temporalem idem Christus est filius
B. Virginis, ut patet specialiter in Epistolis
B. Cyrilli sub Anathemate approbatis & Sy-
nodo Ephesina.

Circa tertium punctum dicitur, quod
Christus non sit compositus ex Deitate &
Humanitate. Dicunt DD. communiter,
quod proprie loquendo hoc sit verum. Et
assignat rationem S. Thomas super III. Dist.
6. dicens, quod persona Christi non sit
compositum loquendo proprie de compo-
sitione,

sitione, quia est æterna & summe simplex, & ideo rationę tam æternitatis quam simplicitatis repugnet, quod sit compositum, pars aut componibile. Concedit tamen S. Thomas, quod persona Christi sit compositum large capiendo compositum secundum expositionem istam nominis compositum, i. e. quasi cum alio positum. Et Alex. de Hales in III. Parte in Quæst. Utrum humanitas Christi sit pars personæ, dicit, quod proprie loquendo non sit dicendum, humanam naturam esse partem Christi, secundum rationem Augustini, quem Magister allegat in III. Dist. 6. Et ideo Bonaventura circa Dist. 6. Libri III. Q. 2. magistraliter sic distinguit: Compositio uno modo, scil. proprie, dicitur unio aliquorum habentium mutuam inclinationem ad constitutionem tertii. Et hoc modo persona Christi non est compositum, quia ad hoc multa sequuntur inconvenientia, scilicet quod ista persona esset mutata & imperfecta & quod esse temporaria in esse producto. Et etiam quod non communicarentur ydeomata, quia Christus non posset dici homo neque Deus, sicut caro non dicitur homo neque anima. Alio modo compositio large dicitur quasi cum alio positio, sic personalis unio dici potest

com-

compoſitio. Et ſubdit Bonaventura, quod quia verbum compoſitionis in propoſito eſt calumpniabile, pro' eo quòd compoſitionis vocabulum conſuevit capi primo modo, ideò DD. temporis præſentis ſenſum ſecundæ acceptionis retinent, declinantes compoſitionis vocabulum. Et ergò reputamus, probabiliter & ſine errore dictum, quod præmiſſum eſt, ſcil. Chriſtum non eſſe compoſitum ex Deitate & Humanitate. Ex quo conſequenter hoc quod circa punctum 3. præmiſſum ultimo loco aſſumitur, videlicet quòd *iſta duo deitas & humanitas non ſunt DEus*, probabiliter & ſine errore dictum & à doctorum ſententiis non diſſonum reputamus. Communiter enim Doctores circa Diſt. 6. tertii *libri* dicunt, quòd natura divina & humana, ſcil. Deitas & Humanitas non ſunt DEus, & quòd DEus vel Chriſtus non ſit duo neque plura, neque duæ naturæ, nec ipſæ naturæ, ſcil. divina & humana. Licet concedant, quòd Chriſtus habeat duo, ſcil. naturam divinam & humanam. Sic conſimiliter concedunt, quod Chriſtus habeat plurà & quòd Chriſtus ſit plurium. Hæc eſt concors intentio & expreſſa ſententia S. Thomæ, Alexandri de *Hales*, Scoti & Ruperti circa Diſt. 6. al-

liga-

ligatam. Unde etiam manifestum videtur, quod sine errore dictum est, quod ista 4. in Christo, corpus sanguis, anima & Deitas non sunt DEus neque Christus, sicut rectè & verè in ipso instrumento præsentato continetur. Adque declarandum sic arguit Bonaventura : Si duo vel plura essent Deus vel Christus, quæro quæ duo, vel duæ naturæ vel duæ personæ? Non duæ naturæ, quia Christus non prædicatur de natura humana; nec duæ personæ, quia Christus est solum una persona, per Athanasium in Symbolo! Non duo tamen sed unus est Christus. Si enim Christus esset duæ personæ, tunc non esset duarum naturarum Christi unio in persona. Idem dicit Boëtius in Libro de duabus naturis & una persona Christi. Et oppositum est error Nestorii hæretici olim episcopi Constantinopolitani.

Quartus punctus principalis in dicto instrumento contentus fuit iste : Nulla creatura est adoranda adoratione quâ debet DEus adorari, scil. adoratione latriæ. Ad cujus declarationem decrevimus præmittere aliqua circa species sive modos adorationis. Pro intellectu dicendorum attendantur duæ species adorationis, ut colligitur ex glossa ordinaria super 10. verbo Psalmi 98.

Adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est, videlicet latria & dulia. Sub-dividitur autem dulia in duplicem speciem. Est enim dulia minor quæ dicitur communis dulia, & est dulia major, ut habetur ex Glossa 1. Reg. 8. cap. & hæc dulia major secundum DD. dicitur ypperdulia. Latria cultus ratione summi dominii, majestatis & omnipotentiæ soli Deo creatori debetur. Colligitur id ex Glossa Ord. Psalterii Psalmo 98. super 10. v. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate *scabellum* pedum ejus quoniam sanctum est. Quæ Glossa sic dicit, quòd *scabellum* ejus *sit* terra, juxta id Ys. ultimo: Cœlum mea *sedes*, terra autem scabellum pedum meorum. Ubi per cœlum intelligitur Christi omnipotens divinitas & summa majestas, per terram autem caro Christi, de qua dicit Glossa ibidem, quòd ipsa sine impietate adoratur à nobis, non illa adoratione quæ latria dicitur & soli creatori debetur, sed dulia majori quæ debetur excellenti creaturæ, qualis est Christi humanitas. Et loquitur Glossa ibidem de carne Christi secundum se considerata, & similiter loquitur de latria principaliter alicui propter se exhibenda, ut *infra* patebit. Dulia vel est reverentia, quæ

com-

communiter debetur omni rationali creaturæ, sed ypperdulia, quæ debetur creaturæ excellenti. De ista majoris adorationis tractans B. Augustinus X. de Civ. Dei cap. 1. sic dicit pro declaratione sententiæ præmissæ: Latria secundum consuetudinem, qua locuti sunt, qui nobis divina eloquia condiderunt, semper ea servitus dicitur, quæ pertinet ad colendum Deum, & licet talis cultus alio nomine dicatur eusebia, tamen ut distinctio certior appareret, dicit ibidem Augustinus, quòd aliqui cultum illum non eusebiam i. e. bonum cultum, sed theosebiam i. e. Dei cultum dicere maluerunt. Et subdit August. de latria ibidem dicens: Cultus iste debetur ei qui facit suos cultores beatos. Item de dulia idem ibidem sic dicit ad propositum: Servitus autem quæ debetur hominibus, secundum quod præcipit Apostolus, servos dominis suis subditos esse debere, alio nomine & græcè solet vocari dulia. Item de ista majoris adorationis consonanter ad sententiam præmissam tractat Glossa ordinaria super isto verbo Matth. 4. cap. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies, quod ibid. de latria glossa intelligit & exponit. Et S. Thomas super Matth. in eod. cap. 4. indu-

cit Augustinum in de Civ. Dei superius allegatum. Ex præmissa consideratione sententiis Doctorum innitente dicimus & declaramus, quòd nulla creatura secundum se considerata est adoranda adoratione latriæ, quâ Deus debet adorari, ymmo humanitas Christi, de quâ magis videtur, seu partes humanitatis Christi, scil. corpus Christi vel anima Christi, si per se considerata fuerint, aut prout per se considerantur, non debent adorari hujusmodi latriæ adoratione; quamvis humanitas Christi ut unita filio Dei, similiter corpus Christi & ejus beata anima, prout eodem filio sunt unita, possunt & debent in filio Dei & cum ipso eadem adoratione scil. latriæ adorari, juxta determinationem in V. Synodo, ubi contra eos qui dixerunt, Christum propter duas in eo naturas non una sed duabus adorationibus adorandum esse, sic dicitur: *Anathema sit, qui dicit, Christum Verbum incarnatum non una adoratione cum propria ipsius carne adorandum*, ut allegat S. Thomas in III. *Parte* & 25. Quæst. artic. 1. in ratione ad oppositionem. Habetur & hoc manifeste ex sententiâ Augustini de Verbis Domini omelia 58. Tractans. Id. Joh. 14. *Non turbetur cor vestrum*, ubi sic ait Augustinus:

nus: Dicunt hæretici, filium non natura esse Deum sed creaturam. Quibus respondendum est, quia si filius non est Deus natura sed creatura, non est colendus omnino, nec ut Deus adorandus, dicente Apostolo: Coluerunt & servierunt potius creaturæ quam creatori. Sed illi scil. hæretici adhuc replicabunt & dicent: Quid est, quod carnem ejus, quam creaturam esse non negas, simul cum divinitate adoras, & ei non minus quàm divinitati deservis? Responsio Augustini: Ego dominicam carnem ymmo perfectam in Christo humanitatem ideo adoro, quia à divinitate suscepta & deitati unita est, ut non alium & alium sed unum eundemque Deum & hominem filium Dei esse confiteor. Denique. si hominem i. e. humanitatem separaveris à Deo, illi nunquam credo nec servio, videlicet ut Deo, velut si quis purpuram vel regale dyadema jacens inveniat, nunquam eam conabitur adorare, cùm eâ autem Rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si eam quasi cum Rege contempsit adorare. Ita etiam in Christo Domino humanitatem non solam vel nudam sed divinitati unitam, scil. unum filium Dei Deum verum & hominem verum si quis adorare contem-

 psferit,

pſerit, æternaliter morietur. Idem enim Auguſtinus ſuper 10. verbo Pſalmi 98. Adorate ſcabellum pedum ejus &c. ſic dicit: Sciendum quod in Chriſto terra, i. e. caro quæ ſine impietate adoratur, ſuſcepit enim de terra terram, quia caro de terra eſt, & eſt de carne Mariæ carnem accepit. Ergo ſine impietate à verbo Dei aſſumpta adoratur à nobis. Quia nemo carnem ejus manducat, niſi illam prius adoret. Et ſubdit Auguſtinus: Sed qui adorat, non terram intuetur, ſed illum potius cujus ſcabellum eſt, propter quem adorat. Idem in ſummâ Johannes Damaſceni in 3. Sententiarum de Chriſto ſic dicit: Caro itaque ejus ſecundum quid eſt ejus, naturam ſi dividas ſubtilibus intelligentiis, ſi adorabilis eſt, ſcil. latria ut creatura unita autem Dei verbo propter ipſum & in ipſo adoratur. Quo enim modo Rex nudus adoratur & indutus purpura, & nuda quidem purpura conculcatur & proicitur, regale autem indumentum facta honoratur & glorificatur. Et infra ſubdit de carne Chriſti dicens: Ita ſecundum ſui ipſius quidem naturam non eſt adorabilis. Adoratur enim in incarnato verbo Dei, non propter ſeipſam ſed ſecundũ unionem ei ſecundũ yppoſtaſin Dn. verbum, non dicimus,

cimus, quoniam carnem adoramus puram ſed carnem Dei ſcil. incarnatum Deum. Item idem in eodem ut Magiſter allegat in III. Diſt. 9. Duæ ſunt naturæ Chriſti, ratione & modo differentes, unitæ verò ſecundum hypoſtaſin. Unus igitur Chriſtus eſt Deus perfectus & homo perfectus quem adoramus cum Patre & Spiritu S. unâ adoratione, incontaminata carne ejus non inadorabilem carnem dicentes, Adoratur enim in una verbi yppoſtaſi, non creaturæ venerationem præbentes, non enim ut nudam carnem adoramus, ſed ut unitam divinitati, in unam yppoſtaſin Dei verbi duabus reductis naturis. Et ponendo exemplum ſubdit: Timeo carbonem tangere propter ligna & copulatum ignem, adoro Chriſti mei ſimul utramque naturam propter carni unitam Deitatem. Item pro Declaratione præmiſſa facit S. Thomas in 3. Parte Summæ Quæſt. 25. Art. 1. dicens, quòd adoratio latriæ, non exhibetur humanitati Chriſti ratione ſui ipſius, ſed ratione Deitatis cui unitur. Concordat Altiſiodorenſis in Summa Lib. III. dicens: Duæ ſunt oppiniones, una quæ dixit, quod caro Chriſti ſit adoranda latria; alia dixit, quòd dulia. Et ſubdit, dicens, quòd iſtæ duæ

oppiniones possunt reduci ad concor-
Ut illa quæ dicit, quòd caro Christi sit a
oranda latria., loquatur per accidens; &
quæ dicit, quòd dulia, loquatur .per s
Et subdit: dicimus enim, quòd caro Chri-
sti adoranda est tantùm dulia per se, &
latria per accidens. Et secundum hoc
ponit idem auctoritatem Damasceni pri-
mè inductam. Item Alex. Alensis in
Parte in materia de præceptis Decalogi,
determinat illam Quæstionem: Utrum
adoratione adoretur Christus secundum
vinitatem & humanitatem? sic dicit ad pro-
positum: *Respiciendo unitatem perso-*
Christi una est adoratio, respiciendo diver-
sitatem naturarum differens est adorat
Divina enim natura semper adoratur
tria, humana in se considerata semper
dulia, quia sanctum sanctorum. Con-
siderata verò ut divinitati unita adoran-
da est latria extenso nomine latriæ. Con-
cordat Hainricus de Gandavo. Item
Albertus circa 9. Dist. tertii dicit, quod
cum caro Christi adoratur, adoratio non
consistit in carne, aut in natura huma-
per se, sed refertur ad unitam sibi natura
divinam. Concordat Bonaventura circa
eand. Dist. in 1. Q. sic dicens; Caro Chri-

sti nunquam est separata a verbo, ideo semper est adoranda latria, licet humanitati ut per se consideratæ nunquam debeatur nisi dulia. Et in fine quæstionis concludit: Nos qui debemus adorare non debemus aspicere ad ejus humanitatem sed ad personæ dignitatem. Concordat Petrus de Alvernia circa Dist. eand. dicens, quod si adoratur caro Christi ut unita, est adoranda eadem adoratione cum verbo, quia cum adoratur persona per se, per accidens adoratur, quicquid habet in se. Concordat Rubertus circa eandem Dist. sic dicens: Latria debetur per se ut principali objecto soli Deo, sed per accidens humanitati Christi propter unionem. Concordat etiam Scotus, Durandus & Egidius. Ex præmissis patet, quid de virtute sermonis sit sentiendum de ista: Nulla creatura est adoranda adoratione latriæ, qua Deus est adorandus, scil. latria adorationis, quam non reputamus erroneam, quia adoratio quâ Deus debet adorari est latria, qua Deus per se & in se & propter se debet adorari. Sic nulla creatura debet latria adorari, quem sensum conclusio proposita sonare videtur, licet creatura aliqua ut divinitati unita sit adoratione latriæ adoranda

da per accidens, ut corpus autem ... Christi, anima Christi autem tota huma... tas Christi, quæ non per se aut in se ... propter se, sed tantum in verbo, cum ve... bo, & propter verbum sit adoratione ... triæ adoranda. Ex quo sequitur, quod ... propositio, Corpus Christi *non* est ado... dum adoratione latriæ, de virtute serm... non est hæretica, eo *quod nec per se* ... in se nec propter *se ei* debetur latria, ... corpus Christi, ut promittitur, non sit De... sed creatura. Dicimus tamen resumen... quod corpus *Christi*, prout verbo unitum, sit per accidens *latria* adorandum, quia ... verbo, cum verbo, & propter verbum adoratur. Ex præmissis *igitur* instrum... sunt vulgares, quod in adoratione sacra... menti altaris respectum *habeant* ad Chri... stum verum Deum & *hominem* verum, quiin sacramento ipso, veraciter continetur.

Quintus punctus principa*lis*, qui in ipso instrumento continetur, est *ille*, quod ho*stia* consecrata non est Deus. Dicimus & declaramus, quod licet in *dictis sanctorum* & in Scriptura hoc nomen *hostia* sæpe in*veniatur* stare pro Christo, *juxta illud ad* *Ephes.* quinto: Christus dilexit nos & tra*didit seipsum* oblationem pro nobis & ho*stiam*

ſtiam Deo in odorem ſuavitatis. Et ad Hebr. octavo, cum multis in ſcriptura ſimilibus; tamen quia ut circa punctum iſtum in inſtrumento continetur, M. Johannes] dictus dicit, ſe per hoſtiam conſecratam intelligere accidentia quæ ſunt in pane, reputamus ad húnc intellectum punctum iſtum eſſe verum & ſine errore dictum. Præſertim cum talis modus loquendi de hoſtia conſecrata non ſit fictus nec noviter adinventus, ſed aput DD. ſolennes & reputatos in materia ſacramenti altaris plurimum uſitatus. Nàm S. Thomas & Petrus de Tharantaſia circa Diſt. 4. 4. dicunt de hoſtia conſecrata, quod ipſa integra remanente aliquo modo corpus Chriſti eſt ſub partibus hoſtiæ, & totus Chriſtus in ſingulis partibus diviſis & non diviſis, ubi expreſſe per hoſtiam conſecratam intelligunt ſpecies ſeu accidentia quæ ſunt ipſius panis ante conſecrationem, videlicet de verbis propoſitis. Et communiter DD. circa Diſt. 12. Quarti, ubi Magiſter tractat de diviſione hoſtiæ conſecratæ, utuntur hoc complexo, hoſtia conſecrata, pro ſpeciebus ſeu accidentibus, nam dicunt hoſtiam conſecratam frangi & dividi. Corpus autem Chriſti ſub ipſis ſpeciebus contentum non frangi

nec

nec dividi realiter. Nec obstat confessio Beringarii, quam etiam Magister recitat: exponit eâd. Dist. Et habetur de consecratione Dist. 2. *Ego Beringarius.* Ecclesia enim recipit confessionem Beringarii ad credendum errorem suum, qui non concessit corpus Christi vere ibi esse nisi sicut in signo. Unde recipitur ejus confessio, ut intelligatur in sacramento altaris corpus Christi vere esse, non tamen vere & realiter dividi. Et revera esset enormis error, credere quod corpus *Christi* in sacramento realiter divideretur aut frangeretur. Et ideo Glossâ ordinario *in Decreto* super eandem confessionem dicit, quod nisi lector recte intelligat confessionem Beringarii, in majorem incidit heresim quam ipse. Unde etiam verum & katholicum putamus, quod circa hunc punctum communiter dicitur: quod Deus est sub hostia consecrata, & corpus Christi, & anima ejus, & quod hostia dividitur in 3. partes, & nullum prædictorum dividitur in 3. partes, ideo nullum prædictorum realiter dividitur. Item quod illa 4. corpus, sanguis, anima Christi, & *Deitas* non sunt Christus nec Deus, declaratum est supra circa 3. punctum principalem. Item quod dicitur circa hunc punctum,

ctum, quod accidentia visa non sunt corpus Christi, plane verum esse aput omnes reputamus. Item sicut in instrumento continetur, quod tutius dici videretur propter simplices, Credis hic esse corpus Christi sub speciebus panis, ex determinatione Ecclesiæ in Canone Cum Marthæ de celebratione Missarum, & ex dictis DD. nostrorum rationabiliter dictum reputamus, quia venerandissimum ipsum altaris sacramentum dicitur misterium fidei, quoniam aliud ibi creditur quam cernatur, & aliud cernitur quam credatur. Item in instrumento dicitur, quod tanta veneratio debetur calici consecrato ratione contenti sicut hostiæ consecratæ nullus fidelium debet dubitare, quia sub utraque specie est totus Christus, ut declaratum est supra circa punctum principalem] de corpore Christi, & Magister determinat hoc expresse in Dist. quinta quarti. Ultimo de ista dubitatione: Utrum Christus in sua resurrectione resumpserit totum sanguinem? recitat dictus M. Joannes unam opinionem, quod sic; aliam quod non. Circa quam dubitationem dicimus secundum Doctores, quod in Christo surrexit totum quod fuit de veritate humanæ naturæ & quod spectat ad ejus decen-

tiam

tiam. Ideo ſecundum Auguſtinum, q
ad hoc allegat Magiſter in 12. *Diſt.* qu
dicitur de Chriſto, quod manet integ
tus in coelo. Sed objiciunt aliqui dice
præputium Domini adhuc eſſe in terr.
aliqui dicunt ſe habere de ſanguine Do
ni. Reſpondet Bonaventura circa ea
Diſt. dicens, quod vel præputium non
de carne ſecundum ſpeciem, vel divin
ſpoſitione pars de carne ſecundum m
riam ibi fuit, ut donetur nobis in devo
nem ſicut reliquiæ. Sic dicendum eſt
ſanguine, quod vel aliquid fuit de veri
& id ſurrexit cum Chriſto & eſt in coelo
reſiduum manſit. Aliqui tamen Docto
dicunt, quod circumciſi reſurgant ſine p
putio, quia ut dicunt id ſignaculum eſt
decorem. Et concludit ille Doctor, d
cens, quod autem horum ſit verius diffic
eſt ſcire, & ideo quod in inſtrumento d
ctum eſt circa dubitationem iſtam prob
bile reputamus.

De quibus omnibus & ſingulis præfat
Dn. & Mag. Conradus Zolthou pronunc
ans & declarans ut præmittitur ſuo & p
dictorum S. Theologiæ Profeſſorum nom
ne petiit, per me Notarium Publ. infr
ſcriptum

tum fieri & confici unum vel plura in-
nentum &c. Quod quidem publicum
umentum hujusmodi supra scriptam
arationem in se continens præfati Do-
i & Magistri S. Theol. Professoris di-
fuerunt sigillo Universitatis Studii Pra-
sis appensione communiri, in fidem &
estimonium omnium præmissorum.

Acta sunt hæc Anno, mense, lo-
co & Pontificatu quibus
supra.



VIII.

VIII.

JULII CÆSARIS SCAL CERI EPISTOLÆ NON NULLÆ (a) e MSto BIBLIOTHECÆ ILLUSTRIS ZACH. CONRADI AB UFFENBACH REIP. FRANCOF. CONSULIS.

Io.

Julius Cæsar Scaliger iis, qui suffurati sunt Orationem adversus Erasmum Roterodamum pro M. T. Cicerone, quam miserat Collegio Navarrensi cum caeteris omnibus Collegiis communem, una cum literis ad eadem Collegia datis & ad Rectorem aliquotque alios doctos Viros.

HActenus ignoravi, nostros labores esse tanti, ut ipsis invideretur, praesertim ab iis, qui publice adolescentes optimae spei atque frugis moderantur.

(a) Priores extant Tom. VI. p. 508. sqq.

antur. Persvasum enim erat mihi, tales esse Praesides studiorum vestrorum, quales eorum librorum scientiae, quos profiterentur. Quibus omnibus ita praecipitur, uti ne quid gloriae cuipiam praereptum eas: neve animi vitio transversos agat ambitio, aut gratia, quae saepenumero veritatem oppressam habent. Verum nunc aliter multo evenisse intelligo, qui perfidiae quorundam obnoxius, munificentiae singularisque benevolentiae meae erga studiosos, impuris aliquot alienae virtutis insidiatoribus immeritas poenas dem, tametsi non sic abibit. Adsunt enim aliunde firmissima praesidia Studiosis, quam penes arrogantiam quorundam semidoctorum, qui summum bonum literarum in unius venefici nomine ac perversae doctrinae hominis esse voluerunt. Nam quid esse dicam, ut ne minimo quidem responso literas meas dignati sitis? Scilicet vulgaris est eruditio nostra, barbara facundia, qualis plurima apud multos simiolos, quos, cum opportunum fuerit, nominabo, reperitur: scilicet ea, quae â me in Ciceronis defensionem dicuntur, antequam â me dicta essent, noverant ii, qui per invidiam atque scelus suffurati sunt. Quos tantum abest, ut di-

cum, ea comperta habere, ut ne nunc qui-
dem, quibus è fontibus hausta sunt, qua-
ve librorum sinu educata, sciant. Sed f
cit naturae pravitas, quae optimâ insti-
tione interdum propulsata, recurrit tam
An vero dicam vobis ignobilitatem me
despectui esse? At quis vestrum Scalige-
rum gentem gloriâ, splendoreve, aut a-
mi magnitudine, aut rebus gestis antei-
Quod vero ad me tanti nominis atta
successorem: si mea fortuna me apud v
abjectum reddit, quod ter profugus alie
sedes quaerere coactus fuerim, unusqu-
que vestrum ita cum suo animo reputet
non tanti esse cujusque fortunas, ut ab a-
nis bello appetantur: tum neminem ind-
gniorem esse adverso fato, quàm is, qu
identidem non solum consiliis, veru
etiam armis extremum rei eventum expe-
tus est. Supersunt quamplurimi meoru
commilitonum, hujus gloriae non socii so-
lùm, verum etiam participes: aliquot a-
tem non ductores solùm, sed etiam ducti,
quorum praesentissimis testimoniis ex im-
manium belluarum faucibus eripi possim:
qui etiam si fato concessissent, tamen &
cicatrices meae oblivione vestrâ deleri pos-
sunt? Et unus aut alter febriculosus pæ-

dago-

dagogus contemptui habebit eum, cujus patrem in consiliis habuit Caesar Maximilianus primus, mox etiam Ludovicus ultimus multis honoribus prosecutus est? Nam de me ipso ut taceam, videor tamen â nobilissimis Viris doctissimisque posse connumerari inter puerulos illos â quibus quotidianis convitiis & plagis certum pensum operamque exigitis. Sed animadverto, duram causam meam malam haberi, quod in Erasmum invectus sum vestrum quorundam ducem atque autorem novae cujusdam eloquentiae, quae sine titulis seipsam sponte prodit peregrinam. At is, si nobis praeluxit ad eas intemperies, quas aliquot caeterorum Collegiorum boni doctique Viri, multoque, quam vos, meliores, publicis damnarunt suffragiis, non propterea novi erroris ejusdem propter nominis gratiam sunt defendendi, sed propter errores ipse condemnandus. Non ego vos elegi judices, qui bonorum Virorum vigilias oblivionis nocte conculcatis, qui meritas laudes optimo cuique invidetis, qui nefarios homines ignobiles semidoctos pro Diis colitis. Falsus est tabellarius meus nova ista facie nebulonum, quorum superbia seipsam capere non potest. O spes meas inanes,

qui putarim, fatorum meorum [illegible]
interruptam, ut ab rusticis, à vulgo, [illegible]
indoctis agnosci inciperem. En quo [illegible]
derunt cogitationes tuae Juli. Quo [illegible]
ventum est, ut qui M. Tullii causam [illegible]
fenderas, vices tuas deplorares. O [illegible]
nam unquam satis conquestio est ad [illegible]
injuriam, ut praesens non ostendam, [illegible]
sint ii, quorum perfidia humanitati [illegible]
superfacta esse debuit. At adero, [illegible]
corpore opus est, sive scriptis, non [illegible]
Luenti mihi poenas pessimi furis: [illegible]
ceratosque atque processos opprimam [illegible]
mi mei praesentiâ atque acie oratio[illegible]
meae, quam vobis formidolosam ubi [illegible]
mel intentaro, jam tum sentietis, [illegible]
vobis res sit: qui putastis uno intercep[illegible]
exemplari, totam lucubrationum [illegible]
rum memoriam sublatam esse. Leget[illegible]
vobis invitis, atque ita legetur, ut [illegible]
quos Judices mihi elegeram, una cum [illegible]
cinoroso reo, totius suffragiis posterita[illegible]
infames atque damnatos sentiatis. Vale[illegible]

II.

Julius Caesar Scaliger studiosissimis adolescentibus Collegii Navarrensis S. P. D.

mihi antehac compertum fuisset, quibus vestrum scribere instituissem, non nunc ec scriberem. Aut si tanta in turba scirem, quos potissimum literas darem, non c scriberem argumento. Nam quem cusem, quo me vertam, aut cujus praeium petam? adolescentumne implorem em, quibus labores meos commendam, quorum animos fac in me propensos e ac saevitia inimicorum meorum dissimuitione oppressos esse oportet. An ad Procees me convertam. At inter eos aliquot sunt, quae arrogantiae tumor aut aestus invidiae etraxit â portu veritatis. Interceptum exmplar orationis meae scio, quam pro Cicerone scripseram: sed, quam ob causam, nescio. Multae enim subsunt: quam autem suspiciam, neque possum nunc dicere, ita aequales inter se sunt, neque si possim libet. Ita quod ego factum indignum duco, ne factum quidem sperabam. Caeterum nobilitas

animi atque magnitudo inter paucos
bonos est. Caeteros ambitio aut
procul á vero aversos habet. Dic
fures illos Erasmo transmisisse, an
ederetur, ut depravatis exemplis
ne interpolarent? An est utile vos
quam tam egregie Philosophus, qui
Iam surreptam attribuere velit? an
argumentum eloquentius sese tract
sperat? penes quem vestrum ii sunt
mistri, quibus orationis meae par
inurat, quibus inextus id gratum
An vero despecta vobis est, quod ab
dovici ultimi Regis nostri equite cont
est? An quod unius tantum Marte,
varium negotium, tam exacte sit
tum? An ridicula illis visa sunt, quibus
ineptias atque intemperias responde
An ita Erasmum defensum atque ab
tum putarunt, si accusatio interverter
Tam nobilem gentem, tam excellens Co
legium, tam egregiam existimationem
tam malo consilio contaminatam, aeq
animo ferretis? At si haec ita non sunt
penes vos exemplar est, si adhuc extat,
re non redditis, gratias acturi, si quid
me didicistis; sin id ineptum visum est,
bituri mihi tantundem risus, ubi colli

tum fuerit ? Quod si tam despecta, spreta, contempta ea vobis oratio fuit, ut inter sordes cujuspiam literatoris sordescere passi sitis ; at quare aliquo responso inscitiam meam testati non estis ? Scilicet is vobis videor, qui ne cum discipulis quidem vestris, quibus centies in die responsa datis, sim conferendus. Aperite mihi, ubi sim tam plumbeus. Etiam nunc convitiis vestris minor visus sum ? Agite, si quem facinoris illius conscium verba mea stimulant, det rationem tam malae actae Reipublicae literariae, cujus opera jam eo res venerat, ut cognosceretur, Erasmus idolumne literarum esset, an Deus.

12.

Julius Cæsar Scaliger Arnoldo Ferrono S. P. D.

UTrum majus unus Clemens Lassus imposuerit opinionibus apud te mihi ; an expectationis de me Tibi, haud satis compertum habeo. Illud quoque non ambigam, major ne amor illius fuerit, qui ea tibi de me in re literaria pollicitus sit,

quorum equidem magnitudinem, ne op-re quidem unquam ausus fuerim; at hu-manitas tua, qui me obscuri nominis ho-minem eloquentissimis litteris tuis, in ar-corum tuorum lucem ultro evocaris. Cae-terum utcumque ea res sese habeat; si ne illius opinioni respondere possim, at be-volentia saltem ita certare contendam, ut ipsa mihi hasce literas de manibus extorque-at, quas ambitio ulla numquam potuisset. Si non eloquentiae tuae parem esse liceat mi-hi, humanitate saltem non cedam, quae in praesentia ad scribendum Tibi ita com-parabit, id quod nulla umquam confiden-tia valuisset. Quare aequum est vobis, aut mihi peccandi ignoscere, aut vobis ipsis peccandi causam praebentibus, non igno-visse. Quid enim aliud uterque vestrum quam eam ad operam impulit, quam ne ipsi mihi quidem facile praestare soleo, ut manus admoveam calamo? quem equidem ut conspicio, sane neque immerito neque frustra cohorresco. Subit mihi veterum splendor monumentorum quibuscum si haec nostratia conferantur, coenum prof-ecto sint. Obversatur animo Romani impe-rii calamitas, quo per barbaros oppresso, quid miserabilius nobis fuit, quam in pa-

tria

lingua esse peregrinos? Ostentat sese
i ante oculos vestrum judicium, id est
itorum, cujus censuram vel perditissi-
impudentiae est, non pertinuisse. At-
haec mihi omnia pacata atque gratiosa
eam, sive parem ingeniorum sortem
tus, sive fato aliquo fiat, ut forte eve-
interdum, quo deterrimus quisque ha-
socios errorum suorum. At theatrum
steritatis, at subnascentis alterius mox
culi alia ratio dicendi: ut mihi multo
mirabilius videatur, si quis antiquis in
tionibus paulo uberiùs versatus audeat
e illorum vel umbram dicere assecutum.
nunc tanta colluvies scriptorum repen-
extitit, tanta in ipsis vel inepte quaesita
l naturâ insita, vel studiose affectata bar-
aries, ut inter tantam sperati nominis am-
itionem olim mihi laudi datum iri spera-
im, si memor literariae calamitatis, pru-
ens imminentis periculi, conscius imbe-
illitatis meae, silentio vitam praeteriisse
lictus essem. Caeterum scidit obstinatum
pudorem hunc Erasmi impudentia, qui cum
divinam eloquentiam, quam aetate floren-
ti assequi non potuisset, senex desperasset,
in aliis inventam laceraret, posteritati invi-
deret. Quamobrem eam Rempublicam

labentem cum capesserem, ne diutius : sis rebus nostris insultaret, obtuli me dicem libertatis nostrae, multo majore scrimine factiosorum, quam judicii pe lo aut metu: Cujus eventum longe so cius obtigisse, vidimus, quam tantae dis obtrectatores minabantur. Cum e initio professus essem Erasmi mea opera lumniae responsurum, irridere alii, alii machari, nonnulli etiam contumeliosa ve ba jacere. Quos ego virtutum mea vomites dicam, an irritamenta potius sa per judicabam ita, studio incitatum, dig tate quoque sua igneum alioquin animum meum ferocius, ut tam nobile facinus a deret, compulerunt celerrime, omnium que opinione citius ea confecta provinci cum pestilentia iter, quod Lutetiam in tueram, ubi eam causam dicerem, interc pisset: misi ad Collegia scriptam oratio nem, ut, quod eorum commodis elabora ram, publicis omnium utilitatibus pos fruerentur. Perlata est, oblata est, itur i consilium decernunt publicis edenda monumentis. Cui consensui cum factio sorum pauci reclamare non auderent, pe tunt, ut sibi privatim perspiciundae copi fiat. Datur, describunt, mittunt clam a

Era-

..mum. Is ea perlecta, per literas ora-
obtestari per omnia nova sacra, quae
Rempublicam Christianam invecta inter
communia habeant, ut ne in lucem pro-
at. Eam gloriam, quam tot per annos
mmo labore partam cum complicibus
is communem haberet, unius juvenis
noti, militis peregrini, flagitiosae factio-
s, acerrimi adversarii opera, momento
mporis, communi jactura extinctum iri:
on magis eam rem ad se spectare, cujus
ulta alia monumenta legerentur, quam
d ipsos, quorum studio & gratiâ Cicero-
em lacerasset. Proinde viderent, prospi-
erent, aliquid convasarent, supprimerent
altem orationem: interea aliquid futurum.
Hominem vafrum aliâs unius modò viri
congressu fractum, adeo animi amentes
fuisse, ut unico intercepto exemplari, au-
ctorem quoque ipsum de rebus humanis
tolli posse putant? Haec ad Idus Aprilis
acta sunt. Tabellarius meus credit. Nar-
rat, quae in Concilio decreta sint: adfert
litteras ab amicis: in iis scriptum erat,
omnia rectè atque ex sententia: propediem
orationem editam me visurum. Interea
factiosorum aliquot flagitia acribus exagita-
ta judiciis, averserant in se omnium animos
à me-

â memoria Orationis meae: cum [illegible] rios nostros speratae rei successu [illegible] rae de improviso meae, qui om[illegible] carer, perculerunt. Expostula[illegible] prudentissimè injuriam tantae ce[illegible] quod tamen furtum appellare ju[illegible] sem: redderent exemplar meum mecum supremi Senatus judicio [illegible] rentur. Ad Calend. Septembris [illegible] quaestionibus atque conviciis vix [illegible] reddita est: expressae causae suppre[illegible] Edita est tanta omnium illorum con[illegible] tione, ut cum *Erasmus etiam* adver[illegible] barum silentium vocalissimus sit, eti[illegible] respondeat, quibus praeter linguae [illegible] riem, nihil quod objiciat, habet, â me [illegible] tot annis nescio quo sidere perculsus, [illegible] stinuerit. Arbitror senem multarum [illegible] rum usu atque memoriâ insignem ita [illegible] trari, se magnam mihi debere gratiam, [illegible] jus operâ resipuisset: ita judicium me[illegible] perinde atque rectum ac justum, perpe[illegible] ac pertinaci silentio comprobare. Habes, Ferrone, rationem consilii mei, quo me a[illegible] *scribendum* accingerim, qui ab ea glori[illegible] *non* abhorrentem sanè, aut aversum, [illegible] *ei laudi* imparem meipsum judicasse[illegible] *Qui igitur* ad doctos Viros, qualis es tu, [illegible] prius

ior non ſcribam, prudentiae mihi aſcri-
debet, qui ſcribentibus reſpondeam,
on levitatis, cùm ſilentium adeo laudarim,
d humanitatis eſſe intelligant. Cujus
ude cum me cumulatiſſime oneras, opti-
ne Vir, multo magis Tibi debeo, quàm
mihi ipſe. Quippe tuo judicio id de me
oſteritas credet, quod ego nondum prae-
iterim. Quod autem de amicitiae auſpi-
iis noſtrae ſcribis, id tibi velim perſuadeas,
numquam mihi quidquam ſanctius fuiſſe
is ſtudiis, quae per ſeipſa optima, ex ſeſe
am inemorabilem fructum edunt amoris
nutui, ut vitae quoque pignora commu-
nia habeantur. Vale Nonis Febr.

13.

Julius Cæſar Scaliger Arnoldo Ferrono S. P. D. Toloſam.

ERgo te commotum ceſſatione noſtrâ, quibus artibus reconciliabo? Reſarciamne damnum literarum taedio? At id neque orationis inopia, neque judicii tui metus patitur; multò verò minus ingenium meum, quod vehementer abhorret ab inani ſtrepitu, arceſſitaque oſtentatione, quam

quam Cicero tuus, atque utinam
ut rectè inepti nomine circumscripsit.
minus tutò negabit voce carere
tamen verissime gentem illam eo
quaquam carere praedicaret. Id ne
curae sit, ut aures occupem, otio *tuo*
ratissimo abutar, delassem operas
sis mei, quo mihi sumam nomen
quentiae veteris illius, aut secretioris
ditionis. Equidem malim tacendo
nihil esse, quod scribam, quàm *scribe*
indicare, ne aliena legisse, quae transcri
rem; ut haud ferè quidquam tegamus
rum monumentorum, quae nostrà e
tur tempestate, ubi non aliquid Grae
rum literarum inter textum *offendas*:
la epistola circumferatur, quae non
gatos jam centones oleat proverbio
Haec itaque in causa sunt, quo minus
ficio me tibi mihique simul satisfacere
Materia deerat: aliena describere *pudor*
est. An vero tibi occupationes nostras
non puto, cùm tanto Viro, tam *insigni*
eruditione, eloquentiâ, fide, pietate in
mentem venerit, alienam mihi vitam cre-
ditam, totam Civitatem *commissam*: li-
bros verò meos, quos propediem Lutetiam
mitterem, etiam cibum, etiam *somnum*

inter-

intercipere. Quid horum potiſſimum in- aſſes, ſi translatitio utar ſtatu? Nuncios uoque adferam ad cauſam hanc pro me di- endam, Vos enim infrequentiores eſſe cito, quam ut commode noſtrae expecta- ioni reſpondere poſſint. Itaque futurae ortunæ ſpe fretus, etiam deprecatione utar; quippe huc iſthinc nunquam non praeſtò ſunt, qui iter faciant. An tu aeque ad- verſo fluvio atque ſecundo curſum celerem frequentemque tenere nos poſſe putas? Nequaquam tantundem diſtare Lugdunum Toloſa, atque hanc ab illo abeſſe ſcito. Quare cùm tu ad me iterum, ego ad te ſemel tantum ſcripſerim, multò frequen- tiore officio uſus mihi videor. Quae ra- tio tantò minus abs te refellenda eſt, quan- to acrius pro te deinceps ſtabit, qui eo- dem loci, fluviique ſtatu proportioneque in poſterum es uſurus. Quae ut intelligas ita eſſe, tum ex nuncii celeritate, tum etiam ex epiſtolae prolixitate compertum tibi eſſe poteſt: quae ut neceſſaria eſt duabus tuis reſpondendo, ita me non minimo taedio affecit. Ad alteras igitur prius, ad prio- res poſtea: quamquam ita conjuncta eſt expoſtulatio tua cum meritis prioris officii, ut utrumque ſimul agi poſſe commodius

videa-

videatur. Quod ais te suspicari, com-
tum me litteris tuis, cum tu ipse, id quod
ego etiam magis, quam tu, sentio, mi-
non honorificum in illis scriptum esse fac-
ris ? An quod Erasmianorum pertinaci-
oculis nostris subjiciebant, quod me eo-
rum calumniae admonebant, offensae,
non beneficii loco potius apud me id po-
posse suspicatus es ? Quid novi de illis a-
ferunt mihi, quod ego non praeviderim?
quem metum post illata illis vulnera, post
illorum accisat spes, quem ego in procin-
ctu non excusserim ? Ardentes elatos tri-
umphantes dejeci; exultantes oppressi: de-
jectos, oppressos expavescam. Eorum ju-
dicia, consilia, facta distuli, disturbavi:
voculas pertimescam. Non sunt, Ferrone,
voces illae defensionis in judicio, non in
acie clamor alacritatis, sed victorum luctus,
morientium gemitus: quos ut fortis Viri
est infligere, ita invicti contemnere, de-
mentis non denegare. Qui sive mali sunt,
nullus jam est illis autoritatis relictus locus,
sive boni; utinam quantum in ipsis bonis
pietatis est, excusando homini utcumque
de se merito, tantum esset in illo merito-
rum, qui à bonis Viris excusaretur: qui si
per *illum* cultiores doctioresque effecti
sunt,

unt, atque hoc ita ei debent: contra nos, qui nullius, operae illius in rem literariam eguimus, nihil debere: eos etiam, qui etiam summo periculo pene effecti sunt indoctiores, vel infensos esse merito patiuntur. Non nunc primum agitur ea causa, merito ne ille coenum atque carnifex audiat: sed cum id ageretur, ita debere audire, omnibus rationibns comprobatum fuit. An vero isti divini Rhetores exclamationes ex ipsorum visceribus rationum, argumentorum, probationum, ex ipsorum telonum acie fulnera facta negant? Non erit coenum, qui Religionem nostram contaminabit? non apud haereticos puto. Non parricida qui prolem suam. Ciceronis, quem jugulat, profitetur? Non apud Barbaros censeo. Non erit monstrum, quòd quasi diversis conflatum naturis, nequaquam sibi constat? non apud judicio carentes arbitros. Non exclamandum erat adversus hominem pium? non & quid adversus eos ipsos, qui eum ita defendunt? Quid adversus me ipsum, si id ita non egissem? nonne judicio illo cum ipso nimis familiariter expertum esse ostendissem? De re literaria verum meritum ajunt: ajo. De re literaria male meritum negant: nego.

on Erafmi caufam agunt. Quid enim in- iiunt nobis fiet, qui fecuti illum fumus? t enim laudis, quam illi impertiunt, con- ortes funt, ita ejus, quae illi adimitur, pa- em jacturam patiuntur. Ciceronianos per- ringit; non Ciceronem defcripfit: confu- intur vero Judices. Languida profecto a in parte videbitur, oratio: ut fi quis me ion norit, vereor, ne aliquando me cum llo collufiffe fufpicetur. Quare aut oblo- qui definant, aut fatis eloqui parent. Qui enim loquuntur, perftrictos fefe fentiunt, qui non defendunt, jugulatos. Nequit vul- neratus animus obticefcere: non audet op- preffus contra ftare. Itaque vel dicendo vel tacendo fefe victos fateantur, neceffe eft. Merita rurfus inculcant. At meritis fretus iis, fi hoc tandem peccare maluit, nequaquam propter illa ab hoc abfolvatur. Nulla enim virtus praemium otiorum um- quam fuit. At Ciceroni plurimum detu- lit alibi. Tanto hic damnandus magis, non folum quod perverfa utitur oratione, fed etiam qui fibi ipfi ut femper, ita hic quoque contradicit. Quod vero hortaris, ut hominem miffum faciam, equidem gau- deo, gratulorque, plus in amico meo hu- manitatis effe, quam in inimico moderatio-

 nis;

nis; pluris apud me esse. Optimi consilium, quam inituri hominis Detur id virtuti tuae: detur lenitati detur occupationibus nostris. At Theologorum veritati, non Philosophorum scientiæ, non Romanorum eloquentiæ, denique Grammaticorum formulis potest, ut non nunc absolutus, sed posteritati reservatus esse videatur. Quam est mihi perfecta oratio, quo rusticitatem rundam respondebam, qui ita dictitarent Erasmum â scribendo manum abstinendum qui me indignum putaret, qui cum loqueretur. Qua voce ita illum ita sese proderunt, ut eorum arrogantiam nulla quam hominum memoria aequari posse dicetur. Regionemne, an nationem, gentem meam contemnit? Quid illustrius Italia? quid nobilius tractu illo toto, qui Brenno Gallorum Duce olim, fortissimis viris illustratus est? Quid antiquius, clarius, fortius, gloriosius gente Scaligerorum? quae cum ipsis alpibus Noricis orta atque omnium Thebanorum Spartos, omnium Arcadum prosolenos, omnium Atheniensium αὐτόχθονας, omnium Latinorum Spicos, Aborigenes, omnes Codros omnes, fabulas, omnem memoriam antiquitate sua superabit?

...dit? Gloriam rei militaris, magnani-
...tem, virtutum omnium numeros elo-
... ? At me degenerem putat, at oratio-
... meam imbellem, barbaram, sordi-
... dicendi genus, illiberale, mores meos
...icos, ineptos; animum trepidum, ti-
...lum, mollem, effaeminatum, servilem,
...unam exulis. Esto, eloquentiam
...am haud metuat, sed despiciat, rurina-
... sum atque educatus, ac non in sinu pe-
... sanctissimi atque fortissimi Imperatoris
...ximiliani Caesaris Augusti: in umbra
...ituerim, ac non quinque justis proeliis
...erfuerim. Obtigerit mihi profugi sors,
...ac maximo cuique Principi, Regique
...lo. Sim vel ipso Erasmo ignobilior,
...navior, meticulosior, nequior: si pro-
...erea me, cui respondeat, indignum pu-
...t: nec ipse sibi numquam respondeat,
...unquam secum colloquatur. Vale.

14.

Julius Caesar Scaliger Arnoldo Ferrono Attico S. P. D.

CAl. Jan. quo die ageretur annus 1535. cum non tam inditis lapillis tuis,

 quam

quam eloquentiae geniis xeniorum
donatus fueram, Sam projectus noster
de reditu, tum de salute tua nuncium
attulit. Quà Sane strenâ neque
jucunditate, neque gratiore fructu
umquam cuiquam obtingere potuisse
co. Quid enim mihi vel jucundius, quam
redintegrari vetera literarum commercia
inter nos nostra? vel gratius, quam
tam rari capitis absentis desiderio, aut
tendi metu carere posse? Itaque cum ver-
ba quaererem, quibus & gaudii mei
merem confessionem & Deo Optimo Ma-
ximo cujus beneficio tantum essem bo-
rum consecutus, gratularer: quae
aequarent ipsam, nulla sane inveni.
Vbi vero ille addidisset hoc quoque, te Se-
natorium in ordinem cooptatum, jam
neque me potui continere, quin excla-
rem,. neque temperare animo, quin
ederem recuperatae fortunae meae, quae
tanto cum amico, tanta potentia tantaque
auctoritas conjuncta esset. Quare
mecum post hac actum iri sperabam,
hactenus nihil nisi triste metuissem.
id angebat animi, (ut sese nostrae res
humano captu dant nobis: nullam
solidam aut gloriam aut fortunam

cuiquam

iquam videas) abs te ille nullas literas.
quod ſi quis iniquius interpretetur, te
ıtiore jam animo exilium hoc noſtrum
:ſpexiſſe: quid reſpondeam vero tan-
:m? Nam neque ullius temporis angu-
ıis excludi, neque cujuſpiam nuncii cele-
tate urgeri poſſe clamites, tanta virum
olertia, tam prompto ingenio, tam appa-
ıtâ ſemper dicendi ſcribendique facultate.
)einde etiam epiſtolam jamdiu conſcri-
ıtam ad fortuitos nautarum deceſſus te ha-
ıere debuiſſe, quâ me hic tam ſperatis
ınerares gaudiis. Ego verò, qui te, etiam
:xtra hunc ordinem cum eſſes, vel amplio-
:e loca dignum exiſtimarem: teque ab
Rege non inſertum tamquam patritium,
ſed redditum, tanquam patrem: quique
non ab ullo eam acciperes; ſed tu illis ad-
ferres dignitatem: non in animum indu-
cere, ut tantillo te momento immutatum
putem. Nam profectò non ſolum (ut li-
bere quod ſentio, dicam) mihi major non
videris: ſed etiam de magnitudine non-
nihil detractum tua tibi, qui eguiſſe videris
virtutis tuae teſtimonio alieno: quae vir-
tus de eorum teſtimonio potius judicium
facere, quam ab illis accipere leges debu-
iſſet. Quid igitur exprobranti illi cuipiam

contemptum mei tuum respondebo, At-
tice, ut tam mala in causa tanto melior
orator, cujus rei tu summam mihi dare
re consueveris, esse videar? Profectò aliq.
fuga barbarus ille eludendus est mihi, ne
insolentius illudat nobis. Dicam, ne e-
ciendae longioris epistolae causa egisse
mecum: ut & illius temporis quo ab [illegible]
longinquitatem & hujus, quod adven[illegible]
sarcirem taciturnitatem. Quare ut & [illegible]-
fensionis ratio meae constet (quamquam
jam haec satis *longa* est) quo firmius cau-
sam hanc sustinere *possimus*, accipies prae-
terea *multa*, quae evenerunt nobis, dum
tu, aulicus ne fieres, factus es. Ego post
discessum tuum Attice, quantis sim af-
fectus stati morbi mei calamitatibus, nul-
lâ umquam profecto oratione consequi pos-
sim. Ita enim crure dextro, quod maxi-
mo olim vulnere accepto diductum fuisse
convulsus sum, ut *miraculo* sim iis, qui
nunc me superesse videant. Qui si Medi-
cis, quos meo injussu coram me & aliud
agenti & jam moribundo adduxerant, de
summa valetudinis consultantibus paruis-
sem, nullum tu quidem nunc haberes Cae-
sarem. At idem nihilo secius adeo *immu-
tatus sum*, adeo ab illa pristina dejectus fir-
mitate,

itate, ut, nisi meipsum frequentius intu-
r, vix me equidem agnoscerem miser.
agnum ea res attulit momentum ad at-
rendas tum corporis, tum animi facul-
tes nostras, ut de fortunis sileam, majus
l inimicorum gloriam excitandam, quo-
ım animos ita sustulit, quasi me jam vita
ıncto, ut metu posito, quinto demum an-
o veterum inimicitiarum memoriam,
uae â me, sane deposita esset, renovarent.
Tolosa enim atque Burdegala illicò Lugdu-
ıum nuncii Scaligerum non solum rebus
ıumanis decessisse, verum etiam Erasmia-
ıis jam calumniarum veterem provinciam
liberam concessisse. Quid enim nunc ces-
saretur? pro quo, qui defensionem susce-
pturus esset, extaret nemo. Arrepto igi-
tur confestim calamo, Erasmus ad Mer-
vellium atque Laurentium nescio quos scri-
bit, cum de aliis obtrectatoribus suis,
quos magno animo alter Socrates, obstina-
to silentio contempsisset, tum de me, men-
titum esse, quae objecerim. Nihil aliud,
quam conviciari, furere denique. Feren-
da erant haec Attice. Idem enim usu ve-
nit animo male instituto, quod & regio
morbo laborantibus. Iis flavabilis ob ocu-
los objecta, omnia praeterea flava reprae-

 sen-

ſentat. Eraſmus, qui omnium ordinum labes, omnium ſtudiorum macula, omnium aetatum venenum eſſet, mendaciorum parens, conviciorum ſator, furoris alumnus, ea vitia putavit liberali in animo, nobilis lingua inſidere. Ferenda igitur erant à ea lenitate atque aequabilitate animi mei, quam & omnes boni notam habet & plebs ipſa vel vulgò concelebrat. Sed ille, cum artes ſuas addit plusquàm Punicas, ut laudati triumphi gloriam meam in alium transmoveat ſycophanta, non fuit ferendus. At enim alieno opere atque labore conſcriptam confectamque mihi vindicaſſe, ut quem hoſtem exhorruiſſet, eum diſſimularet; alium, quem non proderet, contemnere videretur. Quod ſubdoli atque ſervilis ingenii vitium morbumque, tantum abeſt, ut pertimeſcam; ut gloriae adſcribam. Tantam eam eſſe orationem vel â verulentiſſimo hoſte judicatam, tanti aeſtimatam, ut ea me dignum negaret auctorem. Quid mihi potuit, Attice, contingere glorioſius, quam ſupra vires meas, ſuper eorum opinionem, qui ſe ſictos faterentur, promoviſſe, atque profeciſſe? Igitur qui leviculi concertationum ſtudia intermiſiſſem, reſumere coactus ſum: reſpondique ei oratione

ne totâ ad illos. Mervellium & Laurentium directâ: quorum opera factum est, ut & epistola ad me perferretur: cum tamen ea de re nullis me literis fecerint certiorem. Eos ego majore humunitate sum prosecutus, ut quem indignum suis literis rati essent, ab eo sese perpetuo orationis monumento dignatos viderent. Eam cum de te nihil certi adferretur, muneri misi P. Rubrio nobilissimo doctissimoque viro & summis necessitatibus conjuncto mihi: speroque esse Lutetiae jam in vulgus editam. Nunc vero quid agam? agam pomum illud censeo Catullianum. Excurram profecto, postquam semel excussus sum. Hoc enim pertinet ad humani ingenii vim, quam orbicularem atque in se reflexam Philosophi illi nostri autumant. Quorsum? inquies. Ad orationem tertiam, ut judiciis illis, eruditorum hanc quoque adjungam accessionem. Illa cum perfecta esset olim, & admonitu & rogatu supprimebam tuo: quam etiam in animo jam haberem abolere. Quid enim saevirem, ajebas, in cineres illius, qui in gloriae meae luce deflagrasset? Darem hoc amicitiae nostrae, tuis precibus, bonorum expostulationibus, quorum animos ego paulo acerbiore orationis

tionis ductu commovissem. Darem humanitati, lenitatique meae, quae non deberet cedere animi hujus viribus. Effeceram. Nunc idem faciam? non faciam. At Romanus sedendo vincit. Non Extremum. Impulsu opus est, ut tam tetra bellua loco mota faciat fugam. Vides, Amice, si lenius illa in oratione â me actum esset, qua impudentia restitisset ille, qui ad mortis meae rumorem modò cornua sustulit illico. Igitur hoc mihi decretum est, ut illa perfida Carthago, illa barbara Numantia tandem â me excindatur: Verum ad alia. Arbitror te *Doleti* vidisse Dialogum adversus eum, quem non puduit extantibus scriptis meis, flexu alio orationis omnia mea suffurari, atque ineptissimis inurere calamistris. Itaque eaedem, quae in orationibus, intemperiae, stilus paulo minus asper, sed emendicatus, ut verbis potius alienis conquisitis atque corrogatis, quàm obláto argumento, ejus loquácitas excrescere videatur. At Caesarem laudat, inquies, accipio. Nam te ajunt ad eum retulisse, consuleret dignitati suaè: qui temere atque stolide nimis super Italico nomine ineptisset. A me integrum dialogi apparatum, quo illius ostenderem & malevolum

-uam animum cum inani gloria conjun-
-m & praeceps ingenium cum ſtupore &
-purum dicendi genus cnm loquacitate &
-entem dictionem cum impudentia. Ita
-tur adblanditum, ut animum meum
flecteret â propoſito, ita laudaſſe, ut ſe-
-ai potius aliorum judicium invitus, quam
-uam ipſe libens apponere videretur. Pro
- re data eſt â nobis opera, ut & eum &
-ium, quem velit ipſe, poeniteat poſthac
-biei illius, ſic impudicae. Audio illum
-raeeſſe Lugduni librariis, quorum ma-
-um emendet. Id quod ſi verum eſt, in
-s libris, quos nuper invulgatos â Gry-
-hio aere comparavimus, deprehendunt
-tiam pueri noſtri vel inſigni ſcutica
-itia animadvertenda. Perſtringi eum
-n hac ſecunda oratione, ſublato quidem
nomine, ſed ita depictum, ut vel
ab infantibus Toloſanis agnoſci poſſit. Ob-
ſervem igitur interim quid rerum geſturus
ille ſit, nihil profecto impune allaturus.
Qui enim neque modum neque modeſtiam
aut in vita civili, aut in impudenti adhibeat
oratione ſibi, ei tantundem conſtantiae at-
que fortitudinis opponendum fuit. Te ve-
ro tantum virum, tam probum, tam ſapi-
entem, tam ſanctum favere illi, cum quo
abſente

absente apud me etiam de perfidia eju[s] lasses. Quid enim perfidiosius, quam [...] eos inter se committere? epistolas ad [...] te datas invertisse? aliis alia verba [...] delevisse? induxisse? Itaque scito [...] chium, hac cum iter faceret me salu[tandi] gratia officiosissime convenisse. Ei [...] profecto, si quid ex oris totius habitu, [&] oratione ipsa colligi potest â viro non [...] tus plumbeo, nihil deesse judico, quod [...] Viro civili, eloquente, forti denique [de]derari possit. Modestiam vero, quasi [ce]terarum virtutum condimentum eam ipsi [...] natura comparatam, ut nihil supra. Q[uæ] fuit causa, ut mirari desinerem, quam [...] rem & ei hostis Doletus esset, facile tan[tæ] virtutis obtrectator, & ipse Doleto neq[ue] inimicus esset, at sibi infensum illum tu[m] sua, tum amicorum ope liberaliter juvisse ita, ut daturum poenas etiam publico supp[li]cio liberaret. Is Pinachius, cum â me quam honestissime acceptus esset, eique gratias agerem pro eo, quod, quem tu mihi de scripsisses virum & amicum tibi & bonis omnibus gratiosum, eum sane & nunc agnoscerem coram & olim erga me futurum sperarem: respondit paucis, nec vulgatis illis, ita ut intelligerem, nihil inter

rum, quae ad mutuae benevolentiae
.itudinem pertinent, defuturum.
A vero ad praedictionem de se tuam
neret, magnopere mirari, quid apud
rivatim de sua existimatione, quid ali-
ublice sentires. Invulgatis enim Do-
ineptiis, sinistrum de se judicium abs
tum esse, cujus & notares formidinem
amnares levitatem. Ego contra cum
rimen in Doleti intemperantiam, ut tu
ii ipse indicaras, rejecissem? Si (inquit
) ita tandem est, quemadmodum publi-
monumentis constat hoc, male eum de
: sentire, ita id quoque curet, uti pub-
e item circumferatur, 'Doleti factum im-
dentia, qui mihi amici ore malediceret,
m nesciret suo, alienoque judicio falso
eretur, quoniam suum animadverteret
ibecillum. Hanc enim unam iniri tan-
em posse rationem, qua & tu tibi con-
are valeres ea humanitate, quam ego mi-
ificam merito attribuerem: & Doletus ea
mpudentia, quam ipse sibi in dies faceret
mpliorem. Ego itaque, Attice, ita exi-
stimo faciundum tibi, uti aut ad me, aut
ad alium tales literas des, qualis erat ani-
mus ille tuus, cum mecum ea de re verba
faceres etiam stomachabundus. Praeser-
tim

tim cum hoc quoque nostrum [...] dialogum, qui cognomine tuo A[...] scriptus est, referri jusseris. Neve al[...] sona â me inducatur tua, quam te [...] praestare intelligat posteritas, mi[...] dei habeatur mihi aliis in libris meis, [...] quibus ea â me dicuntur de vi[...] quae jam omnem expectationem [...] superarunt. Conscripti enim sunt [...] me libri septem de semine genitali, qu[...] ad verae Philosophiae gloriam quae [...] ad partem pertinere posset, nihil de[...] videtur. In his quintam sustines pers[...] tu, ea omnia disputans, quae ad Pl[...] cam disciplinam, ad instituta civilia & [...] literas spectant humaniores. Divi[...] profecto opus, dignumque quod alio [...] rente foeliciore natum sit. In quod [...] tu omnem salem adferas concinnandis [...] monis illius condimentis, ne per te [...] quaeso, quin ego & vere sensisse & fide[...] memoriae prodidisse videar. Vale. [...] Bucherio optimo ac doctissimo salute[...] qui nescio an curavit comparandum mi[...] librum quem fuerat pollicitus, certe nullum recepi. Vale iterum.

15.

Julius Caesar Scaliger Arnoldo Ferrono Attico S.

QUoniam meo facto evenisse dicam, Attice, ut, quem Reipublicae literaae causa mihi cum eloquentissimo quoue communem hostem fecerim, pro eo os eloquentissimorum Principes habeam iimicos? Itane verò tandem, cujus intemerantiam damnaretis, ejus patrocinium iuscipiendum statuatis: mihi, cujus studiim laudaretis multi, aliquot etiam imitaentur, vestrâ causâ susceptarum inimiciiarum malam gratiam referetis? ut non am mihi cum bonarum litterarum hoste, pro vestra libertate confligendum sit, sed illius acerbitas in vestra lenitate perferenda. Ac quamquam & olim sentiebam & nunc profiteor quoque, neque vos bonos atque fortes Viros, neque eloquentiae parentem Ciceronem meâ operâ eguisse, tamen vel ab imprudente si quid beneficii in quemquam collatum sit, si remunerationem non mereatur, at invidiâ careat saltem. Nunc vero, ô vanas meas cogitationes, ô perdita consilia, me alieno in crimine reum ab

iis factum, quos si non judicio, saltem i-
vidia liberavi, non adversarii vim repul-
sed meum hoc ipsum caput petisse: :
hostis busto jam deflagrato excitatam :
versus me in eorum animis flammam, c
ipsi in illius rogum faces conjecissent. Pro
Dei Optimi Maximi fidem! Nullius alter
ego susceperim causam: nihil pro bon
egerim, nihil pro literatis, mea unius c
rarim, hoc egerim. Etiamne in terra
lica orto, in ea gente agitanti mihi, q
Rom. Imperii excusso jugo, omnia prae
ipso libertatis spreta, despecta, contem
habuit, homini libero, ingenuo, nob
non licebit dicendi libertatem, litteraru
florem, Religionis tueri nobilitatem? &
hoc quis prohibet? Romani nominis
mica illa? eloquentiae scopulus? qui i
cum in linguae suae consceleratae pote
te esset, putavit se sapientiae nomen a
furum, si semel desiisset insanire? Minime
Sed Atticus ille: cui nae ego uni me id
eo sperabam cariorem fore, quoniam
studium veritatis, quod in omnem litera-
riam provinciam longe lateque diffusum
per me animadverteret, ad eloquentiae la-
borantis subsidium convertisse videret:
quodque ipse aut facere debuerat, aut fieri
jube-

ɔeret, hoc â Caesare effectum suo, non
lum nolit, verum etiam doleat. Id quod
tius, quam quisquam judicare possit, in
ıimo insederit meo. Quamquam & co-
m alias & per epistolas consilii hujus tibi
ddidi rationem; tamen quoniam alio
ıimo satisfactionem accepisti, dabo ope-
ım invitus quidem, sed coactus tamen, ut
stendam tibi, nihil â me hac effectum
rovincia poenitendum. Ac quamquam
ımnium id primum constat, quàm multa â
ne in illius monstri ignobilitatem objici
ıotuerint, tamen quia ad eam quam susce-
ıissem causam minus pertinerent, non ic-
circo omisi, quin omnino convenirent, sed
ıt meae potius dignitatis, quam illius indi-
gnitatis haberem rationem. Ille vero cum
propositis sibi alienorum laborum praemiis,
omnium ordinum studia commaculare au-
sus sit, ostendit nobis, qua insisteremus
viâ, ut passim grassantem eam coërceremus
tempestatem, studiorum nostrorum amore
in pugnam provocatus descendi: vici.
Quid ais? provocatum negas? victoris
etiam irrides titulum? Quasi vero cum
bonas nescio quas literas ubique creparet,
bonas litteras ab eloquentia Ciceroniana
abesse praedicaret, nos, qui, iis in litteris

nonnihil laudis adepti essemus non pæ cavit. Provocabit vos omnes, Attici, quentes, vos desedistis, parum erat, vestro praesidio, facile inimici tela riculo excipiebatis. Mihi, qui à nerisque civium nostrorum pectoribus defenderim, succensetis, perstantem sententia deteriore conamini: quasi non plus hinc impendeat discriminis commisso proelio absistam, quam quam initum esset. Semper Christum jicitis libertati nostræ. Ipse igitur Christ ubi tandem est, cum Erasmus eam opp mit libertatem? Etiam Philosophum re silentium. Etiamne pro alieno supplicium? etiamne interitum bonæ mae. At Erasmus hac ipsa silentii diu impetum tulit nostrum. Ergo q driennii silentium suum, animi mei bilitatem, quo consilio tribus ineptissimis sceleratissimisque voculis conspurcavit: saltem aut hoc sic fecisset initio, aut uberius consuluisset defensioni suae: ut celeritate excusaretur, aut causae praestantia vinceret. At qui tanta esset vel feroc vocis contentione, mutus repente concidit ilico: ut ne id quidem igitur mirum sit, cum qui tam bonis auribus utatur, tam

male

audire. At tu mihi cum civilis ani-
bjicis frugalitatem, qua me caeteris
tare contendis, quare velis, Attice,
m boni tanto malo esse mihi, ut pro-
ta quod bonus sim, male habeat.
nne vestra in Republica nobilissima at-
sapientissima Viris fortibus haec sunt
osita praemia, ut impotentium devo-
contumelias? Quare me jam premis
ius, quam defendis illum. Immovero
n minus opprimis illum contrariis vitiis
pertum, quam meam elevas dignita-
n his suffultam, ut ais, virtutibus. Esto:
ec omnia, ut voles. Quid sapientibus
eo? Omittamus Deum. Quid ipsis Le-
bus purius, temperatius, divinius? qui-
us tamen illae aliis moderantur, quam
eleratis? Neque enim optimo cuique
riptae sunt: sibi enim Lex existunt ipsi.
um, Attice, scelesto illo mentiente, me
era dicere vetabas? Tu illo errante, me
mendatorem corrigebas? Tu illo calu-
nniante, mei mihi defensionem extorque-
bas. Tu illo insaniente, me sapere prohi-
bebas? Tu illo clamante, me tacere jube-
bas. Modestissimum adversus arrogantis-
simum, sobrium adversus temulentum. An
vero aut silentio deprecabimur, aut fuga

evitabimus, aut assensione redimemus ca-
lumniam vexationis ab eo, cui aut per-
tui silentii jugum imposuimus, aut in sem-
piternam conjecimus fugam, aut in ma-
loquendi compulimus necessitatem? No-
bilis rustico, Latinus barbaro blateranti
silebit scilicet. Potest hoc quidem, ami-
nominis atque dignitatis suae noxa pot-
at illius supercilio, atque etiam vero
tu quis potest? At eruditi, inquis, hoc pr-
cipiunt tibi, quorum judicio literarum re-
staurator nomen ei merito defertur.
nos plebei apud vos eruditos dep-
camur extremam nominum nostrorum
perniciem immerentes. Nobis per-
potentibus domi vestrae alienas injurias
leni animo ferre perfacile est, vel-
rum qui estis vindicatores acerrimi, per-
mittite nobis haurire Spiritum istum liber-
tatis vestrae, neque plus possit apud vos
damnati unius miseratio, quam damnan-
tium judicia multorum. De instauratoris
vero nomine quid respondeam tibi, dic-
ce? an primum scire intersit mea, quos
eruditos voces, qui per illum profecerunt
Egregios vero, qui veteribus spretis,
hujus judicio conquiescant, qui, siquid ex
illis sublegit boni, suo coeno foedum fe-
cit,

it, audacia perdita illa, atque utinam pro-
ecto perdita ac non etiam caeteros perden-
e. Instauravit ille litteras? At quas? Quid
ille novi attulit? exemplaria curavit edenda
quam emendatissima. Num tu eum Aldina
una lucubratiuncula conferendum: hujus
sordes cum illius munditiis etiam compa-
randas putas? Omittamus illius labores in
alienis studiis, ejus studia repetamus. Qua-
in eis tu litteras instauratas agnoscis? Graes
casne? etiamne antea ante vertit Urbano?
etiamne Chalcondileo? etiamne Chrysolori?
an duobus Lascaribus nobilissimis? Manil-
lone, an Trapezuntio, an Gazae, an ipsi
illi Bessarioni? An Latinas? Ergo etiam
eae post Laurentium Vallam, Campanum,
Volaterranum, Crinitum, Pontanum, Po-
litanum, Picum, Hermolaum, Agricolam
corruptae erant? At in ipsis eam, quae
continetur, eruditionem aperuit primus.
Opinor, quae Calderinus, quae Parrhasius
nescierunt, quae Beroaldus, quae Budae-
us, quae magnus ille Rhodiginus ignoravit.
At historiam pereuntem restituit, melius
scilicet atque elegantius quam Sabellicus,
aut brevius atque accuratius doctissimo
Egnatio, aut purius Pomponio Laeto. Ma-
thematicas vero ille ut instaurarit, quas

etiam insectatur rustice, nedum ut au-
Poëticae partes quas illustravit, Po-
atque Actio Sincero superstitibus. Q-
ille illis defunctis novas atque olim oc-
sas invexit nobis. Philosophiam op-
objicias : etiamne Aristotelicam? qu-
ne olfecit quidem. At Platonicam. Ti-
um novis interpretationibus censeo, cu-
nobilitatem musicis numeris obscura-
alicubi conqueritur ineptus. Video qu-
sum impellas me, ad Theologiam scilic-
Nam caetera omnia pro nihilo haben-
O Attice, Attice, vehementer vereor, n-
nimis vera ab istis vestris eruditis prae-
centur. Mitto animi illius impotentia-
qua cum omnes artes atque scientias cae-
ras per ludibrium proculcasset, decrepita
aetate lusit fabulas, quas etiam ab adol-
scentibus removendas vociferabatur. A-
ipsum Theologiae studium devenimus.
Vereor, inquam, ne novam Theologiae
faciem atque personam induxerit. Qu-
autem vereor? tota universae Religion-
nostrae theatra clamant. Utram vero ta-
dem Theologiae partem auxit iste, aut il-
lustravit? Disputationem? Illam ille sub-
ilitatem ut acuerit, qui ne dialecticae qu-
dem limen salutavit. At moralem eam,

quae

tota in officiis hujus vitae posita est. ᵓaulum, Athanasium, Basilium, Na-·enum, Chrysostomum, Originem; yſium, Cyprianum, Ambrosium, Hie-rmum, Augustinum ipsum quid adfer-ɔtuit novi? Sed usu venit illi, quod na-c rebus bene compositis, si quid adve-praeterea, monstra ut evadant. Tum :m ne mihi vitio vertatur, toties, tot lo-repetere, quod ipsi toties commisit, ut :epta aliena argumenta nova illa diffar-:t loquacitate. Una eloquentia est, am ille reddidit meliorem, restitutam, asit, susceptam fovit. Sane ejus Studio-s amplexatus est: alios ad par atque aequa-stiudium incitavit. Agnoscimus. Me imum in acie, ut soleo, constituam. Ne-ɔ quempiam illius ductu atque auspiciis :ofecisse: nego ullum recte sapere didi-isse: ajo, multos ejus perfidiâ insanisse, nultos bonis spoliatos, multos corpora, nultos animum, omnes recte judicandi ra-ionem amisisse. Et quidem adferant no-bis illam loquacitatem, sine delectu ver-ba, sine studio coagmentationem, si-ne prudentia juncturas, sine mente sensa inepta, Assiatica, inania. Ea il-lis si probantur eruditis, sibi habeant, si-

nant nobis stomachum, sed Latinum ille permittant aurium usum, animi prae tiam, consilium, sed Romanum. Ad quod consilium contemplandum atque recipiendum cum Ciceroniano judicio ex acutore factus, ac peractus â nobis reus se compulisset, collegit reliquias remedii suae nuper in epistola quadam, quam praefixit quaestionibus Tusculanis. In ea scriptum fuit. Sibi puero atque etiam aetate Ciceronem minus placuisse; vero tandem cum illo in gratiam rediisse. O monstrum, ô labes non jam eloquentiae, cujus vim cum opprimere conaretur expertus es, sed dictionis ipsius Latinae. Rediisse te cum eo in gratiam, qui cum nulla antea intercessisset causa necessitudinis. Itane loquuntur eruditi isti vestri; quorum censura quantum Barbaro illi laudis attributum sit, tantum accedat reprehensionis nobis. Monstrum vero, DEUS immortalis: sed quale? qui omnia literarum monumenta infinitis pene locis, praeter nescioquid fictae atque febriculosae pietatis pro nihilo putet, appelletque cartae nostrae quisquilias, quibus unico in Evangelio sudandum sit. Igitur quam n aetatem faciliorem ad futuram Theologiam vesti-

vestiendam hoc est, ad eloquentiam comparandam conferre debuisses, eam barbarico fastidio ad leviculas nugas ut diverteret, fecisti. Quam senectutem nihil nisi Deum spirare debere vociferabaris, eam ad contempti laceratique Ciceronis gratiam, Scaligeri nescio cujus libertate revocatus, contulisti. Nonne is es, qui in epistola ad Laurentium negas, te umquam male de Cicerone sensisse: non es is, qui in epistola praefixa Tusculanis repentino numine percitus cum Cicerone in gratiam rediisse scribis? Cum amico Cicerone scilicet in gratiam cum rediit Erasmus, non facit verbo solaecismum, ab inimico Scaligero bene de Ciceronianis sentiendo si gratiam ineat, reipsa faciat. Negabit haec ille, qua est impudentia singulari, negantem plausu excipient ejus catuli? nos more utrosque suo & mentientem & ineptientes irridebimus, alterum impudentem, alteros miseros. Cum enim aliquando suopte raptus ingenii tumidus animi venena literis offundat, non numquam doctiorum praeceptis atque admonitionibus impulsus, contra sentire cogatur, alterutrum postea incusanti cuipiam, semper, quod respondeat, habet. Non hoc volumus Erasme, te nunc hoc nobiscum

cum ſentire, ſed contra hoc, perverſe
quam ſentire, hoc vero volumus. E
gitium temeritatis levitatis vitio
Et ſunt qui literarum inſtauratorem
At quam aliam, Attice cauſam
tantae illius apud vulgus ſemiliter
opinionis fuiſſe, quam unam illam, &
tum hunc luxum atque ſupinitatem
ſtram, qua nobis ipſi indulgemus ad
dum? Quotus enim quiſque nunc
dioribus literarum monumentis ſtude:
ut veris ê fontibus hauriat animi
Itaque partim quae ab illo collecta
tanquam illius ſegetem admirantur,
tim tametſi aut ſciunt, aut ſuſpicantur
unde eum ſuffuratum: tamen eos
boris pertaeſum aut pigitum eſt, ut
veſtigent ipſi, an fideli opera retracta
neque laborioſi aut diligentis viri ſtudio,
Caeſaris aut Pii, aut alterius ſcopulum
ventum atque indicatum vitare velint.
inſcitiae atque ignaviae argumentum
manifeſtum eſt; hoc invidentiae an
tiae adſcribi debeat, neſcio. Eſt & alius
genus hominum, ii praedivites, praeq
potentes captant nullo ſuo merito au
plauſumque poſteritatis. Ergo vigilias ipſi
ſuas dicat Eraſmus; affert concelebration
nominum

nominum immortalitatem oſcitantibus, aut etiam ſtertentibus. Laudat animi dotes, quae plus in praedicatione, quam aut in praedicante, aut in captante exiſtunt. Mentitur ille non tam ſervilibus adulationibus, quam inſidioſa auri ſpe, quod extorqueat. Itaque ea ambitione, iis artibus Punicis partim corrupit, partim deflexit, alias deterruit maledicendi impotentia atque tyrannide. Quo factum eſt, ut, qui inter potandum aut nihil agendum, ſeſe repente putant effectos Theologos, ii arreptis illius novis ac praeclaris ſanctionibus, negotium faciant interrogando de rebus dubiis atque periculoſis, de animi noſtri libera actione, electione, judicio, voluntate, de divina deliberatione, de propenſione divinae mentis. Quibus de rebus majores noſtri nimis ſatis diſputatum putabant, ſi vel ſemel ea attigiſſent. Nunc novi homines Eraſmiani clamitant, nihil niſi divinae hiſtoriae contextum perlegendum, nihil niſi quod ex eo ſimplex ſpiret, tenendum. Num illi, iidem qui rejiciunt commentarios, nihil quam interpretantur, trahunt, torquent, rapiunt. Nonne & inverſa & addita verba invenias in Evangelio Eraſmicae interpretationis? Atque de his ſed inter epulas maxime diſputant

ſputant, Eraſmique nomine atque [illegible]tione ſilentium indicunt bono pudor[illegible] ingenio praeditis; quibus eo atque [illegible] tempore cedere, quam moroſa atque [illegible] vili contentione pravè dictum ulciſci, [illegible]ſtare videtur. Hoc quoque evenit ali[illegible]do nobis, ne quid nobiliſſimo in co[illegible] terturbaremus. Nunc vero cum gra[illegible]mis liteteris tuis ab eo metuendum [illegible] mihi minitaris, telaque neſcio quæ [illegible] ob oculos ſtatuis, atque ejus impetum [illegible]vendum mones, longe aliter evenire [illegible] atque aliis ſcito. Ego, Attice, ut ab [illegible] te illa viridiori mei tibi renovem me[illegible]tiam, non ſemper fugientem hoſtem i[illegible]ctatus ſum. Quos vero in fuga aut [illegible] aut etiam primo impetu nactus eſſem, [illegible] precantes ſervavi multos. Quorum [illegible] ſuſtinendam aliquando mihi impreſſion[illegible] propoſuiſſem quemadmodum formidari[illegible] teſtes ſunt cicatrices meae, quas in faci[illegible], tacitus, oculis legere conſueviſti. Mihi [illegible] Atticum ab Eraſmo metus, quem ego, [illegible] metuere atque etiam pavere diſceret, pri[illegible]mus ſolusque ita coëgi, ut orationem me[illegible]am nunc multorum opera factam ſimula[illegible]ret, nunc ab uno ne confici quidem po[illegible]tuiſſe vociferaretur nunc ejus auctorem

mentit

-ri, nunc furore diceret. Ego quo
-ri? quod te putidum atque noctui-
-caput, spurium in illa oratione appel-
-ausus non sum? Neque enim incerti
-quam â me adferri debuit. Verum
-erat tamen. At non constabat. Eras
-, atque etiam nunc spurius es, Erasme.
multi mihi ê commilitionibus retule-
nostris. Verum ei rumori fidem non
-ui: neque objeci tibi, ne vera com-
-taque caetera dicenti mihi omnia, non
-perentur. Nunc populares tui, aliquot
-am vicini viri boni, nobiles ex incesto
-tum concubitu, sordidis parentibus, al-
-ro sacrificulo, altera prostitura, qui pater
-us semel atque iterum â Pontifice casti-
-tus, cum ex illius praeceptionibus ad ve-
-ra scelera nova propensione fieret irrita-
-or, exilio multatus, vertit solum. Præ-
-lara parente soboles, citius Dei oblitus il-
-, an Deo oblatus, nescias. Ascitus enim
-ivinis, eum in ordinem cooptatus, qui â
-ivo Aurelio Augustino omnium bonarum
-rtium atque institutionum fonte atque flu-
-nine censitus est, parem sese atque aequa-
-em patriae praebuit probitati. Nam quod
-lle uni sibi pro bono recepisset, ut com-
miscerct incestus, is universae Reipublicae

Chri-

Christianae persuadere conatus est [illegible]
cujus verba illa? cujus sunt vero: [illegible]
eumne hic appellem defensorem, a[illegible]
mum reum? an subsellia Christia[illegible]
jus sunt igitur? (nam quorsum attine[illegible]
coactus coelibatus.) Non sunt Era[illegible]
neque enim ille proverbia confecit: [illegible]
sunt ejus, quae hinc inde collecta in [illegible]
coacervavit. Immo vero, ô Viri Chri[illegible]
ni, si quid solidioris eruditionis in [illegible]
scriptis inveniatis, majorum nostrorum [illegible]
filio atque opera & excogitata & digest[illegible]
telligatis: si quae labes, si quod vero[illegible]
offendatis, cavete, Erasmicum *illud* [illegible]
Negato, ut soles, tua esse verba [illegible]
Etiamne hoc tibi credunt isti pusiones, [illegible]
que ajunt me nimium excandescere? [illegible]
vero, ille in Religionis sanctitatem ac[illegible]
bior, an ego in illius acerbitatem gravior[illegible]
Atque optimus, nobilissimusque Amicus[illegible]
unus veri, aequi, boni. Judex justus [illegible]
dex acerrimus, furoris vocem ab Era[illegible]
mo objectam mihi interpretatur, quasi [illegible]
appellatione asperiorem modo aut acrio[illegible]
rem indicarit. Nempe. Ista enim verb[illegible]
asperi atque acris ignorabat scelus. Sci-
licet Poëtam me aut divinum intellexit,
Trophonium, aut Tiresiam, aut Amphi-

raum,

aut etiam Apollinem ipſum. At-
s , etiam licuiſſe illi negare, à me
tam orationem, propterea quod ama-
is appellationibus meis acerbius ex-
s eſſet. Ergo liceat illi mentiri, qui
mentorum ac vanitatum Deus eſt, ad-
s eum, qui nullam fere aliam ob cau-
ei eſt factus inimicus, quam quod
laciſſimum deprehendiſſet. Qui cum
rium ſtultitiae ſit aliena vitia cernere,
viſci ſuorum, qua defenſione ſalvus eſ-
offit, cum ea, quae in aliis falſo notat
itia, ut invulgentur, in ſe ab aliis vera
icata ut corrigantur, neque patitur, &
lies pejor fit? Itaque mi Attice, dolere
ſinas, inter nos eam eſſe controverſiam,
ae aut ſtudiorum noſtrorum conjunctio-
ſedari, aut literarum nobilitate debue-
prohiberi. Primum enim literarum ipſa-
m cauſa excitata eſt. Deinde quid ſimile
ter nos? Ille ſuperbus, avarus, Latinae puri-
tis contaminator, eloquentiae everſor, ſtu-
iorum carnifex, ſubdolus, inconſtans, vafer,
anus, alienae famae aut falſus proſtitutor,
urax arrogator, ſui nominis quaeſtuoſus
venditator, nonnunquam etiam miſer pro-
ditor; quippe quem ſeſe aut id, aut ita
dixiſſe negare nusquam pudet. Inimicior

 ſibi

sibi post castigationem, quam nobis accu-
cusationem. Neque enim de nobis
male sensit, quam misere de seipso. E
nim verbis nos est insectatus, rebus
affecit foedis. Tum autem non tam
stra sustulit, quam delevit sua. Nec
tam cupide ex suis invexit nova ad de
sionem, quam invertit vetera ob repre
sionem. Ego contra, ne quid de me in
lentius dicam, unum hoc profiteor, Chr
stianorum civium peccata tum in re sa
ria, tum in vita *civili* atque ea quo
quae ad *Religionis nostrae* cultum pert
rent, *aut tacita* habuisse, aut clam castig
se, aut sublatis nominibus, quantum in
fuit, correxisse. Iste Pontificum nom
proscripsit, etiam funere elatis Princip
objecit exilia, quorum viventium prob
tem metuisset: fabulas de religiosis
etiam appositis nominibus & finxit, &
go prostituit. Quare idem ingenium,
que animum eundem, neque unum
dium utrique dixeris, Attice, comm
Literarias operas, inquies, accipio.
ut commaculet, ego & eluam. Ille ut
gulet, ego ut servem. Ille ut evertat, eg
ut aedificem. Ubi aut unde, inquies, ost
des haec? Ostendam vero multa. Non

rtia oratio mea his est onerata mon-
Immo vero ostendam nihil. Quasi non
abeatis ex iis, quae in oratione prima
a sunt, quantos ego illi errores de-
m suos, qui etiam nunc ferula, sed
illa digni sunt. At inquies, præstant
facta. Ubinam igitur ea sunt tandem?
nne ea, quae iste tamquam pensili
atilique in scena alia voce ostendit vo-
quae veteres pure atque apte elabo-
ent, illorum hinc gloriam vindicabunt.
suo vere ille quid dederit, nisi con-
are religionem? Quod tu cum fato
odam immerenti illi evenisse dicis, quasi
tus ad excipienda tela exprobrationis, me-
is acceptus modis dicitur â piis viris at-
ie religiosis. Quem si resipuisse in Reli-
onis causa, quemadmodum in Ciceronia-
a dicis, laudo. At sane sic resipiat, qua-
& Religionem nostram ejus & sui eum
nisertum sit. Quare igitur obdurat obsti-
iatus, quasi aliter â se scriptum persuasum
velit, pergatque contendere. Nam qui
ic se defendit, quae fecit, damnat, non re-
ficit. At isti sui catelli, fluidum loquendi
illius vocant genus & familiare. Ergo qui
minus intelligatur, quam quo sit scriptum
pacto? O vere fluidum, ô nimis etiam fa-

miliare, â cujus quippe insinuationib
sepulchra quidem tuta sunt ipsa. Et
illi â quibusdam impositum; profectò v
Pietatis personam Mezentio cuipiam in
situm sane. Nam, ut verum tandem
tear, mirum fuerit, nisi ego non solum
dicit, furere instituerim, verum et
insanire, non ut illius teterrimam
mitarem animam (nihil enim
viribus opus est) sed istarum
dum cum demirer stupiditatem, qui
hominem, qui suiipsius promulgatione
sententias, dictiones aut impudenti
tione, aut infami retractatione turpi
damnasset, non solum venerentur,
etiam ipsis anteferant emendatoribus.
est: semper vera laus â vulgi sordibus
na fuit: doctiorum contenta judicio: quo
rum numerus perpusillus semper est.
doctissimorum animum erga eum propo
sum objicis, Attice. Sustinetur igitur illo
rum ille potius pietate atque misericordia
quam sese sua ipsa virtute sustinet. Eorum
ego consilium equidem ignoro, pruden
tiam desidero, morum animique simili
dinem valde vereor. Te vero etiam
veritatis normam vocare nos. At nihil
li infestius, quem defendis, quam et
nomi

norma, cujus ad libellam vocàs. Studiorum labem quod eum appellarim, non probas. Ne igitur esto ut hoc donetur tibi. Non esse contendis. Immo vero nihil magis. Nam quale mihi harum inimicitiarum praemium sperarim, nisi quod fortissimis veritatis Patronis proponitur gratia, favoreque posteritatis? At temeritatem incusabit aliquis. Hoc pravis judiciis aut timidioribus ingeniis evenire solet: qui aut nesciant, quales sint sibi provinciae capessendae, aut minus aggredi audeant, quod factum vellent. Virtutem pro fortuna metiuntur, fortitudinem pro temeritate inique ducunt. Omnium vero ordinum maculam cum vocarim, quis tibi ego videor tandem? nonne in quem sese e paternis incoestibus contulerat in ordinem religiosorum hominum, & dum ibi desideret, consuetudine stuprorum contaminavit, & cum descivisset, irrisit scurriliter, illusit impotenter, inimice insectatus est, proscidit famosissimis maledictis, quasi vero non in eum vitae flagitia intulisset, sed ab eo adversus eloquentiae atque Religionis puritatem instructus armis telisque fatalis nequitiae licere putaret sibi perfidiae crimen augere impudentia luculenta. Credo, cum

quorundam nebulonum furorem ca
bundum, subjectis & futurae gloriae & i
rati successus facibus, concitasset, illis
vit postea? immo vero partim metu
mulavit, partim invidiam facinoris
clinaret, publica diremit inter se atque
los commercia. Itaque unum ex illis
proceribus hisce auribus audivi Erasmi p
fidiam ita detestantem: Ah pessimum
fugam ac desertorem. Certe ipse &
& nostras res prodidit inimicis nostris.
dat & nomen, ubi collibuerit tibi. I
metsi illius animi moderatione potuit
miseria, & dum viveret, tolerari, nunc
defunctis manibus deprecantur ma
praeclarissimaque praestandis ingenii mo
menta. Cujus equidem ut miror me
riam, ita doleo, non licuisse ei suo
gi fato, sed conjectum in has turbas
nae supplicia temeritatis, extrema
affectum exilio, tolerasse. Execrabitur
tanquam teterrimum caput, nostrum
Catilinam, qui vere & doctissimus fuit
de turba Graeculum quempiam suscitas
testem putes & illius factionis popularis,
amplius praedices, Erasmum falso infam
ri. Quid plebem, miseram Germaniae
dicam? ei ordini quanto iste malo fue

Ceter

am amplius millia caesa sunt, diruta
la, vastati agri, virgines prostitutae.
nihi quaeso obstrepe, ab eo hoc mali
esse concitatum. Interroga illorum
as, liberosque superstites, conveni Sa-
otes, consule Principes exactos, fiscos
ptos, vectigalia intercepta, decimas in-
ictas, quas iste novus Deus rapinas vocat.
n licet, inquit, nisi decimatum vinum
ere. Hem Erasme, vinnm? Audis, Attice
num illum bifrontem, aurei saeculi, Satur-
ibus, etiam servos ad pileum vocantem?
num vero decimari stomachatur. Hoc il-
m pupugit, referri in eas cellas vini portiun-
ulam, quam Deus Optimus Max. manu
a Sacerdotibus dispartitus, habuit a pro-
nis segregatam, in quas olim cellas si
omportatum non fuisset, nullum ille bi-
issset. Si igitur â decimis, quae in sacris
Religiosorum collegiis Viros sanctos alunt,
e ad profanam partem longe majorem,
Erasme contulisti, permitte illis frui iis por-
tiunculis, quas tu miseras existimasti, his
fruere beatioribus, neque enim exhauries
universas. Largiores enim sunt, quam aut
deserant sitim tuam, aut defraudent mini-
ma illa portiuncula Pontifices nostros. An
non illud vinum sitiebas, Erasme, quod
illi vitae opellis sustinendis dono acciperent,

 sed

sed religionis nostrae sanguinem, cujus haustibus non tam nominis, quam furoris tui aleres incrementa. Jam illud quoque opinor, defendes, Attice, quod ejus impulsu facinus fecit Belga quidam alicui nominis sicarius. Is conquisita coemptaque atque etiam accepta commodato, orationis meae exemplaria, quantum ubique terrarum, qua faceret iter, fuit, igni consumsit. Is hujus parricidii quasi ultionem silentium ipsum metuens, praemium facinoris abs se divulgati famam petit. O facinus animadvertendum! Eae sunt artes illae praeclarae, quibus certat Erasmus. Hic ille habet Lentulos, hos Cethegos. Quorum aliquot cum sanctissimi Judices Parisiorum vindicibus flammis ab illis sordibus perpurgassent, eos judices iste novus Herostratus pari talione qui non posset referire, orationem meam, qua illorum sententiae fui scripsissem, pari supplicio ultus est. Se ipsum tamen, qui luculentissimus Rhetor esset, percommode possit ita defendere. Suo aere emptos libros doctissimi cujusque secundum atque etiam gratiosum judicium spirantis, constructis rogis exustos igni. Vides publicum carnificem cruentum parricidam, pestilentissimum pollinctorem,

cete-

imum uſtorem, qui librorum juſta
. Quaeris hoc quoque nomen? Tibi
tur, ubi voles. Jii ſunt, quos tu Phi-
phos vocas, Attice, quae eſt modeſtia
e aequanimitas tua. At ii, qui non
oriâ virtute atque fortitudine freti, ſed
nis detrimentis atque diſpendiis princi-
um quaerunt ſibi. Ite nunc, alite eo-
a inſaniam, deturbate optimum quem-
: de patrocinio bonae famae, aperite
mmuniteque viam ſceleſtiſſimo cuique
ea facinora, quae ſi ad Senatum veſtrum
ferrentur, capite lui debuere. Etiamne
bis noſtri nominis interitum deprecari
on licet, quorum animi venenorum inſi-
is ſunt circumventi. Nullus libertati,
ullus cultui literarum, nullus incolumita-
, nullus vitae, nullus jam ſupremo ſpiri-
ui, nullis denique nominis hujus perpu-
llae, perque miſerae umbrae, non luci
elictus locus. Haec eſt illa, cujus nomen
antopere celebrant, rem nullam vident,
pietas, ut laceſcentem repellere nefas ſit.
Vni omnium Chriſtianorum Luciano, ma-
ledictis, convitiis, calumniis, ſycophantiis,
ſcurrilitatibus abuti fas ſit. Eas peſtes ve-
ris Chriſtianis, probis Viris, nobilibus ci-
vibus averruncare fas non ſit. Quod ſi

istis eruditis neque hoc credimus, neque credemus eruditos? non enim nominis strepitu inflatus, alieno judicio persuasus, uno aut altero excusso veterum librorum loco, ejus tituli ambitum mihi vindicat. Est, ubi rerum multarum atque pernecessariarum scientiam desideres, delicatum illud ac fatale otium non desideres. Age vero: eruditi sunt, docti sunt, omnium scientiarum pleno orbe instructi, sua igitur ipsorum quae recta sunt, ab aliis probari sua habeant, probent ipsi, Erasmicas pustulas ne probent. Criminis enim participes atque insaniae potius, quam patroni judicabuntur. Neque enim ita judices sunt, ut judices ipsi non habeant. Habent vero, atque eos ita habent; ut ita judicent, qui Judex manifesti peccati reum patrocinio foveat, pari supplicio dignum. Aetatum vero venenum curâ me atque aliis meritò non dicam: Nonne nefariis impietatis exemplis puerorum tenellos animos imbuit in trivialibus illis colloquiorum nugis? Nonne in iisdem juventutem â divinis avertit institutis, nonne aetate statâ hominem piscium obsonia detestantem introducit in scenam illam sceleratam? Mirificum poëtam verò, qui de Theologicis sanctionibus, de divinis

con-

ßiliis lanium atque falsamentarium di-
cantes facit, transferens eam sapientiam,
am ipse falsò ac temere profiteretur, ad eas
es, quas ad se referre potius debuisset.
ommodius enim de falsamentis ipse, quam
e de abstinentia disputasset. Hæc est pru-
entia numinis illius, â quo responsa quòd
on petat Scaliger, stomachantur. Quare
uod privatum odium redolere nostras di-
s controversias, cum nullam videas sub-
esse causam, ne amplius obsecro, Attice,
utato. Privatim ego ullum oderim?
egone illum? nam quamobrem? Ejecit
ne patriis ê sedibus scilicet, scripta mea
oppugnavit, nomen convellit. Nihil vero
minus. Immo equidem exulem me verè
existimem, nisi me vel illo invito intra Latii
fines, ê quibus libros nostros retraxerat, con-
tinebo. Immo mea illum scripta expugnà-
runt. Immo ejus furoris longe lateque
grassantis impetum sustinuimus primum,
deinde retardavimus, tum autem cohibui-
mus quoque. Quod vero per virtutes tuas
oras, hanc ut ego ei injuriam condonem,
facile me abs te optimo atque amicissimo
patiar fieri meliorem, dum ille in me de-
terior ne fiat. Si hoc pro illo tu spondes
mihi, omnia de me illi pro te, quae voles,
feres.

feres. At ſum Chriſtianus. Quid is tandem vero eſt? Si Chriſtianus, cur mihi maledicit impudens? Si non eſt mihi Chriſtianus, cur ego illi ſim? Neque vero iſtiis cum eo certare in animo eſt mihi. Sed quemadmodum in Jure Civili fit, in conviciis uſu item venit. Scis jure ipſo homicidae morte homicidio mortem ... tam multari. Idem factum â duobus, non idem eſt. Ita convitium, quo flagitioſi ſycophantae convitia tolluntur, nullo modo eſt convitii nomine appellandum. At des hoc literis. Immo vero litteris contentionis genus hoc dedi, Attice. In ... rum ille profugiat ſinum, aram ... neat. Satis habebimus. Dem aetati ... crepitae. Detur ſane: modo edentula ... illa ne mordeat. Equidem eam ... ſoleo venerari, ſed innoxiam. Verum, Attice, τὰ μετὰ καὶ ἀδιάφορα. Illa ultro ... convertant, atque inclinent, perinde ac... pienda ſunt. Quid ſi neque modeſtiae neque pudori ceſſerit? Feram? non puto. At hoc Chriſti eſt: at illud quoque Chriſti. Jus ſuum cuique reddere, veritatem profiteri, vulpes, viperasque atque etiam canes appellare. Quare mi Attice, cum pro Gallici nominis, pro literarum, pro *Religionis* ...

causam ita foveas adversus simplicissimi atque lenissimi animi virum, literarum admiratorem observatoremque, superborum inimicum, studiosorum cultorem, amicissimum atque intimum tibi: ut iccirco te fecisse dicas, quo meam (sic enim vocas) eloquentiam excitares: sanè â me tibi pro illo gratia debetur immortalis. Ille vero, sive rem confecisti, si ad animum tuum spectet: sive ego confecerim, non tu, nullam debet. De Clodio nostro, quod altera epistolae parte mecum sentis, levatus equidem sum onere ac taedio prioris orationis tuae. Quod onus si ab reo esset impositum mihi, sane incommodum fuisset. Nunc cum abs te videam consarcinatum, pergrave profecto, ac peracerbum est visum mihi. Sed ad Clodium. Etiamne conviciis te nebulo? ô hominem scelestum cujus tu gratia vel cum gravissimis viris graves inimicitias suscepisses. Verum inter caeteros animi illius intemperatissimi aestus ac tempestates, nullo insigniori morbo eum praedicant laborare, quàm perfidia & levitate. Quamobrem ejus tum amicitiam, si qua in pravo ingenio esse potest, tum inimicitias, si quae in tam vili monstro sunt aestimandae, tantidém facien-

das

das censeo. De Pinachio vero qu[...] inde amicè scribis, atque candid[...] mihi praedicasti, aeque illi gratulor, [...] tui accedere gravitatem & mihi g[...] meum judicium tuo ipsius esse comp[...] tum. Cum vero addis: illius neque [...] manitate neque odio effici posse, ut [...] lo genere humanitatis, aut boni p[...] tisque Viri officio cedas, profectò q[...] me adversus impuri Catilinae rabiem [...] taris, talem te erga Virum Optimum [...] cile ostendis. Quod vero quaeris, [...] ille sit tuendo nomini Aquitanico [...] habiturus, nondum satis habeo explo[...] Frigere tamen admodum mihi visus [...] Hoc enim constanter tenere, atque [...] palam profiteri, mallem injuriam pati, q[...] facere.

Quae ego illi contra responderim, q[...] quam ad rem faciunt, tamen aliis [...] nos: Hoc unum ex multis: sine co[...] rem agat, Patriae opem implorantis c[...] suscipiat, quam metu videatur prodi[...] si nihil de se praedicare paratus sit, u[...] illa saltem pietatem colat. Visus [...] nonnihil hominem non ignavum a[...] acutum suscitasse. Eam provinciam si [...] pessat ille aliquando, DEus immort[...]

qu[...]

:aeclare confectam dabit. Te vero :ente, quid fiet, Attice? quid enim? reor? At non es Aquinatus tu? i despicis ita, ut plebejum quem-ratorem, cum eo velis committere, non meminisse, te non tam adver-lum, quam pro nobilissima patria .facturum, ex hujus splendore tuo i nitorem partum, ex illius obscu-nihil ignobilitatis, sed ex nobilitate lius rusticitatem oppressum iri. P. Bu-) salutem, cui equidem libri curam isse video, cujus ne nomen quidem emoria habeat. Neque enim Galeni rum pars est ulla, uti autumas: sed ocratis opera Graecè scripta. Nam .ticus canis quatuor absumpsit paginas heo codice, qua parte Polybus de fœ-natura scribit. In Candelaei aut Val-, Bibliotheca esse spero, unde petas. n si mihi mittendum cures, erit, ubi eram gratiam: atque librum ipsum bi-um ad summum eâ descriptum parte re-ittam tibi. De Nemesi quod quaeris, an itam in vulgus viderim: Scito triduo, ntequam tuas acceperim litteras, missam se mihi â Sevino Lutetiâ,

Quare

Quare nihil est, quod jam non debe tibi, etiam vitam hanc, cui illam alter immortalem tuâ ista humanissimâ operâ jecisti. Addis etiam nummos? Hui mos vero? At contra ab illis expecta Neque enim quampiam invenias ferè li riorum operam consultius collocatam. enim probatur sapientibus, ut me ipsu in Tragoedia superasse dicunt. Ego q alii sentiant, plurimi quidem facio: de ut dicam, numquam alibi aeque ma atque luculentis de causis placere deb mihi videor. Vale. Agenni prid. C Februar. 1535.

16.

Julius Caesar Scaliger Ma-theo Bandello S. P. D.

QUae res maxime permovere poss animos hominum vel pruden vel etiam obstinatorum, amor & autori eae me huc Bandelle, perpulerunt, u mei oblivifcerer, cum in primis velle meminisse, & alieno jussu ea facerem, qu alios meô suasu fecisse nollem. Ostend rat Erasmus, quali esset animo erga de quentiam. Ea res cum caeteris omnib

co

conticeſcentibus, à nobis certo fato agitata eſſet, ab aliis aliter accepta eſt. Apud ineptos plus valet gratia. Cordati pro favore judicio uſi ſunt. Eo tamen res cecidit, ut lenitas mea vinceret, praeſertim ab optimis Viris, quos & illius miſereret & pigeret meae provinciae, eo deducta, ut pro contentione ſtudium nominarent, pro pace proponerent oblivionem: Tu vero, qui eſt amor erga me tuus incomparabilis, cum animadvertiſſes, pervagante illius vaniſſimo Dialogo noſtrarum orationum exuſta exemplaria, illo toties reſtituto, interpolato, emendato, noſtra ulceroſa vix ab auctore dignoſci poſſe, poſtulaſti pro tua amicitia veterem memoriam novis conſiliis inſtaurari. Neque enim aliter videri doctis Viris poſſe, quàm me aut poenitere provinciae; aut diffidere viribus meis. Auctoritate autem ea uſus es, ut negares condonari poſſe vel â me vel ab alio cuipiam eam injuriam, quæ facta eſſet univerſae Reipublicae literariae. Vale.

* * *

In fine harum epistolarum MSto *Uffenbachiano sequentia adjecta erant:*

JUlium Caesarem Scaligerum serió pos omni simultate, cum *Erasmo nostro* gratiam redire voluisse, conciliante Jaco bo Omphalio Viro integerrimo doctissimo que, ac utrique etiam *amicissimo*, ex ep epistola (*a*) satis patet. Sed invidia om bus praeclaris *incoeptis* fatorum vis non passa fuit, duos maximos *Viros tanti mu* compotes fieri. Vix enim *duobus mensi* bus post, quam haec epistola scripta fuerat, Erasmus vitâ defunctus est. Ex cujus mor te quàm gravi doloris *vulnere perculsus* fuerit Julius Caesar Scaliger, satis hoc illu stri de Erasmo elogio posteris testatum re liquit: quo omnium praeteritarum inju riarum maculas facile aboleri posse pu mus; idque propterea commode hoc loco inserendum duximus, ut humanus animus ac lene ingenium illustrissimi Viri omni bus pateat.

Di-

(*a*) Quae legitur inter editas Scaligerianas p. 326

Desiderio Erasmo Roterodamo.

Tune etiam moreris? ah quid me linquis, Erasme,
Ante, meus quàm sit conciliatus amor?
Tune etiam? cui tam parvus fuit orbis, ut altae
Expleres mentis fulmina torva tuae.
Ergo sidereis postquam est subvecta quadrigis,
Atque Dei laeto lingua recepta sinu:
Ille ego qui insanae videbam vulnera mortis,
Conditaque Aetnaea tela trisulca manu,
Ad quodvis stupeo momentum, ac territus asto,
Maxima cum videam numina posse mori.

IX.

EPISTOLÆ QUÆDAM BALUZII, SCHILTERI, MABILLONII, RUINARTI (a)

A.

Clarissimo Doctissimoque Viro, Frederico Benedicto Carpzovio, Senatori Lipsiensi, Stephanus Baluzius Tutelensis S. P. D.

QUamvis nullum mihi tecum commercium esset, Vir Clarissime, ignotum tamen mihi non erat no-

(a) Has una cum pluribus aliis, in posterum ... publicandis, e Bibliotheca sua instructissima meis benevole concessit usibus Consultissimus atque Celeberrimus Campidonensium Syndicus D. Jo. Christianus Simon, Fautor meus Honoratissimus. Omnes vero ex autographis descriptas dedi, si exceptam primam a Baluzio ad Carpzovium datam, cujus apographum ad Schilterum transmisisse videtur Ill. Carpzovis, Optandum vero foret quam maxime, ut plures nobis præsto essent ipsius Schilteri responsoriæ, dignissimæ profecto, quæ e latibulis suis protraherentur: sed paucissimarum exempla penes se servavit Vir longe occupatissimus, &c. Aliorum igitur hic ... obstetricante opus est.

nen Carpzovium, quod inter bonarum rarum studiosos satis vulgatum ac cele- est, adeo, ut hospitem & peregrinum his studiis esse oporteat, qui ejus noti- m non habuerit. Itaque jocundum mi- valde fuit, literas abs te accipere, ut qui tis doctis notus esse, ab eisque diligi ma- me cupiam præsertim ab iis, qui prima ca tenent, cujusmodi te esse, Vir doctis- me, & jam forma acceperam, & epistolæ æ fidem mihi faciunt. Quæ videlicet es me cogunt, sane non invitum, ut tibi ratias agam pro tua humanitate, tibique ollicear animum istius beneficii memorem, effecturum me porro, ne te pœniteat dedis- e. Unum tamen a Te peto, ne me iis laudibus ornare pergas, quibus plenæ sunt literæ tuæ. Tenes enim illud Symmachi a- num: *Ut vera laus ornat, ita falsa castigat.* Ego mediocritatis meæ conscius, nec ta- men bonæ famæ contemtor, non refugio quidem eam laudem, quæ me deceat, sed non admodum lubens fero, si quis me plu- mis vestiat alienis.

1. Sæpe dolui, non esse *commercium li- brorum* inter Bibliopolas vestros & nostros, adeoque me oportuit Argentoratum ali- quoties scribere, ut e Germania vestra ha-

berem nonnullos, quorum me cupido i-cesserat. Ego enim ingenia vestra non so-lum non despicio, sed plurimi facio, ut qui multa bona didicerim in libris Germano-rum, quorum satis magnam copiam habeo. Ne vero deinceps huic dolori aut querelæ locus esse possit, avide arripui consilium de quo ad me scripsisti, & typographo meo, qui idem & bibliopola est, consului, ut li-bros Germanorum scriptorum acciperet pro suis, & quid pecuniarum vestri blibliopo-læ expendere cogantur, neve ipsos libros vestros numerato pretio emat. Postulat itaque, ut huc mittatur Catalogus librorum vestrorum, qui Gallis nostris utiles aut ne-cessarii esse possint, addaturque unicuique pretium; pro quibus ipse, cum eos acce-perit, alios e Gallia, quos optabitis, dabit justo item pretio. Sic esse facile poterit li-brorum commercium inter Gallos & Ger-manos.

2. Librum *Lactantii de mortibus* persecu-torum, minime sane adulterinum, scio ve-neraberis, quum videris. Continet enim bene multa notatu digna, quorum nulla apud alios auctores memoria reperiebatur; & ejus ope scriptorum veterum errata cor-riguntur, & recentium conjecturæ falsæ osten-

oftenduntur. Conatus fum pro ingenii, & eruditionis meæ tenuitate hunc librum emendare, explicare, illuftrare, Tu tuique fimiles, Vir doctiffime, videritis, an meam operam bene collocaverim. Certe in id incubui, ut & Ecclefiæ & literatorum ordini aliquid afferrem commodi & utilitatis.

3. Liber *tertius mifcellaneorum* meorum nunc fub prælo eft, emittendus, fi Deo placuerit, ineunte Martio. Continebit tantum hiftorias virorum aliquot illuftrium veterum temporum, initio facto a geftis Aldrici Epifcopi Cenomanenfis, qui vixit fub Imperio *Ludovici Pii*; quibus in geftis, quæ funt hiftorica, tot exempla bona difciplinæ, ut affirmare aufim omnes, quotquot bonarum literarum ftudiofi funt, mihi gratias habituros propter eorum editionem. Sequetur vita Sancti Gerardi, ArchiEpifcopi Bracarenfis, ab ejus difcipulo Bernardo Archidiacono Bracarenfi fcripta, in qua multa item funt notatu digna, præfertim quoad *hiftoriam Lufitanicam.* Vixit autem hic Gerardus tempore Pafchalis II. Papæ. Hanc excipiet narratio de vita & converfatione nobilis viri Pontii de Larazio, qui paulo poft S. Gerardum floruit, fcripta ab

jam emendatos habeam ad vetera
ɔplaria manuſcripta, tantumque tem-
: opus eſt, ut eis ornandis & illuſtran-
aliquam curam dare poſſim.
Hildebertum Cenomanenſem neſciebam ab
è veſtris fuiſſe donatum nova luce cum
tis prolixis. Quum editionem illam vi-
rò, ad te reſcribam ſententiam meam;
G is effecit, quod egò efficere medita-
r, mihi gratulabor, quod ea laborum
eorum parte levatus ſim a manu erudita.
vero notas tantum Grammaticas aut Phi-
logicas addidit, neque Codicibus MSS.
ſus eſt ad emendandum hunc autorem,
on abjiciam inſtitutum meum. Etenim
: elegantis ſcriptoris opera contuli cum
nultis antiquis exemplaribus, & pleraque
abeo, quæ nondum edita, notas porro in
um comparavi hiſtoricas.

7. Vir Clariſſimus & doctiſſimus ac mihi
amiciſſimus *Cotelerius* parat ſecundum Mo-
numentorum ſuorum tomum, eumque ty-
pographo daturus eſt primo quoque die.
Poterit autem emitti in publicum exeunte
anno, quem nunc auſpicamur, quem tibi
fauſtum ac felicem fore precor. Dominus
Carcauius nihil hactenus edidit, & valde
ſenex eſt. *Lacarrius* vero edidit Claramon-

ti in Avernis historiam Christianam ... ratorum, Consulum, & Præfectorum ... torio Orientis, Italiæ, Illyrici, & Galliæ ... tum etiam historiam Coloniarum a ... in exteras nationes missarum. Senex ... sed tamen ingenium habet vividum, ... laboris capax est, Etiamnum prælo ... mittit opus novum, quod brevi ex... publicum. Titulus & materia libri ... excidit. De *Paulino Petricorio* nihil ... quod dicam, & primam illam *Juren*... tionem nondum vidi, si ea in manus ... inciderit, lubens ad te mittam. Quæ ... notas in illum *Barthii*, nisi sint ... & reconditioris eruditionis, typographi ... stri nollent ullos sumtus facere in ... edendis. Itaque tutius erit, illas comm... tere alicui e vestris. Cæterum habeo ... que tibi gratias, quas debeo, Vir hum... nissime, quod mihi amicitiam concilia... *Casparis Ziegleri*, viri doctissimi, cujus ... nomen & aliquot lucubrationes noveram ... accepi epistolam ejus a te missam, cui nunc respondeo. Legi Dissertationes ejus, quæ simul cum Epistola ad me pervenerunt, ... quibus facile cognovi, veram esse opinionem, quam de ipso conceperam, nimirum virum illum esse multæ ac variæ lectionis ...

Sed

Sed ut libere loquar, quod ſentio, ut meus eſt mos, vellem ut abſtinuiſſet a laudandis nominibus quorundam vulgarium, & ut ita dicam, diobolarium ſcriptorum, quorum nemo è noſtris, modo paulo eruditus, auctoritatem in ſuis ſcriptis uſurpare auderet, quorum tamen ſententias frequentes refert & deſcribit Zieglerus. Spero autem vos mihi ſanctiſſime ſervaturos amicitiam, quam mihi pollicemini. Ego curabo, ne quid committam adverſus reverentiam, quæ veſtris nominibus ac virtutibus debetur. Interim Valete uterque, & me ſemper amate. Lutetiæ Pariſiorum, Kalendis Januariis. MDCLXXX.

De *Wanslebio* olim veſtro pene exciderat ad te ſcribere, Vir Clariſſime, itaque heic in fine harum literarum ad illud tuarum caput reſpondeo. Poſt reditum ſuum ex Oriente, quo a Duce veſtro miſſus fuerat, Romam profectus, apud Viros ſummos in pretio fuit ob famam eruditionis. Deinde arripuit inſtitutum, non Jeſuitarum, ut tu putas, ſed Dominicanorum, & non ita multo poſt huc Lutetiam venit. Ibi aliquandiu manſit inter ſuos Dominicanos, &

ret, quibus instrui & ornari posset Bibliotheca regia. Aliquot tum annos egit in oriente, unde immensam librorum multitudinem misit in Bibliothecam regiam, quibus bene multi sunt & optimi & rarissimi. Hinc redux ad monasterium suum rediit, ediditque *historiam Ecclesiæ Alexandrinæ* in uno parvo volumine. Iterum vale, Vir Clarissime.

B.

Clarissimo Viro Joanni Schiltero Consiliario Aulico Wimariensi Stephanus Baluzius Tutelensis S. P. D.

Citius respondissem ad literas tuas datas Idibus Martiis & VII. Idus Septembris Anni MDCLXXXII. nisi dum fuissem occupatissimus in edendo primo tomo novorum Conciliorum: quo vix absoluto ereptus nobis est Vir Excellentissimus & nunquam sine laude nominandus Joannes Baptista Colbertus. Quæ calamitas quantum me afflixerit, Tibi, Vir Clarissime, relinquo judicandum. Eam porro secutæ sunt multa, quae meum cum viris doctis commer-

mercium interruperunt, immo effecerunt, ut ferme bellum mihi esset cum libris & schedis meis. Hinc factum, ut etiam suavissimæ literæ tuæ, & opus tuum de libertate Ecclesiarum Germanicarum in oblivionem venerint, tamen etsi certum sit destinasse me ab initio ad te perscribere sententiam de illo meam. Fateor enim atque profiteor, Eruditissime Vir, me commentationes illas tuas, ut tu vocas, magna cum voluptate legisse, tum propter argumentum ipsum, quod est nobilissimum, tum quia scriptæ sunt eleganter & plurima eruditione refertæ. Unum libere reprehenderim, quod me illic laudas supra quam vires meæ ferre possint: cui multum detulisses, si laudasses in me amorem literarum & reverentiam meam erga viros doctos, præcipue vero erga communem amicum nostrum Hermannum Conringium. Sed ut ad opus tuum redeam, Vir Clarissime, valde probavi tuam illam moderationem in scribendo, a qua vestri homines recedere solent, quando de Episcoporum nostrorum ac præsertim Romani potestate tractant & de disciplina hominum ecclesiasticorum. Nam quod interdum in nos insurgis, lubens con-

quid affectui partium, præsertim cu-
heic quoque agnoscere cogar moder-
nem in scribendo tuam. Scripseram ...
re libere, ut erat nostra familiaritas ...
meus est mos, ad eundem Comi...
qui, ut erat natura vehemens & ca...
sibi temperare non poterat, quum oc...
incideret stringendi stylum adversus Ec...
siam, quæ Romano nomine gloriatur ...
ille quidem rescripserat temperaturum
calamum quantum fas esset, &, quæ e...
ejus summa humanitas & modestia, gra...
egit, quod eum ita monuissem, & po...
rogavit, ut pergerem. Tu ergo, ...
eruditissime, fecisti sponte, quod Com...
gius a me persuasus facere decreverat ...
quod ostendit suavitatem ingenii tui, ...
Ciceronis verbo utar. Cæterum & illu...
quoque valde placuit, quod homines n...
stræ partis interdum laudas, eorumque a...
ctoritate uteris ad confirmandas comme...
tationes tuas. Quamquam maxime ve...
lem, ne vulgarium quorundam & dici...
larium, ut ita dicam, scriptorum, etiam
Gallorum, testimonia tanti fecisses, quæ
ea te fecisse palam est. Qui in gratiam
eruditorum scribunt, debent, ut ego qui-
dem arbitror, abstinere a laudandis loca-

ba-

bus illis, quæ in præsens scriptæ,
pandam nimirum auram vulgarem,
tinent ad posteritatem. In quo
sæpe labi vestrates scriptores jam
sum apud eorum nonnullos. Sed
erelarum.

scribis de auctoritate Conciliorum
enicorum & universalium, penes
ummum Ecclesiæ jus esse ais, non
at non probari ab iis, qui rectum
t & antiquitatis studiosi sunt. Verun-
n ista non impediunt, quin salva sit
ano Pontifici sua dignitas, quam
n vetera Concilia œcumenica agnove-
& confirmaverunt: id quod negari
potest ab eo, qui gustum nostrarum
rarum habuerit. Olim quidem, cum
oat immensum corpus imperii Romani,
agregandorum Conciliorum œcumeni-
rum potestas erat penes Imperatorem;
d nunc diviso imperio, & ita diviso, ut
uilibet Regum sit Imperator in suo re-
no, tamquam qui optimo jure eam par-
em teneat imperii olim Romani, non vi-
eo, quomodo fieri possit, ut Imperator
andem auctoritatem habeat sine consensu
Regum & Principum, qui superiorem non
agnoscunt in temporalibus. Ex ea porro
divi-

divisione imperii factum arbitror, ... tifex Romanus in se traxerit ... nem Conciliorum generalium jam ... quot seculis.

Valde lubenter legi, quæ ad me ... Clarissime, erudite perscripsisti de Ca- laribus Karoli M. Germanica lingua scr... & si me vivente contigerit corpus Cap... rium recudi, addam tuas illas observatio- nes in mea præfatione. Sunt enim op... & utiles. Finem imponam huic epistolæ ... prius te monuero, Vir doctissime, ... prehendisse me verum auctorem hujus ... tis historiæ, quæ descripta est in Chron... Abbatis Urspergensis, ab initio ... usque ad annum Christi MCXXVI. in q... desiit hic auctor. Fuit is Ekkihardus ... nachus, ut reor, Fuldensis. An autem idem sit cum eo, quem Trithemius ... fuisse Abbatem Urangiensem, aliorum ... judicium. Tu interim vale, Vir Claris- me, & me semper ama. Lutetiæ Pa- risiorum Idibus Decembris MDCLXXXIV.

C.

Illustri Viro Stephano Baluzio Tutelensi S. P. D.

JO. SCHILTER.

EXſpectatiſſimæ literæ Tuæ idibus Decembr. præterlapſi anni datæ commodum mihi redditæ ſunt nudius tertius, cum hic Francofurti ad Mœnum hærerem, cura & comite epiſtola Clariſſimi Arnoldi noſtri. Non major mihi theſaurus hoc tempore obvenire potuiſſet, ſive eum reſpiciam, qui mihi reſpondit, ſive eum, qui id anxie hactenus deſideravit, ex ſilentio aliquid ſiniſtri ominaturus, ſive argumentum ipſum ſcriptionis, plenæ benevolentiæ & amoris plane non fucati. Atque illam Tibi communem cum re literaria calamitatem, quam obitus Excellentiſſimi Viri Jo. Bapt. Colberti dedit, ex animo doleo, tum & alia incommoda, tum quod rempublicam fructu doctrinæ atque induſtriæ Baluzianæ per aliquod tempus carere oportuit. Sed his omnibus jam ſuperatis ſpero cum fœnore

epistola auro contra mihi semper ... eos jam tum decerpsi. Maximum in affectus argumentum est, quod indicas quæ placent in meditamentis de Libe Eccles. Germ. etiam quæ displicent non simulasti. Ex duplici itaque capite gr Tibi solvo, Vir Celeberrime, cumque fectum erga me Tuum perpetuum exopto, cui vicissim omni officiorum nere, quantum pote, respondere debe meque his debitorem obsequii prof atque constituo. Plane veteri commu que amico nostro Hermanno Conring non suavitate, ut vocare amas, ingenii obtusitare facile cedam. Cæterum alle tiones vulgarium scriptorum etiam in Zi lero nostro recte Te reprehendisse non idque vitium nationis esse reor, quod m himet valde displicet, sed si nationis e vix evitari potest. Quanquam sæpe ma exterorum fama est apud exteros, q suos: quandoque & posteris de præsentib quoque scribimus. Sed monenti parcit De auctoritate conciliorum oecumenic rum video unum nos sentire, quantum jus vetus, quo & Romano Pontifici sua gnitas constat: sed postquam jure novo divisis veteris imperii Romani Provincis

ipsi

inter Reges Christianos Romanus Pontifex in se traxit. convocationem Conciliorum generalium, in eo quæstio versatur, an eo ipso Imperator seu Imperium amiserit jus convocandi. Non nego, quod Imperator eandem auctoritatem sine consensu Regum & Principum, qui superiorem non agnoscunt in temporalibus, habere non possit. Verum enim vero etsi Reges & Principes illi superiorem non agnoscunt, agnoverunt tamen & divisis jam tum regnis Imperatorem dignitate inter ipsos superiorem, & qui jure directorii in caussis communibus Principum & Rerump. Christianarum generales conventus Christianorum convocare possit. Hoc arguit jus imperii universale a jure regni aut principatus, etsi superiorem non agnoscentis diversum, quod in Lib. V. de Lib. Eccl. Germ. tractavi. Quare etsi jure novo Pontifici Romano jus convocandi ab Imperatoribus relictum, id tamen juri imperiali subordinatum censetur, quemadmodum & cæteris Regibus & Principibus independentibus. Quæ de Capitularibus Karoli M. Germanica lingua scriptis annotaveram, non digna erunt illo honore, de quo scribis. Cæterum meditor adhuc

juxta & Saxonici, hactenus post
Serenissimæ Ducissæ nostræ Mariæ L
villiæ variis aulæ turbinibus impedi
vero Jenæ laribus privatis unice
stris deditus, quamdiu Domino pla

D.

JO. MABILLON

Ad

JO. SCHILTER
EPISTOLA.

Clarissime & Humani
Domine.

DIu est, quod gratias tibi debeo,
pro submisso libro tuo de Pace
giosa, quo me eximio dono *hono*
gnatus es; tum pro tuis observatio
de palatio Argentoratensi, aliisque, de
bus quod gratias tibi tardius agam, mo
quidam meus, non ita pridem gravis,
tercessit. Nunc vero ubi primum
habere cœpi, nolui apud te neglig
suspectus esse, nec differendum
qu

quin tibi quamprimum debitas agerem gratias. Optarem equidem aliquo munuſculo tuæ beneficentiæ quamdam rependere vicem: ſed mihi in præſens nihil aliud ſuppetit, quam nova editio Librorum Sancti Bernardi de Conſideratione, ex mandato Summi Pontificis Clementis XI. nuper a nobis facta, cujus exemplar R. P. Abbas Senonenſis, cui illud conſignavi, brevi tibi tradendum in manus recepit. Sed id quantulum eſt ad munera pene quotidiana quibus nos afficis? Atque utinam vel ſemel te reviſere adhuc liceret, Clariſſime Domine, ut de Pace Religioſa inter nos amice agere liceret. Si bene pectus tuum novi, totum ad pacem & communionem illam religioſam comparatum eſſe non dubito, idque vel titulus libri tui ſingularis abunde teſtatur. O ſi Deus tandem parietem illum medium, qui vos a nobis dividit, vel ſero removeret, ut in unam fidem & communionem poſtliminio demum redintegraretur! Hoc vobis omnibus opto ex animo, & precibus meis Chriſtum interpellare non deſino, ut veſtrates, teque inprimis ad avitam tandem ſocietatem & Eccleſiam reducat. Faxit DEus, ut in illa pace tecum dormiam & requieſcam! Vale, & vota

mea, vel importuna, æqui boniq
fule. Eadem illa sunt nostri Thei
Ruinart, qui tibi plurimam salutem,
que æternam, mecum *animitus* a
tur. Iterum vale. Parisiis XI. Kal.
1701.

Clarissime Domine,

Tuus ex animo

F. Johannes Mabillon

E.

SCHILTERI Reſponſoria.

Reverendiſſime Pater.

NUllæ mihi a Te debentur gratiæ de transmiſſis meis quisquiliis, ego vero & gratulor de recuperata priſtina valetudine, & gratias ago de transmiſſo gratiſſimo jucundiſſimoque munere S. Bernhardi Conſiderationum, quod R. P. Abbas Senonenſis cum Dn. Fratre mihi obtulit nudius tertius. Librum jamdudum amavi, quum de libertate Eccleſiarum Germaniæ commentatus: nunc quod a Te editus exoſculor ſuavius. Adimpleat Deus O. M. votum quod addidiſti. De Pace Religioſa jam tum transactum eſt inter Germanos non tantum, ſed & inter Regem Chriſtianiſſimum & Civitatem noſtram per Capitulationem: ſed reſtat, ut de Pace Eccleſiaſtica tractetur, quæ vero res ad Theo-

logos spectare videtur. De me e-
dem judicas, atque si sanguine me-
nionem hanc redimere possem, [illegible]
mus fuero: at privatus atque [illegible]
nihil valet: atque quum nihil [illegible]
stana Confessione, quod desiderem, [illegible]
non habeo, ut eam abjurem. [illegible]
enim S. Hieronymus C. VI. in Matt. [illegible]
net: *Non virtus, sed causa virtutis* [illegible]
DEum mercedem habet. Et si a [illegible]
paululum declinaveris, non interest, [illegible]
ad dextram vadas, an ad sinistram, [illegible]
verum iter amiseris. Quamobrem a [illegible]
clesias ipsas & harum Rectores specta[illegible]
scandalum schismatis tollatur, quod [illegible]
cum Ecclesia Romana impossibile judica[illegible]
tum propter nova dogmata post Eccle[illegible]
Apostolicam introducta, tum ex causa p[illegible]
litica, de imperio sacro & civili inter I[illegible]
peratorem & sedem Romanam divi[illegible]
Ego vero non impossibile judicarim & [illegible]
cum Frid. Ulr. Calixtus, Theologus Helm-
stadiensis, in Tractatu superiori anno e[illegible]
to sub titulo: *Via ad pacem.* Ipse ho[illegible]
anno obiit. Si nondum lectus, & no[illegible]
ingratus fuerit, mittam data occasione
Vale Vir amantissime, & porro pro con-
cordia Ecclesiarum mecum orare non de[illegible]

si

sa. Dn. Ruinarto & omnibus faventibus salutem plurimam. Vale iterum. Dab. Argentor. III. Id. Sept. MDCCI.

Reverendissime Pater

Tuus ex animo

J. Schilter.

F.

Viro Clarissimo & Eru

simo Domino Johanni
P. S. D.

Fr. J. Theodericus
M. B.

ABsoluta tandem est, Vir Clarissim
stri Gregorii Turonensis operum
editio, cujus unum exemplar tuo Co
hac urbe degenti ad te transmitten
commisi, quod brevi, ut ipse mihi
tus est, tuas in manus deveniet.
opus a Te benigno vultu suscipiendum
spero, quod te adhortante & animum
jiciente ad finem usque perductum est
utinam mihi licuisset sæpius tuis uti con
liis ac verbis instrui ad enucleandas,
mihi passim occurrerunt, difficultates:
sane mihi utilissimum fuisset. Verum
eruditio aliquando defuit, id semper
animo habui, ut numquam sinceritas
sideraretur, potissimum in exhibendis vari
codicum veterum lectionibus, sicque fieret,
ut si illæ lectiones, quas præ cæteris adh
bui, nonnullis fortasse displiceant, Vir
cu-

s, quæ in marginibus habentur, bitu amplecti possint. Et sane, mihi videtur, plus in ejusmodi s adornandis valet sincera simpli- m multa audentis nonnumquam a eruditio. Cæterum si aliquod occurrat, mihi tribuas velim, & re non graveris, cum prima sese occasio, id me spondeo emendatu- Interim me tui observantissimum pergas, Vir Clarissime. Domnus nes Mabillon plurimum te salvere iet. Dabam Parisiis in regali Abba- tia Sancti Germani a Pratis die II. non. Maji. A. 1699.



X.

X.

JACOBI BRUCKERI ADDITAMENTA

Quædam

Ad ſuam de Vita & Scriptis Ehingeri Commentationem.

AD pag. 23. not. b. *Erat)* etiam Clarmundus *in der Einleitung zu der Wiſſenſchafft der vornehmſten* Scribenten, *ſo die H. E. N. T. beſchrieben*, qui ait, Spizelium & Sagittarium (in Introd. in H. E. p. 329. ſqq.) referre, natum eſſe Ehingerum Auguſtæ 1528. d. 27. Septemb. conf. Serpil. de Comment. in Pſalm. Dav. p. 306.

Ad pag. 41. A. 1605.) male iterum Clarmundus 1604.

Ad pag. 44. A. 1617.) male iterum Clarmundus 1608. nec accurate Serpil. 1618.

Ad pag. 83. *urbe eum excedere)* defuiſſe Ehingero amicos veros etiam inter ſuos li-*teris* ad fratrem Chriſtophorum datis d. 1. *Mart.* 1630. teſtatur, ubi inter alia: *ich habe doch hie (in Augſpurg) und* in vicinia des meinen.

mehrertheil παρακλήτορας τῶν κακῶν, *Jobs leidige Tröster erfahren.*

Ad pag. 92. not. h.) Animadvertit jam in iſtam de filiarum Ehingeri pudicitia violata fabulam Auctor *der vernünfft. Urth. von Gel. Leuten p.* 124. Locus vero Serpilii ab Ambergero perperam allegatus extat in Comment. in Pſalm. p. 309. ſq. ubi multis quoque famam Ehingeri vindicat. Cæterum Cl. Joecherum in nova Lexici Eruditorum editione fabulam recoxiſſe, licet addiderit, fuiſſe a me refutatam, miror. Quid enim orbi erudito cum ejusmodi commentis? nonne gravi objurgatione debebat corrigi?

Ad pag. 103. not. l.) Ex Amœnit. lit. T. IV. p. 258. & 262. patet, Ehingerum Schotto MSS. procuraſſe, & Peireſcio ſubminiſtraſſe obſervationes de ponderibus & menſuris Ebræorum, ac MSS. cum eo communicaſſe.

Ad p. 128. inter edita Ehingeri opuſcula referendum quoque: Relatio S. Marci Evangeliſtæ corpus in inſula Augia divite, vulgo *Reichenau*, Epiſcopatus Conſtantienſis quieſcere, eruta ex Bibliotheca Reip. Ratisbon. ſtudio Eliæ Ehingeri. Edidit hoc opuſculum, & notationibus additis Specimini I.

Sco-

Sceletoman. Pontific. adjecit Georg. Zi-
schæus Argent. 1641. in 12.

In Epistolis quoque ipse meminit duo-
libellorum Dorschæo missorum: Mini-
& Antiminorica: it. justi tractatus sc.i.
Germ. & Lat. *Wo die Kirche Gottes ge-
ben, ehe D. Luther gebohren?* quæ indic-
est per singula sæcula doctrinæ de baptis-
cœna, justificatione. Num impressi hi
sint, ignoro. Sic & Anti Becani ab E-
gero editi meminit Baillet des Satir. pers.
T. I. p. 75. & ex eo S. R. Buddeus in Is.
Hist. Theol. L. II. cap. 7. p. 1251. sed nec
vidi ego librum, nec in catalogis scripto-
rum Ehingeri apparet, nec ipse ullibi a
eum, quod sciam, digitum intendit.

Ad pag. 135. *S. Athanasii*) Græco exem-
plari milites in illustri Porta (cui tunc tem-
poris 1631. præfui) qui militarunt duc
Holkio, nobili Dano, me spoliarunt. In
Ehingerus epist. ad fratr. Vel decies ver-
sionem se invenisse in Bibliothecis affert
Serpil. l. c. & R. M. Meelfürer. in *Accel*
ad Almelov. Bibl. promiss. & lat. pag. 14.
Epistolam vero Schotti integram exhibet
Serpil. l. c. p. 305.


Ad

Ad p. 194. *vix haberet)* Confirmant hæc, quæ ipse Ehingerus queribundus ad trem d. 24. Jul. 1643. scripsit: *Gold und ber ist ferne von mir, der ich in meinem hen Alter meine Bücher muss zum theil verussen.* Vera loquor.

Ad p. 195. *Est etiam unum)* Est quiem apud Meelfur. l. c. p. 131. Catalogus SS. quæ sunt in Biblioth. God. Thomasii, nihil tamen ibi de Ehingero videre est.



INDI-





INDICVLVS
In Melet. Hr. Philosophiæ AMOEN. LIT. T. VII. & VIII. extantia

I. AVCTORVM.

Boyle,

Mo-





NDICVLVS II. RERVM.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

L hi-

I.

L.

M.

N.


Pytha-

S.

T.

V.





III.

INDEX

In reliquos Tom. VII. & VIII. articulos.

A.

B.

Bo-

C.

Coch-

D.

Do-

E.

F.

Fran-

G.

H.

I.

K.

L.

Libros

M.

N.

O.

P.

Pe-

Q.

R.

Spe-

Vir-

FINIS.

